This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

99

2941 e 102

BIBLIOTHECA

CLASSICA LATINA

SIVE

COLLECTIO

AUCTORUM CLASSICORUM LATINORUM

CUM NOTIS ET INDICIBUS

On souscrit, à Paris,

Chez N. E. LEMAIRE, Éditeur, boulevard Italien, n° 22, en face des Bains Chinois.

BARROIS l'aîné, libraire, rue de Seine, n° 10, Faub. St.-Germ.

DEBURE frères, libraires du Roi, rue Serpente, n° 7.

J. DIDOT, l'aîné, Imprimeur du Roi, rue du Pont-de-Lodi, n° 6.

F. DIDOT, Imprimeur du Roi et de l'Institut, rue Jacob, n° 24.

TREUTTEL et WURTZ, libraires, rue de Bourbon, n° 17.

Aug. RENOUARD, libraire, rue de Tournon, n° 6.

MONGIE aîné, libraire, boulevard Poissonnière, n° 18.

BOSSANGE père, libraire, rue de Richelieu, n° 60.

BRUNOT-LABBE, libraire, quai des Augustins, n° 33.

H. VERDIÈRE, libraire, quai des Augustins, n° 25.

ARTHUS-BERTRAND, libraire, rue Haute-Feuille, n° 23.

Et chez tous les libraires de France et des pays étrangers.

MARCUS FABIUS

QUINTILIANUS

DE INSTITUTIONE ORATORIA

EXCUDEBAT PETRUS DIDOT
NATU MAJOR, REGIS TYPOGRAPHUS.

MARCUS FABIUS

QUINTILIANUS

DE INSTITUTIONE ORATORIA

AD CODICES PARISINOS RECENSITUS

CUM INTEGRIS COMMENTARIIS

GEORGII LUDOVICI *SPALDING*

QUIBUS NOVAS LECTIONES ET NOTAS ADJECIT

JOANNES JOSEPHUS *DUSSAULT*

UNUS E PRÆFECTIS

SERVANDÆ BIBLIOTHECÆ SAN-GENOVEFANÆ

VOLUMEN TERTIUM

PARISIIS

COLLIGEBAT NICOLAUS ELIGIUS LEMAIRE

POESEOS LATINÆ PROFESSOR

MDCCCXXIII

BIBLIOTHECA·BODLEIANA·

PRÆFATIO

V. CL. SPALDING.

Ipsa illa operis incœpti lentitudine, quam ego ut cum felici aliqua cunctatione comparem longissime absum, factum est, ut plura subinde mihi rei bene gerendæ adminicula obtigerint. Intervenit enim peregrinatio in Italiam suscepta, quæ non potuit non prodesse occupato in scriptoris romani editione, cujusque, quamvis properatæ et brevis, fructum haud pœnitendum cepit etiam Quintilianus noster. Uberrimus quidem ille est habendus, quod justa et perpetua instituta est codicis Florentini cum vulgato textu collatio, quo nomine maximo me beneficio obstrinxit vir et doctissimus et humanissimus Franciscus *del Furia*, Laurentianæ bibliothecæ præfectus dignissimus. Is non solum mira et plane amabili comitate præsentem me ad divitiarum suarum usum admisit, excutiendique codicis, quoad tempus mihi commoranti Florentiæ suppeteret, copiam fecit, sed et mox diligenter excerptam omnem a Burmanniana editione discrepantem libri Florentini scripturam ad me mittendam curavit; quæ chartæ quum in prioribus operis partibus huc delatæ serius fuerint, septimi quidem libri varietas minus integra enotata est. Itaque nulla jam dubitatio de Florentini codicis conditione relicta est, nec cuiquam poterit non esse manifesta summa ejus et antiquitas et præstantia. Qui autem ipsum hunc dicat esse Poggianum librum, certis loci et temporis argumentis profecto destituitur, quæ, sicut præfatione operis totius ostendisse videor, stant universa a parte codicis Turicen-

sis. Inscriptio ea comparet in fronte itemque alterą in calce libri, unde discas Werinharium episcopum donasse ecclesiæ Sᵗᵉ Mariæ Argentoratensis, modo recte legatur postremum nomen. Sed notæ MS. omnes melius et diligentius positæ invenientur in catalogo Bandiniano. In maxima hac libri nostri auctoritate est tamen ubi majorem agnoscas Turicensis codicis, cujusmodi locus est VIII, 6, 68. Uterque autem horum ad eamdem profecto originem referendus est, quum utrobique lacunæ fere nullæ sint, et singularis scripturarum prope omnium conspiratio. Almelovenianus ille, inter quem et Turicensem summum toties agnovimus consensum, fortasse artiore tamen conjungitur vinculo cum Florentino. Sic VII, 2, 40. Almeloveniani monstrum *elalabunt*, quod abest a Turic., habet etiam noster, VII, 1, 20. Alm. et Flor. verbo *remittere* prævertunt *eam*, non *ea*, cum Turic., VII, 10, 3. Flor. Alm., *jure quidem*. Turic., *vere q*. Vide VII, 6, 11; VIII, 3, 41; VIII, 6, 53; IX, 3, 67, 68.

Adverterat me magnopere commemoratio codicis Mediolanensis facta a Burmanno in præfatione Quintiliani sui, folio tertio averso (quoniam non numerantur ejus paginæ), qui Isaacum Vossium narrat (1) testari visum a se in Ambrosiana bibliotheca codicem scriptoris mei uncialibus litteris exaratum. Non quidem carbones thesaurus ille, sed unciales litteræ comparuerunt nullæ, rediitque res ad membranam satis vetustam nitideque scriptam, quam eruditissimus bibliothecæ præfectus Caietanus Bugatus, abbas, noni vel decimi seculi partum judicat, forma quadrata, unde rumorem illum quadratarum et mox uncialium litterarum ortum suspicabamur; neque enim profecto magnificandis iis, quæ negligentius fortasse inspexerat, pepercit Isaacus Vossius, vir paulo patre suo confidentiloquior. Multis hic codex (in Ambrosiana signatus littera F, numero 111) lacunis interrumpitur, quæ mirum in modum

(1) Edita post hæc epistola in Sylloge Burmanni, t. III, p. 572; et Vossius : « Vidi, ait, in illa bibliotheca Quintilianum uncialibus litteris « scriptum. »

incidunt in loca e codice Joannensi notata (vide procemium secundo volumini nostro præmissum, p. iv(1)), nisi quod Ambrosianus orditur demum ab I, 5, 45, LICET PER COMP.; sed illam usque ad V, 14, 12, partem habet integram. Deficit autem citius Joannensi, i. e. XII, 6, 5, SUIS EXERCITATIONIBUS. Proderit hic simul notasse lacunas ad V, 14, 12; VIII, 6, 17; IX, 3, 2; XI, 1, 71; XII, 10, 43, plane communes esse Joannensi, Bernensi, Pithœano, excepto quod horum postremus unde redordiatur post IX, 3, 2, non doceor. Iisdem igitur, præter ultimam, respondet nostri quoque Ambrosiani defectus.

Sed præter hunc, quem quærebam, inventus est alter in Ambrosiana codex Quintiliani, Bugato quidem V. C. infra octavum seculum descendere non visus, itidem membranaceus, forma maxima, quam folio metimur, signatus litt. E, num. 153. Is proximo longe illibatior est, nec deprehendi fere nisi unam vastissimam lacunam ab IX, 4, 135, ARGUMENTA ACRIA ET CIT. usque ad XII, 11, 22, ANTIQUITAS UT POSSIT. Jam membrana hæc vetustissima quum mirifice sibi me conciliasset luculenta ad VI, procem. 6, scriptura, ubi omittit *oblectabar* nulla nec litura relicta nec lacuna, cœpi quidquid suppetebat otii in brevi sane commoratione Mediolani a me facta, impendere excutiendo huic volumini. Et hærebam tum maxime in nono scriptoris mei libro, cujus plurimas animo præsumebam difficultates; ita factum est, ut ejus quidem varietates non indiligenter excerpserim. Habui in hoc negotio faventem mihi promptissima voluntate et ipsum Bugatum et socios ejus in administrandis opibus Ambrosianis. Nec defuerunt mihi promissa doctissimi bibliothecarii de curanda codicum collatione; quæ si eventum nondum habuere, mea accusanda est exposcendi officii verecundia. Quum enim datis ad Bugatum litteris, fortasse tabellariorum culpa abjectis in longissimo itinere, responsum continuo non esset, supervenerunt interim tristissimæ publica-

(1) Sic in Spaldingii editione; in nostra, p. 2. Ed.

rum privatarumque fortunarum eversiones, quibus cui non

Excussi manibus radii, revolutaque pensa?

Deinde torporem ingeneravit quod videbam in labore protinus suscipiendo nihil me adjutum iri a libro illo, quem plurimi facerem. Spondeo tamen et hunc et alterum codicem in usus nostros sedulo me conversurum, nec quidquam dubito quin parata mihi sit futura litteratorum Mediolanensium officiosa industria, quum præsertim meo exemplo didicerim, quanta doctissimis hominibus esset in eruditorum desideriis explendis religio. Mea quidem excerpta ita signavi, ut majorem codicem appellarem Ambr. 1, alterum, quadratum, Ambr. 2. Illa in loco libri sexti, de qua dixi, omissio quum magnæ apud me commendationi fuerit codici Ambrosiano, nolo tantumdem tribuere alii cuidam, quam ostendunt duo hi MSS., versum græcum, III, 1, 14, prætereuntes sine ullo defectus vestigio. Habent enim hoc commune cum aliquot longe vilioribus libris in aliis Italiæ bibliothecis mihi oblatis. Neque enim v. c. deest bona Quintilianei operis copia in Vaticana, sed ejusmodi ut, qui ei summa cum litterarum utilitate præest, celeberrimus et optimus Marinus unum modo eorum MSS. Poggii seculo vetustiorem pronunciet, cæteros fere e Poggiano transcriptos. Est autem ille mutilus et magna sui parte cassus (velut libr. V extr., integris VI, 7, et plus quam dimidio VIII), quare nolui multum curæ temporisque insumere ad eruenda tam incerta bona, hic ibi inspiciendis hisce libris contentus. Plus dedi excerpendæ annotationi passim allitæ ad marginem Aldinæ secundæ a manu benedicti Ægii Spoletini, quæ et ipsa servatur in bibliotheca Vaticana, ex cujus diligentia quid profecerim, gratus aliquoties in notis monui, quamquam longe absum ab ea hominis sane docti veneratione, qualem nuper simulavit famelicus sophistes Parisiensis insidiatus gloriæ maximi Casauboni (1). Duos præterea codd. Quintilianeos Romæ

(1) Vide Schweigheuseri Præf. in Athenæum, p. lxij seqq.

inspexi, bibliothecæ Corsinianæ alterum, alterum Barberinæ, quorum prior (num. 862, fol.), membranaceus in indice perhibitus, sed præter primum folium chartaceus, male scriptus unique ex Vaticanis, e Poggiano expresso, simillimus est, alter melior sane (num. 2134, fol. membran.) ad Guelferbytanum et interdum etiam ad Gothanum accedere videtur. Ejus quidem is qui olim Barberinorum librariam supellectilem administrabat, doctissimus Garatonus passim ad Ciceronis sui editionem non pœnitendam dedit notitiam. Denique Neapoli in bibliotheca regia in transcursu perlustravi MS. (membran. num. 2439, fol.) in cujus calce hæc leguntur IOANNES MERVELT CLERICVS MONASTERIENSIS, in aversa autem ejusdem folii parte disticha quinque sat inficeta in honorem Quintiliani, quibus deinceps subscriptum DOMINICUS. Quantum conjectura assequi licuit, etiam hic liber ætatis et conditionis fere ejus videbatur esse, cujus Gothanus et Voss. 2. Superest codex scriptoris mei identidem memoratus Gesnero, de quo quid factum esset, adhuc frustra quæsivi, Kappii, olim Lipsiensis doctoris, peculium; sed vetustioribus, ut videtur, accensendus et meliorum fere scripturarum vindex.

Multa et hoc tertium volumen operis nostri obtulit mihi inter moras typothetæ, quæ mutata vellem aut indicta. Quorum ea quibus maxime offendor, hic protinus notare licebit (1).

(1) Ea suo quæque loco reponenda curavimus. Ed.

DE INSTITUTIONE ORATORIA

LIBRI SEPTIMI ARGUMENTUM.

Præfatio, de dispositionis utilitate. — Cap. I. De dispositione facienda. — II. De conjectura. — III. De finitione. — IV. De qualitate. — V. De actionis quæstione. — VI. De statu ex scripto et voluntate. —VII. De contrariis legibus. —VIII. De syllogismo seu ratiocinatione. — IX. De ambiguo seu amphibolia. — X. Quæ sit inter status cognatio, et quæ diversitas.

M. FABII QUINTILIANI ORATORIÆ INSTITUTIONIS

LIBER VII.

PRÆFATIO [1].

De inventione, ut arbitror, satis dictum est: neque enim ea demum, quæ ad docendum pertinent [2], exsecuti sumus, verum etiam motus animorum [3] tractavimus: sed, ut opera exstruentibus satis non est, saxa atque materiam, et cætera ædificanti utilia congerere, nisi disponendis eis [4] collocandisque artificum [5] manus adhibeatur: sic in dicendo quamlibet [6] abundans rerum copia cumulum tantum habeat atque congestum, nisi [7] illas 1

1. *Præfatio.* Hoc nomen quare præmissis hisce imponere maluerint, quam *procœmium*, ut reliqua, vocare, nescio. In Codd. quidem nihil inscriptionis, nec ante Stoer. in meis libris nostra usurpatur. Plerique primum hoc caput faciunt. Nolui turbare numeros.

2. *Ea... pertinent.* Turic. (a pr. manu) *eam... pertinet.* Nec tamen commode trahas ad *inventionem.*

3. *Docendum... tractavimus.* Atque ita Ciceronem est secutus Fabius, qui *inventionem* in duas partes divisit, *fidem* et *motum.* Turn.

4. *Eis*; sic Turic. (a pr. quidem manu *ejus*) Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Gryph. Reliqui *iis.* — Nostri variant. Ed.

5. *Artificum.* Turic. (a pr. manu) Tarv., *artificium.* Vide Vossii Aristarch. p. 748.

6. *Quamlibet.* Guelf., *quælibet.* Camp., *quamvis.*

7. *Illas.* Goth. (tac. Gesn.) *illa* cum Voss. 2.

eadem[1] *dispositio* in ordinem[2] digestas[3] atque [4]inter
2 se commissas[5] devinxerit. Nec immerito secunda quinque partium[6] posita est, quum sine ea prior nihil valeat: neque enim, quamquam fusis omnibus membris[7], statua sit, nisi collocentur[8]: et, si quam in corporibus nostris aliorumve animalium partem permutes et transferas[9], licet habeat[10] eadem omnia, prodigium sit tamen: et artus etiam leviter[11] loco[12] moti perdunt, quo viguerunt[13], usum: et turbati exercitus sibi ipsi sunt
3 impedimento. Nec mihi videntur errare, qui ipsam rerum naturam stare ordine putant; quo confuso, pe-

1. *Eadem.* Stoer. et recc. ante Burm:, *easdem* exc. Gibs. — *Easdem* in nostris Codd. frustra quæsivimus. Attamen a Roll. Capper. adhibetur. Ed.

2. *Dispositio in ordinem.* Pithœus loca in hunc sensum jucunda ponit Varronis de L. L: V, p. (Bip.) 68, et Colum. XII, 2, 4, ad commendandum ordinem facientia, quibus poterat addi Nostri VIII, 3, 9.

3. *Digestas.* Turic. Guelf. Goth. (tacente Gesn.) Camp., *digesta* cum Voss. 2.

4. *Inter.* Turic. Guelf. Camp., *in.*

5. *Commissas.* Turic. (a sec. manu) Guelf. Camp., *commissa* cum Voss. 2. Sed Goth., *commixta* (err. Gesn.).

6. *Quinque partium.* Vide lib. VI, cap. 4, §. 1.

7. *Fusis... membris, statua.* Vide lib. II, cap. 1, §. 12.

8. *Collocentur;* sic Badius pr. (quamquam per apicem tantum in *e.*) et Capper. Reliqui *collocetur.* Nostrum conjecit Philander; verissime. Neque enim video, quare statua non sit, quæ nondum collocata.—*Collocentur* nullibi reperimus. Omnes contra *collocetur.* Ed.

9. *Et transferas;* sic. Turic. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum editt. ante Stoer. exc. Bas. acc. Roll. Reliqui *atque t.* in quibus miror Guelf. nisi dormitavi.

10. *Habeat.* Non opus esse censeo mutatione, quam in margine ponit Badius: *habeant.* Quamquam enim *corporibus,* quo hoc refertur, plurali est numero, intelligitur tamen magis ἀπὸ κοινοῦ id, quod existit ex hac prava compositione; nec aliud subjectum in eo quod sequitur, *sit.* Minus eleganter ibi subaudias *hæc res.*

11. *Leviter.* Guelf. Camp. Jenson. (tacente Gesn.) Tarv., *leniter* cum Bodl. Andr. Correxit Regius, sed præter reliquas editt. addicunt et Vall. Goth. Turic. — Eadem nostri. Ed.

12. *Loco.* Turic. (a pr. manu) *loci.* Vide VI, 3, 36; VII, 2, 39.

13. *Viguerunt.* Goth. (tac. Gesn.) *viguerint* cum Voss. 2, male conspirant. Vide VI, 5, 5, item hic §. 55. — Omnes nostri *viguerunt.* Ed.

ritura sint[1] omnia[2]: sic oratio, carens hac virtute, tumultuetur necesse est, et sine rectore [3]fluitet, [4]nec cohæreat sibi, multa repetat, multa transeat, velut nocte in ignotis locis errans, nec initio nec fine proposito, casum potius, quam consilium, sequatur. Quapropter totus hic liber serviat *dispositioni*[5], quæ quidem, si certa aliqua[6] via[7] tradi in omnes materias ullo modo posset, non tam paucis contigisset: sed, quum infinitæ[8] litium formæ fuerint, futuræque sint, et tot seculis nulla reperta sit causa, quæ esset tota alteri similis, sapiat oportet actor, et vigilet, et inveniat, et judicet, et consilium a se ipso petat: neque [9]infitias eo, quædam esse, quæ demonstrari possint[10], eaque non omittam. 4

CAP. I[11]. Sit igitur, ut supra significavi[12], *divisio*, re- 1

1. *Peritura sint;* sic Turic. Vall. ut et volebat Regius. Guelf. CAMP. Goth. Jenson. (tac. Gesn.) *p. sunt* cum edd. ante Ald.

2. *Qui ipsam... sint omnia.* Fortasse suffecerit hic cogitare de Pythagora κόσμον appellante propter ordinem rerum, ut est apud Galenum et Plutarch. de placitis; sed quæ adduntur de interitu mundi futuro, simul ac turbatus fuerit ordo, certam sectam Quintiliano obversatam ostendunt, quam equidem nondum exputo.

3. *Fluitet.* Turic. *fluiat et*, a sec. manu : *fluitet et.* Ex Alm. affertur *fluitat* sine *et.* (vide VI, 5, 11; VII, 1, 1). *Et* inserunt Guelf. CAMP. cum Goth. Voss. 2, et editt. ante Bad. sec. exc. Tarv. Ald.

4. *Nec.* Turic. Guelf., *ne* cum Alm. et edd. ante Bad. sec. exc. CAMP.

5. *Dispositioni.* Turic., *divisione*, a sec. manu *divisioni*, et sic Guelf. CAMP. cum Alm. Bodl. Bal. Goth. Voss. 2, Andr. Facilis fuit in compendiorum scriptura error.—R. 7, Jens. Ald., *dispositioni.* Cæteri *divisioni.* ED.

6. *Aliqua.* Solus R. 7 *reliqua;* male. ED.

7. *Via.* Turicens. Guelf., *vi* cum Alm. et editt. ante Bad. exc. CAMP. Nostrum conjecit Regius et habent Vall. Voss. 2, Goth. — RR. 7, 8, 10, Jens. Ald., *vi.* Cæteri *via.* ED.

8. *Infinitæ.* Turic., *infine.*

9. *Infitias.* Turic., *infitiam.* Tuetur saltem orthographiam, quæ est a Gesnero meorum primo. A secunda manu additur *i. nego.*

10. *Quæ demonstrari possint.* Id e. in quibus sit certa tradendi via.

11. CAP. I. Hic caput non aperiunt Vall. lib. RR. 7, 8, 9, 10, 12, 13, CAMP. Andr. Jens. Burm. ait: Cohæret hoc caput in MSS. præfat. ED.

12. *Ut supra significavi.* Vide V,

rum plurium in singulas[1]: *partitio*, singularum in partes[2] discretus ordo, et recta quædam locatio[3] prioribus sequentia annectens: *dispositio*, utilis rerum ac
2 partium in locos[4] distributio. Sed [5]meminerimus, ipsam *dispositionem* plerumque utilitate mutari, nec eamdem semper primam quæstionem ex utraque parte tractandam: cujus rei, ut cætera[6] exempla præteream, Demosthenes quoque atque Æschines possunt esse documento, in judicio Ctesiphontis diversum secuti ordinem, quum accusator a jure, quo videbatur potentior,

10, 63. Locum indicatum jam Regio, errantibus mox Rollino et Gesnero, qui designant IV, 5, 1, ubi nihil tale. Regius quidem, quum loco modo posito Quintilianus Ciceronis rationem probasset, *divisionem* generis in species, *partitionem* totius in partes esse statuentis, « docte, ait, divisio dicitur esse « rerum plurium in singulas discre« tus ordo: partitio autem singula« rum in partes. » Nec tamen qui in species, idem in singulas res discernit. Neque ipsius Ciceronis ratio plane procedit, ut recte hic animadvertit Capper.

1. *Singulas.* Goth. (tac. Gesn.) *singulis* cum Voss. 2.

2. *Partes.* Guelferb., *species.* En glossatorem!

3. *Locatio.* Capper., *collocatio* cum Vall. Goth. et edd. a Locat. ad Gryph. exc. Bad. quocum mox reliquæ ante Leid. cum Roll. *collatio.* Turic. Guelf. Camp., *et locatio* cum Jens. Ex Alm., *et* non affertur, sed *loc.* (Vide VII, Pr. 3, item hic §. 2). Tarv. nostrum et sic reliquæ meæ a Leid. inde. Alterum *et* ante *recta* omittitur a Guelf. Camp. Goth. Voss. 2, Ald. Utrum a Turic. quoque, diserte quidem non doceor, qui possit facere cum Jens. bis ponente *et.* Hanc scripturam in libris repertam Regius correxit, *et loc.* mutans in *colloc.*; sed me obtemperaturum huic cohibuit locus geminus IX, 4, 32, ubi *locatio* hoc sensu. Aldi varietas nemini memoratur *discretio* dantis pro *discretus*, unde existit definitio quatuor notionum: *divisionis, partitionis, ordinis, dispositionis;* perperam. — Τὸ *et* omittunt Vall. liber, RR. 9, 12, 13. Soli RR. 7, 10, Andr., *locatio.* Ed.

4. *Locos.* Jens., *loco* cum editt. ante Bas. exc. Camp. — *In locos.* Id est, in suos cujusque locos. Neque enim de *locis* hic proprie dictis cogitandum, velut IV, 2, 117. Ostendit hisce, quid sit proprium *dispositionis*, quove differat a *divisione* et *partitione.*

5. *Meminerimus... tractandam.* Hujusmodi cautio modo erat præf. §. 4; item II, 13, 6; vide IV, 1, 65, ubi *utilitas* quoque. Exemplum Demosthenis vide et V, 13, 41.

6. *Ut cætera.* Turic. Guelf., *interea* cum Alm. *Exempla*, Gothan. *extra.* Vide III, 11, 25.

cœperit: patronus omnia, vel[1] pæne omnia, ante [2]jus posuerit, quibus judicem quæstioni legum præpararet. Aliud enim alii[3] docere prius expedit: alioqui semper petitoris arbitrio diceretur: denique in accusatione mutua[4], quum se uterque defendat, priusquam adversarium arguat, omnium rerum necesse est ordinem esse diversum[5]: igitur, quid[6] ipse[7] sim[8] secutus, quod[9] partim præceptis, partim usurpatum ratione[10] cognoveram, 3

1. *Vel.* Turic. (a pr. manu) omittit cum Alm. Vide §§. 1, 8.

2. *Omnia... ante jus.* Brevissima apud Demosthenem pro Corona tractatio est legum earum, quibus usus erat in eum Æschines, videlicet a p. Reisk. 263, ad 268, quum præmissæ sint pp. 225... 263, insequantur autem 268... 332.

3. *Alii;* sic Gesn. Bip. Reliqui omnes *alio*, fallitur enim Burman. referens Obr. nostrum dare. Nihil ille novat nisi pro *docere* primo *decere*, mox *dicere*. Pseudo-Turn. in aliis nostrum esse prodit, quos qui sint ignoro. Gesnerus rationem hoc poscentem recte appellat. Est pervulgatus Codd. error in dativis eorum, quæ faciunt genitivum *ius*. Vide VI, 3, 25. Nihili sit hic ablativus pendens a *prius*. — Omnes nostri *alio*. Ed.

4. *Mutua, quum.* Turic. Guelf. Camp., *ut vacuum* cum Goth. Voss. 2, Alm. Bodl. Vall. Andr. et edd. ante Ald. (de Jens. err. Gesn.) *vacuum ut* Bal., *mutua ut vacuum* Ald. (ex conjectura Regii) Bad. pr. Bas., *mutua ut* Bad. sec. Gryph. et edd. ante Obr. — Solus Jens. ab emend. *mutua*. Cæteri omittunt. Pro *cum se* omnes nostri Codd. habent *ut vacuum se*. Ed. — *In accusatione mutua*. Recte Philander ablegat ad libr. III, ubi vide nos ad c. 10, §. 4.

5. *Diversum.* Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp., *divisum* cum Voss. 2, Vall. Vide Drakenb. ad Liv. X, 33, 10.—Soli Jens. et Ald. *diversum*. Ed. — Tum enim contraria est utriusque partis *dispositio*. Ut si objicias mihi *homicidium*, ego tibi *sacrilegium*, prius ego dicam de *homicidio* ut me purgem, tu prius de *sacrilegio*. Turn.

6. *Quid.* Turic. Guelf. Camp., *quod* cum Goth. Vall. et edd. ante Bad. sec. Regius volebat nostrum.

7. *Ipse;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Vall. Reliqui *ego*.

8. *Sim.* Guelf. Jens. (tac. Gesn.) *sum* cum Goth. Vall. et edd. ante Bad. sec. Regius correxit. Sed sic jam Tur. Camp. — Varias easdem lectiones præbent nostri de his: *quid ipse sim*. Ed.

9. *Secutus quod.* Jens. (tac. Gesn.) omittit *quod* cum editt. ante Ald. dantem *s. qui*. Nostrum reposuit Regius. Sed est in MSS. etiam Vall. et Camp.

10. *Usurpatum ratione.* Hæc junge, neve nominis ablativum refer ad *cognoveram*. Opponuntur *præcepta* rhetorum, et *usurpata* oratorum: sed vel hæc *ratione* sunt facta, non *casu*. Vide V, 7, 29; IV, 17, 25.

4 promam: nec unquam dissimulavi. Erat mihi curæ in controversiis forensibus nosse[1] omnia, quæ in causa versarentur: nam in schola certa sunt, et pauca, et ante declamationem exponuntur, quæ θέματα Græci vocant, Cicero *proposita*[2]: quum hæc in conspectu quodammodo collocaveram, non minus pro adversa parte, quam pro
5 mea[3], cogitabam. Et primum, quod non difficile[4] dictu est, sed tamen ante omnia intuendum, constituebam, *quid* utraque pars vellet efficere; tum, *per quid*[5]; hoc modo: cogitabam, quid primum *petitor*[6] diceret; id aut *confessum* erat, aut *controversum*[7]: si confessum,
6 non[8] poterat ibi esse quæstio. Transibam ergo *ad responsum* partis alterius, idem[9] intuebar; nonnunquam etiam, quod inde[10] obtinebatur, confessum erat: ubi

1. *Nosse... θέματα.* Vide VI, 4. 8; IV, 2, 28.

2. *Proposita.* Vide VI, 2, 17.

3. *Pro adversa... pro mea.* Vide V, 13, 44.

4. *Dictu.* Turic. (a pr. manu) Camp., *dictum.*

5. *Quid... per quid.* Vide lib. V, cap. 13, §. 4.

6. *Petitor.* Vide III, 10, 4.

7. *Id aut... controversum* Turic. Guelf., *Id autem controv.* Camp. quoque omittit *erat.*

8. *Confessum non.* Turic. Guelf. Camp., *n. c.* cum Goth. Voss. 2, Vall. et edd. ante Ald. Transposuit Regius, rectissime; et poterat magis obrepere error, post omissionem illam, modo indicatam, turbato librario. Vide VI, 4, 16; item hic §. 8. — Receptam lect. habent soli Jens. ab emendatione, Ald. Cæteri omnes: *si non confessum, poterat...* Ed.

9. *Idem.* Turic. Guelf., *id est.*

10. *Obtinebatur.* Vall. Voss. 2, *objiciebatur.* Goth., *objiciatur,* ut de industria notavi, cum Gesn. et hinc ponat *objiciebatur,* quod sane volebat librarius. Vide VI, 3, 13. Placet hoc Gesnero, hærenti in usu *obtinendi,* huic loco profecto non conveniente. Si enim maxime *defendere* interpretaris (vide Ern. in Clav. Cic. h. v.), tamen solet ei potestati inesse *effectus* significatio, ut aliquis non solum *dicat* ad defendendum, sed etiam *persuadeat:* quod ipsum hinc alienum. Sed et altera illa scriptura scrupulum habet. Si, quod *objicit* priori dicto is qui respondet, est confessum, non video quo modo illud prius possit non esse controversum. Sed fortasse *objectio* hæc spectat ad totum negotium, non ad singulas propositiones adversarii. Aptius huic rationi *opponebatur* ipsum quoque facile abibat in *optinebatur,* ut hic edd. ante Ald. exc. Camp. Si *obten-*

primum cœperat non convenire, quæstio [1]oriebatur: id tale est[2], *Occidisti hominem, Occidi:* convenit: transeo. Rationem reddere debet reus, *Quare occiderit?* 7
Adulterum, inquit[3], *cum adultera occidere licet:* legem esse certum est[4]: tertium jam aliquid videndum est, in quo pugna consistat: *non fuerunt adulteri: Fuerunt,* quæstio; de facto ambigitur, conjectura est. Interim 8
vero[5] et tertium confessum est, *adulteros fuisse: sed tibi,* inquit accusator, *illos non licuit occidere: exsul eras*[6], aut[7] *ignominiosus*[8]; de jure quæritur: at, si protinus dicenti, *Occidisti,* respondeatur, *Non occidi;* sta-

debatur, cujus meminit Gesnerus, ita usurpatum doceri possit, hanc censeam præsentissimam medelam. — *Obtinebatur;* sic RR. 7, 10, Jens. Ald. Cæteri *objiciebatur.* Ed.

1. *Oriebatur: id.* Turic. Gothan. (tac. Gesn.) inserunt *confessum erat* cum Jens. et editt. ante Bad. sec. exc. Ald. et Camp. qui quidem cum Guelf. omittit hæc omnia « *Ubi... oriebatur.* » Errorem illum vide ad VI, 4, 14. — Vall. lib. RR. 7, 8, 9, 10, 12, Jens. inserunt *confessum erat.* Ed.

2. *Id tale est.* Vide V, 11, 4.

3. *Adulterum , inquit.* Camp., *A. inquam,* (vide 53.) ut et mox post *tibi.*

4. *Certum est.* Totum hoc « *legem... est* » respondet priori illi *convenit.* Vide III, 6, 17. et integrum istud de *statibus* caput hic debet comparari.

5. *Vero et.* Turic. Guelf. Camp., *et ego* cum Alm. Voss. 2, Vall. et edd. ante Ald. qui (ex Regii conjectura) *ergo et* cum editt. ante Gryph. Nostrum jam Bad. conjecit. Fortasse *erit et,* amisso mox *est* post *conf.* Vide VI, 4, 8. Transpositionem vide ad §§. 5, 50. — *Interim vero et tertium* nullibi reperimus. *Interim ergo et tertium,* sic Jens. ab emend. et Ald. *Interim et ego;* sic Vall. lib. RR. 8, 9, 10, 12, Jens. Gothan., *Interim et eo tert.* Andr. Ed.

6. *Exsul eras;* sic Turic. Guelferb. Camp. cum Voss. 2, (quamquam hic *exlex* pro *exsul*). Reliqui inserunt *enim.* In Goth. silentium (vide §. 6). Nostra structura est V, 10, 48. Altera III, 6, 70.

7. *Aut ignominiosus* Turic. (a pr. manu) *ut* cum Alm. (vide §§. 2, 9). Reliqui *et.* Vide IV, 1, 57. Etiam hic §. 15. Turic. pr. manus *aut* pro *ut.* — Nostri omnes *et ign.* Ed.

8. *Exsul... ignominiosus.* Objicitur ei, qui ex lege vindicat impunitatem, alterum horum, ubi *aut* est Quintiliani, non ejus, quem inducit loquentem. *Exsul,* cui quidem aqua et igni interdictum, omnibus civitatis juribus caret. Vide III, 6, 25. De *ignominioso* III, 6, 75. Prior ipsa controversia est inter Pithœanas Quintiliani prima.

tim pugna est: sic explorandum[1] est, ubi controversia incipiat[2], et considerari debet, quæ primam[3] quæstio-
9 nem facit. Intentio simplex, *Occidit Saturninum*[4] *Rabirius:* conjuncta, *Lege de sicariis commisit*[5] *L. Varenus: nam*[6] *C. Varenum occidendo, et Cn. vulnerando, et Salarium*[7] *item occidendo, cadit:* nam sic diversæ[8] propositio-

1. *Sic explorandum... incipiat.* Satis jejunum hoc videtur. Neque enim quidquam aliud nisi ostenderat, quo modo hoc esset « explo- « randum. » Quo magis advertit me scriptura primæ manus Turicensis, solius. *Si* pro *sic.* Inde longe robustior existat sententia: « Si hoc ex- « plorandum est, etiam illud debet « considerari. » Vide I, 2, 17; II, 14, 4. Sed nec sequentia carent mendo. Quid enim est quod *facit*, indicativus, scribitur, postquam *incipiat* fuit? Neque assequor, quo modo « controversia aliqua primam « quæstionem faciat. » *Quæ* certe nonnisi ad *controv.* referri poterit. Scribam « quæ prima quæstionum fuerit » vel « quam primam quæstionem facias. » Plures in conjunctis controversiis sunt quæstiones, quarum commodissimum ordinem explorare oportet. Vide III, 6, 7; III, 10, 1. Sed et hic §. 16.

2. *Incipiat: et considerari.* Turic. (a pr. manu) *incipiet e.*

3. *Primam.* Guelferb., *primum.* Camp., *prima.*

4. *Saturninum... Varenus.* Vide VI, 1, 49, ubi itidem conjunguntur hæ causæ.

5. *Lege... commisit.* Structuram, quæ est pro usitatiore *contra* vel *in legem*, gemino Varronis de R. R., loco illustrat Brissonius V. S. voce *committere.* Vide et VI, 4, 17. In fragmm. Cic. *In legem* sine auctore, ut videtur. De lege ipsa est titulus 8, Digest. lib. XLVIII.

6. *Nam... cadit.* Turic. (a pr. manu) *N. C. V. occidendum e. C. v. e. S. i. occidendum c.* cum Goth. 2, et Lips. Kappii (vide VI, 4, 4) nisi quod ex his etiam *vulnerandum* acc. casu affertur, ex Gothan. 2, postremo loco, *occidend'* per compendium scriptum alibi narrat Gesn., alibi integrum. Ipse autem conjicit servandam hanc priorem scripturam, corrigendumque *curavit* pro *cadit.* Hoc quidem verbum a *Werlhosio*, utriusque Apollineæ artis magistro, intelligi *damnatur, causa cadit;* sed se geminum talis locutionis exemplum desiderare. Huic ego sententiæ accedo. Neque enim sufficit quod accusativi illi participiorum per errorem solitum positi possunt videri, ob *Varenum*, accusativum. Vide VI, Pro. 12. Mirari subit Voss. 2, scripturam, relatam Burmanno, inserentis *occidisti* post *Varenum*, cujusmodi nil in Goth. Vide §. 8. Præstat sane cæteris Crusii emendatio, qua *cadit* mutaturin *tradidit*, quamque astruit auctor loco Aurelii Victoris c. 55, ubi est « marito adulterum *interficiendum tradidit*, » sed officit quod deest dativus nostro loco. Vide Probb. critt. p. 90.

7. *Salarium.* Turic. (a pr. manu) *solarium*, cum Goth. 2.

8. *Propositiones.* Hoc capite *pro-*

nes erunt: quod idem de petitionibus[1] dictum sit[2]: verum ex conjuncta propositione plures esse quæstiones ac status possunt, si aliud negat reus, aliud defendit, aliud jure[3] actionis excludit: in quo genere agenti[4] est dispiciendum, quid quoque[5] loco diluat. Quod pertinet ad actorem[6], non plane dissentio a Celso, qui, sine dubio Ciceronem secutus[7], instat tamen[8] huic parti vehemen-

positiones accipere debemus pro accusatoris *objectionibus* et *intentionibus* quæ proponuntur, ut apparet ex seqq. quum ait: *ubi multa contra unam propositionem dicimus.* Turn.

1. *De petitionibus.* Vide III, 10, 4. Nihil enim minus probandum, quam quod, nullo auctore, monet Pseudo-Turnebus, *petitiones* esse causarum privatarum, *accusationes* publicarum. Pro *idem* ne quis malit *item* (ut supra V, 10, 74.) Vide VI, 3, 26; hic §. 25; VII, 4, 39. Fateor autem me, quo spectent ista *Nam* et *Verum*, parum intelligere. Quo modo *diversæ* sunt *propp.*? An, prout *simplices* sunt vel *conjunctæ*? Etiam illa priora valde prærupta: « Intentio simplex... conjuncta: » quæ amplificare coactus est Gedoynus.

2. *Dictum sit.* Guelf. Camp., *dictum est*, cum Gothano, Aldo. Vide IV, 1, 28. A Jensonio ad Aldum ommittunt *sit.*

3. *Aliud jure.* Turic. Guelferb. Goth. (tac. Gesn.) Camp. inserunt *a* cum Bodl. Voss. 2, et edd. ante Rusc. quo acc. Ald. Basil. Expunxit Regius (vide VI, 4, 10). Alm., *in jure* (vide §§. 8, 20). Insolens est; quod hic *juris* et *actionis* vocabula junguntur. Vide VI, 4, 4. Ne *finis* quidem hic memoratur. Vide IV, 4, 3. Hinc fortasse efficias *aliud fine aut actione excludit.* — Omnes nostri *a jure.* Ed.

4. *Agenti.* Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp., *agendi* cum Bodl. Almel. Voss. 2, Andr. Sich. Bas. Colin. Præmittit Ald. *et.* Sed Turic. (a pr. manu) *et a. d.* — Eadem nostri. Ed.

5. *Quid quoque.* Guelf., *q. quoquo* « *quid quo...* manifeste habuit « (Vallensis), licet sciolus quispiam « superscripserit *quove loco*, etc. » Badius. Sic præter ipsum Gryph. Stoer. Chouet. aliquot apud Burm. et sic legendum esse sæpe monuisse se narrat Regius. Perperam ille monuit. Vide I, 6, 16; I, 8, 1; IV, 2, 33. Quamquam ibi nil varietatis in melioribus, item hic § 64, VII, 2, 57. Erudite de vario τοῦ *quisque* usu disputat I. H. Voss. ad Virg. Ecl. 3, extr. p. 155.

6. *Ad actorem.* Turic. Guelf., *doctorem* cum Alm. et editt. ante Ald. exc. Camp. Scripturam Voss. 2, sic notat Burm., « *Ad doctorem.* « *Doctorem* Voss. 2, » ubi manifestum sphalma, nam nec Goth. Vall. a nostro recedunt. Reg. priorum quorumdam correctionem probavit.

7. *Ciceronem secutus;* sic Turic. a pr. manu. Reliqui inserunt *est.*

8. *Sine dubio... tamen.* Vide VI, 4, 12.

tius, ut putet, primo[1] firmum aliquid esse ponendum, summo firmissimum, imbecilliora medio[2]: quia et
11 initio movendus sit judex, et summo impellendus[3]. At pro reo plerumque gravissimum quidque primum movendum[4] est, ne illud spectans judex reliquorum defensioni sit adversior[5]: interim tamen et hoc mutabitur, si leviora illa palam falsa erunt, gravissimi defensio difficilior: ut, detracta prius accusatoribus fide, aggrediamur ultimum, jam judicibus omnia vana esse credentibus[6]: opus erit tamen præfatione, qua et ratio reddatur dilati criminis, et promittatur defensio: ne id,
12 quod non statim diluemus, timere videamur. Anteactæ vitæ crimina plerumque prima purganda[7] sunt, ut id, de quo laturus est sententiam judex, audire propitius incipiat: sed hoc[8] quoque[9] pro Vareno Cicero in ulti-

1. *Primo... medio.* Vide V, 12, 14. Versu illo Homerico utitur Libanius in argumento Demosthenicæ pro Corona, ubi hanc rationem tenuisse ostendit oratorem.

2. *Medio... summo.* Turic. Camp., *media... summa* cum Alm.

3. *Impellendus.* Hic quidem longe consuetior verbi potestas, quam III, 4, 2; egregie respondens illa τῷ *movendus.*

4. *Movendum.* Quamquam minus elegans est hæc modo usurpati vocabuli repetitio, potestate quidem diversa (vide VI, 4, 5); nihil tamen hic sollicitandum, cujusmodi quid tentarunt Badius, Rollinus, Gesnerus. Interpretationem pete lib. III, cap. 1, §. 8.

5. *Adversior;* sic Camp. Reliqui *aversior.* Posterioris quidem vocis structuram cum dativo exemplo commendari video nullo. Vide IV, 2, 25; IV, 5, 19.

6. *Vana... credentibus.* De voce *vana* vide IV, 1, 33, *esse* autem, quod Turic. solus antevertit adjectivo, malim abesse. An erat *ea?*

7. *Purganda.* Turic., *pugnanda;* a sec. manu *impugnanda,* et sic Guelferb. Camp. cum Bodl. Goth. Voss. 2, Vall. Andr. editt. ante Ald. Regius correxit; egregie: vide Drakenb. ad Liv. XXXIX, 35, 2, sed et Lexica. Item de frequenti τῶν *pugn.* et *purg.* confusione Drakenb. ad Liv. XXXIV, 62, 5. — Soli R. 7, Jens. ab emend., *purgata.* Ed.

8. *Hoc.* Turicens. (a pr. manu) *enim,* sed per compendium. Vide VI, 3, 7.

9. *Sed hoc quoque.* Tersior fuerit oratio, si scripseris *hæc* pro *hoc* (vide III, 11, 21). Etsi enim potest referri ad totum illud *purgandi* negotium, commodius tamen ad *crimina.*

mum distulit; non, quid frequentissime, sed, quid tum expediret, intuitus. Quum simplex intentio erit, viden- 13
dum est, unum[1] aliquid[2] respondeamus, an plura: si unum; *in re*[3] quæstionem instituamus, an *in*[4] *scripto: si in re*[5]; negandum sit, quod objicitur, an[6] tuendum: *si in scripto*[7]; in qua specie juris[8] pugna sit, et in ea *de verbis*, an *de voluntate*[9], quæratur[10]. Id ita conseque- 14
mur, si intuiti fuerimus, quæ sit lex, quæ litem faciat, hoc est, qua judicium sit constitutum[11]; nam quædam in scholasticis[12] ponuntur ad conjungendam modo actæ rei seriem: ut, *Pater*[13], *expositum qui agnoverit, solutis alimentis recipiat: minus dicto audientem filium liceat abdicare: qui expositum recepit, imperat ei nuptias locupletis propinquæ*[14]; *ille ducere vult filiam pauperis*

1. *Est, unum;* sic Turic. (a pr. manu) Camp. cum Alm. et Gothan. 2, pulchre, ut ait Gesn. Reliqui inserunt *an*. Vide V, 13, 11.

2. *Aliquid*. Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) *aliquod*. — Eadem nostri. Ed.

3. *In re*. Turicens. (a sec. manu) Guelf. Camp., *jure*. Correxit Regius.

4. *An in scripto*. Turic., *jam i. s.* Camp., *an s.* — Ex seqq. patet *in re* idem esse ac *in facto; in scripto* autem, idem ac *in lege scripta*. Ed.

5. *Si in re*. Turic. Guelf. Tarv., *s. jure*. cum Jens. eodem corrigente.

6. *An tuendum*. Guelf. Jens. (tac. Gesn.) Tarv., *aut t*. Corr. Regius.

7. *Si in scripto*. Turic. Guelferb. Camp., *si s*. cum Alm.

8. *Juris*. Hoc quidem loco *jus* usurpatur pro statibus legalibus, de quibus vide III, 6, 61, 66. Sed et III, 5, integrum.

9. *An de voluntate;* sic Camp., cum Obr., *ac d. v*. Turic., Guelf., *ac v*. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. cum edd. ante Ald. *ac* corr. Reg. De geminata præpositione, vide VI, 3, 27. Reliqui omittunt *de*.

10. *Quæratur;* i. non conveniat. Vide III, 5, 3, item VII, 2, 51, et not. ad II, 4, 33.

11. *Constitutum*. Vide IV, 1, 41.

12. *Scholasticis*. Vide IV, 2, 30, ubi hunc locum ponere oblitus eram.

13. *Pater*. Turic. *putam*, a sec. manu *puta*, et sic Guelf. cum marg. Bas. — *Pater... recipiat*. Hanc legem habes apud Senecam patrem p. 286, 479, et in Declamm. Quint. 278, p. 122, vol. IV.

14. *Propinquæ;* sic Turic. a pr. manu (quamquam *propinque*, vide IV, 2, 5). Reliqui *propinqui*, qui, securis interpretibus, Sporum aliquem narrant nobis. Gedoynus tamen *une de ses parentes;* et Capper. « locupletis *filiam* » ponit in nota sua. — *Propinquæ*. Hæc ipsa con-

15 *educatoris*. Lex de expositis ad affectum[1] pertinet; judicium pendet ex lege abdicationis: nec tamen semper ex una lege quæstio est, ut in ἀντινομίᾳ[2]: his spectatis apparebit, circa quæ[3] pugna sit: conjuncta defensio[4] est, qualis pro Rabirio[5]: *Si occidisset, recte fecisset; sed non*
16 *occidit*[6]. Ubi vero multa contra unam propositionem dicimus, cogitandum est primum, quidquid dici potest; tum ex his, quo quidque loco dici expediat, ordinandum: in quo non idem sentio, quod de propositionibus paulo ante[7], quodque[8] de argumentis probationum loco[9] concessi, aliquando nos incipere a firmio-

troversia est inter Quintilianeas 376, p. 380. Quæ enim differunt, minoris sunt momenti. Vocatur ibi, quam uxorem imperat pater, *orba dives*. In ipsa autem declamatione, legis fit mentio, qua cogeretur ducere orbam. Hoc spectat ad jus atticum, quo *οἱ ἐπίκληροι* proximis agnatis in matrimonium cedere statuuntur. Sed turbatum, ni fallor, fuit aliquid, et perperam acceptum a rhetoribus latinis in hac lege attica. Neque enim lege cogi solebat quisquam, ut divitem propinquam duceret; sed statutum erat, ut proxime accedens genere haberet eam, quæ, parentibus mortuis, sola possideret hereditatem, *ἐπίκληρος* propterea appellata, sed et *ἐπίδικος* eadem ob lites de ea habenda agitatas. Pauperem vicissim orbam vel ducere vel dotare oportebat agnatos. Vide Hesych. Alberti in v. *ἐπίκληρος*, ubi ad reliquos ablegamur auctores. Item vide Nostrum VII, 4, 24, 39. Apud Libanium quoque pater filium abdicat nolentem ducere eam, quam jubet ille. Opp. Libanii ex ed. Morelli p. 818 seqq. — *Ducere*. Turic. Guelf. Camp., *deducere* cum Alm. Præfert Burm. firmans exemplis Terentii Adelph. IV, 5, 60. Hec. I, 2, 60. Ovidii Fast. III, 689, aliorumque passim occurrentibus. Ego errorem interpretor librarii, quum præcederet *ille*. In *deducendo* fere *domus* adjicitur, vel alia fit loci mentio.

1. *Ad affectum*. Turic. (a pr. manu) *adfectum*. Guelferb. Camp. Tarv., *effectum* cum Goth. — *Ad affectum*; sic Vall. lib. R. 5, 7, 10, Andr. Jens. Ald.; *ad effectum*, sic cæteri. Ed.

2. Ἀντινομίᾳ. Vide III, 6, 46, et lib. VII, cap. 7. — Solus R. 10 *antonomia*. Ed.

3. *Circa quæ*. Turic. a pr. manu *c. quod*.

4. *Defensio*. Camp., *dissentio* cum Goth.

5. *Pro Rabirio*. Vide §. 9. In eadem causa *intentio* simplex, *defensio* conjuncta.

6. *Si occidisset... occidit*. Vide III, 6, 10.

7. *Paulo ante*. §. 10.

8. *Quodque*. Turic. a pr. manu *quod*.

9. *Probationum loco*. V, 12, 14.

ribus. Nam vis[1] quæstionum semper crescere[2] debet, 17
et ad potentissima ab[3] infirmissimis pervenire, sive
sunt[4] ejusdem generis, sive diversi. Juris autem quæstio- 18
nes solent esse nonnunquam ex aliis atque aliis con-
flictionibus[5]; facti semper idem spectant[6]; in utroque
genere similis ordo est: sed prius de dissimilibus[7], ex
quibus infirmissimum quidque[8] primum tractari opor-
tet: ideoque quasdam quæstiones exsecuti, donare[9] so-
lemus, et concedere; neque enim[10] transire ad alias pos-
sumus, nisi omissis prioribus. Quod ipsum ita fieri 19
oportet, non, ut damnasse eas videamur, sed omisisse,
quia possimus[11] etiam sine eis vincere. *Procurator*[12] *ali-
cujus pecuniam petit ex fœnore hereditario:* potest inci-

Usus vocabuli *locus* in designanda certæ institutionum partis tractatione non infrequens Nostro, velut VI, 4, 21, XII, 10, 43, *compositionis locus*. Quo minus attinebat Mosellanum hic de glossa cogitare. Similiter (id quod fieri negabat ille) diserte nos ad priora remittit §. 31. — *Concessi, aliquando*. Turic. a pr. manu inserit *loco*.

1. *Vis*. Jens. (tac. Gesn.) *jus* cum Tarvis. Loc. Nostrum Veneta, et correxit Regius. Vide V, 10, 103. — Nostri *vis*. Ed.

2. *Semper crescere*. Turic. Guelf., *percrescere* cum Goth. Voss. et edd. ante Gryph. exc. Camp. et Bad. sec. qui *crescere* cum Bal. Andr. et aliquot Burm. edd.: *semper* verissime opponitur præcedenti *aliquando*.— Omnes nostri omittunt *semper*. Ed.

3. *Potentissima ab*. Turic. a pr. manu inserit *si*.

4. *Sunt*. Camp. Andr., *sint*. Ed.

5. *Conflictionibus;* sic Turicens. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Voss. 2, et edd. ante Bad. quo acc. Obr. Reliqui *conflictationibus*, male. Vide III, 6, 5, seqq.; sed et hic 34. Alia ratio III, 8, 29. — Juris quæstiones oriri solent ex variis interpretationibus (vide §. 13), quæ conflictionibus idoneam occasionem præbent. Ed.

6. *Spectant*. Turic. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *spectat* cum edd. ante Bad. exc. Camp. et Rusc. — *Spectant* nullibi reperimus. Omnes *spectat*. Ed.

7. *Dissimilibus*. Guelf., *similibus*, solus.

8. *Quidque*. Goth. (tac. Gesn.) *atque* cum Voss. 2. Vide §. 9.

9. *Donare*. Vide III, 6, 8.

10. *Enim*. Guelf. Camp., *etiam*.

11. *Quia possimus*. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) *q. possumus* (et sic Voss. 2, ubi errat Burm.) cum edd. ante Bad. exc. Camp. qui *quod* (vide VI, 4, 13) *possimus*. — Ead. nostri. Ed.

12. *Procurator... hereditario*. Vide IV, 4, 6. De *jure habendi procuratorem* Capper. ablegat ad Institutt. IV, 10; adde Dig. III, 3.

20 dere quæstio, *An huic esse procuratorem liceat?* Finge nos, postquam tractavimus [1], remittere [2], vel etiam convinci: quæretur, *An ei, cujus nomine litigatur, procuratorem habendi sit jus* [3]*?* Discedamus hinc quoque: recipit materia [4] quæstionem, *An ille, cujus nomine*
21 *agitur, heres sit fœneratoris? an ex asse heres* [5]*?* Hæc quoque concessa sint; quæretur, *An debeatur?* Contra, nemo tam demens [6] fuerit, ut id, quod firmissimum duxerit se habere, remittat [7], et ad leviora [8] transcendat:

1. *Postquam tractavimus, remittere.* Vide III, 6; 8.

2. *Tractavimus, remittere.* Turic. Guelf. Goth. Camp. inserunt *ea* cum Voss. 2, Basil., *eadem* Goth. 2. Sed Tarv. Ald., *eam*, et hoc refertur ex Alm. (vide §§. 9, 21) probatum Regio. Non necessarium certe. Vide V, 12, 8. Burmannus, *tractare* proprio JCtis more dici absolute sine objecto, hoc quidem loco mihi non probat, etsi locutionis in genere citans testem locupletissimum Vales. ad Amm. Marc. XXVIII, 4, p. edit. Gronov. 413. — Easdem lect. præbent nostri, nisi quod *eadem* non reperitur. Ed.

3. *Procuratorem... jus.* Turic., *p. h. s. is.* a sec. manu: *procurator habendus sit is* et sic Guelf. (nisi quod *procuratorem*). Camp.

4. *Materia.* Turic. Guelf. Camp., *natura* cum Almel. Bodl. Andr. et editt. ante Bad., *materia natura* Goth. (utrumque enim, err. Gesn.) cum Voss. 2, « In Vall. expuncta « dictione *natura* legitur *materia.* » BAD. Vide II, 8, 12. — Eadem nostri. Ed. — *Materia.* Vide III, 8, 53; VII, 4, 24.

5. *Ex asse heres.* Solent appellare jurisconsulti *assem*, totam hereditatem, quoniam illa more *assis* in duodecim partes dividitur; si igitur non esset *ex asse heres*, ille a quo petitur, eludere petitionem posset, quod non huic, sed aliis heredibus solvere deberet fœnus. Turn.

6. *Nemo... demens.* Turic., *ne motam vehemens* cum Goth. 2, *n. t. vehemens* Guelf. cum Goth. 1, Bodl. Bal. Alm.

7. *Remittat.* Vall. lib. RR. 7, 8, 9, 10, 12, Jens. Goth. inserunt *illud.*

8. *Ut id... leviora.* Turic. Guelf. Goth. (err. Gesn.) *u. cum i. q. f. d. s. h. r. illud et l.* Ex Goth. 2, quoque refertur *cum*, sed reliquorum nil. Jens. huic scripturæ addit *et* inter *hab.* et *rem*, et sic Loc. Ven. Rusc. *cum, et, illud* omittere, sed *ad* habere narratur Almel. me quidem incredulo (vide §§. 20, 26). Recepit Regianam constitutionem, quæ est nostra, Ald. etsi servans, solus, *et* post *habere.* Sed nostram jam Camp. Non prorsus male Tarv. sic: *u. cum i. f.* (sine *quod*) *d. s. h. et r. illud et ad l.* Equidem ex vetere scriptura hæc eruam: *u. cum i. q. f. d. s. h. r. illinc et ad l.* — Eadem nostri. Præterea R. 10, *ut etiam id.* Ed.

huic in schola[1] simile est; *Non abdicabis adoptatum: ut hunc quoque; non virum fortem: ut et fortem; non, quicunque voluntati tuæ*[2] *non paruerit*[3]*: ut in alia omnia subjectus sit; non propter optionem*[4]*; ut propter optionem*[5]*; non propter talem optionem*[6]*:* hæc juris quæstionum[7] differentia est. In factis autem ad idem[8] tendentia 22
sunt plura: ex quibus aliqua citra summam quæstionem remitti solent; ut, si is, cum quo furti[9] agitur,

1. *In schola.* Hujusmodi themata quum nimis essent trita et decantata, ne posuit quidem id ipsum, in quo rationem tractandæ partis contrariæ quummaxime docet. Sunt tales controversiæ inter Quintilianeas et M. Senecæ, velut p. (Senecæ) 332. « Pater et filius fortiter fece-« runt. Petit pater a filio, ut si-« bi cederet » (i. e., optione; est enim lex illa scholastica: *Vir fortis optet, quod volet.* Vide V, 10, 97): « ille non vult. Judicio conten-« dit; vicit patrem; petit pro præ-« mio statuam patri; pater ipsum « abdicat. » Quintil. 258; idem fere thema. Quint. 375. « Proditionis « reo patre, alter ex filiis deseruit, « alter fortissime pugnavit. Rogavit « pater, ut abolitionem suam » (vid. Briss. de V. S. h. v. §. 4.) « optaret. « Ille fratris impunitatem optavit: et « in judicio affuit patri. Pater abso-« lutus abdicat. » Similis aut eadem causa Quint. 371. Satis hæc exempla declarant, quo modo quæst. ad Qu. mentem debeant crescere. *Adoptati* quidem, qui sit abdicandus, nulla in his, quæ posui, mentio; sed facile vel hoc ad materiam addi potest, quod novam faciet quæstionem.

2. *Tuæ.* Jens., *ejus,* cum edd. ante Ald. exc. Camp. Corr. Reg., sed jam MSS.

3. *Paruerit: ut;* sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui inserunt *et.*

4. *Non propter optionem*; hæc omisit R. 12 solus. Cæteri, *non propter opinionem.* Ed.

5. *Ut propter optionem.* Hæc omittunt nostri. Ed.

6. *Non propter... talem optionem;* sic Obr. nisi quod inserit *et* ante *ut propter,* quod ego solus omisi. Vocabula *optionem et ut propter* MSS. mei omittunt omnes cum edd. ante Gryph. Sanam tamen scripturam proposuit Bad. partim quidem, ut ait, e Cod. Laurentiano, i. e. Vall. Nec attinet veterum edd. singulas aberrationes recensere. Omnes tamen ter *opinionem,* pro quo Obr. conjecturam recepi, arridentem et Gesnero. Colb. Cod. in declam. IV, pro *optionum* dat *opinionum* p. Burm. 88. Vide §. 53; VII, 7, 6.

7. *Quæstionum.* Turic. Guelferb., *quæstionis.* Camp., *et quæstionis.* An, pro *juris quæstionum,* antiquitus fuit *inter quæstiones?*

8. *Tendentia.* Turic. Guelf. Camp., *tenenda.* Sed ille et a pr. manu *at* modo pro *ad.*

9. *Furti agitur.* Turic., *furtia igitur,* a sec. manu *furti arguitur,* et sic Guelf., *f. agere* Tarv. Ald. ut et Jens. (tac. Gesn.) Lec. Ven. Compendia interpretor.

dicat, *Proba*[1] *te habuisse, proba perdidisse, proba furto perdidisse, proba mea fraude:* priora enim remitti pos-
23 sunt; ultimum non potest[2]. Solebam et hoc facere præcipue, ut vel[3] ab ultima specie[4] (nam ea fere est, quæ continet causam) retrorsum quærerem usque[5] ad primam generalem quæstionem, vel a genere ad extre-
24 mam speciem descenderem[6], etiam in suasoriis. Ut deliberat *Numa*[7], *an regnum offerentibus Romanis recipiat*[8]? Primum id est genus[9], *An regnandum? an in civitate aliena? an Romæ? an laturi sint Romani talem regem?* Similiter in[10] controversiis: optet[11] enim vir fortis alienam uxorem: ultima species est, *An optare pos-*

1. *Proba... proba... proba.* Turic. a sec. manu *probata* ter, qui et modo a sec. manu *probata* pro *proba te*, quod conjunctim pr. manus. Camp., *te* inserit bis ante *perd.* et *furto*. Ter idem Jenson. cum edd. ante Stoer. quod non debebat reducere Obr. Semel ante *perd.* inserunt Guelf. Goth. (tac. Gesn.)

2. *Ultimum... potest.* Turicens. Guelferb. Camp., *ultima* (sed hoc Turic. a sec manu)... *possunt* cum Alm. et edd. ante Ald. Regius noster in aliquot exempll. se invenisse testatur. — Omnes nostri *ultima non possunt.* Ed.

3. *Præcipue, ut vel.* Turic. Guelf., *præcipere vel.* Ille tamen a sec. manu *vel præcipere*, et sic Camp. An fuit *vel præcipue*, ut mox, nonnisi unum esset *vel.* Sed vix latum unguem discedendum est a pr. Tur. manu, et hæc duo omnem rem complectuntur. *Præcipere ve ut vel* Tarv. — *Præcipue.* Parum assequor hujus adverbii vim, post *et* significans *etiam.* Hoc autem, quod *soleret* facere, ad cogitationem pertinet, non ad orationem. Vide §§. 5, 6.

4. *Ab ultima specie.* Vide lib. V, cap. 10, 5.

5. *Quærerem usque.* Turic. Guelf., *quæremusque* (hic quidem per *e* solam). Camp., *querere u.* cum Goth. Tarv. (nisi quod *e*).

6. *Descenderem.* Turic. Guelferb. Camp. Tarv., *descendere* cum Goth.

7. *Deliberat Numa.* Vide Liv. I, 18; Dionys. Halic. Rsk., vol. I, p. 362, 3; sed potissimum Plut., vol. I, p. 63; ubi deliberans inducitur Numa. Hanc materiam rhetoribus frequentatam fuisse, credibile est, non dissimilem eam reliquis; de quibus vide III, 8, 46.

8. *Recipiat.* Camp., *accipiat.*

9. *Primum id est genus. Primum id agemus*, sic solus R. 9. Ed.

10. *Similiter in;* sic Turicens. Guelf. Goth. (tac. Gesn.). Reliqui inserunt *et.*

11. *Optet.* Guelf., *optat*, solus. *Enim* subjectum ostendit hanc esse ipsius Quint. fictionem causæ alicujus; quare nec typis sunt ista distinguenda.

sit alienam uxorem? Generale est, *An, quidquid optaverit, accipere debeat*[1]*?* Inde, *An ex privato? an nuptias? an maritum habentis*[2]*?* Sed hoc non, quemadmodum 25
dicitur, ita et quæritur[3]: primum enim occurrit fere, quod est ultimum dicendum, ut hoc, *Non debes alienam uxorem optare;* ideoque divisionem perdit festinatio: non oportet igitur offerentibus se contentum esse; quæratur[4] aliquid, quod est ultra[5], *si ne*[6] *viduam quidem?* adhuc plus, *si nihil*[7] *ex privato?* ultimum retrorsum, quod idem a capite primum est, *si nihil*[8] *iniquum?* Itaque propositione visa, quod est facillimum[9], cogite- 26
mus, si fieri potest, quid naturale[10] sit primum responderi: id si, tamquam res agatur, et nobis ipsis[11] respondendi necessitas sit, intueri volumus[12], occurrit. Si id 27

1. *An, quidquid... debeat.* Vide V, 10, 97; VII, 10, 6.

2. *Habentis;* sic Turicens. (a pr. manu) cum Alm. Goth. 2, item 1. (narrante Heusingero, cum Gesn., *habentes* inde retulerit; ipse parum attendi). Et conjecit Gesn. Reliqui *habentem.* — Eadem nostri. Ed.

3. *Sed hoc... et quæritur.* Vide III, 9, 6.

4. *Quæratur.* Turic., *quære* cum Alm. (probante Regio) Rusc. (vide §. 9.) Ald.; *quærat* Turic. (a sec. manu) Guelf. Camp.; *quærat igitur* Goth.; *quæret* Jenson. Loc. Ven.; *querunt* Tarv. Nostrum et Vall. — Eadem nostri, nisi quod *igitur* non reperitur. Ed.

5. *Aliquid... ultra.* Turic. *a. est u.* Bodl. *a. ne u.* cum editt. ante Bad. exc. Camp.

6. *Si ne.* Turic. Guelf. Camp., *sit ne* cum edd. ante Bad.

7. *Si nihil.* Turic. (a pr. manu) *se nihil.*

8. *Est, si nihil.* Turic. Guelferb. Camp. omittunt *si* cum editt. ante Bad. In recepta sat multum contra MSS. est novatum. Inprimis anceps autem, quod *si* dubitandi et quærendi sensu ter posuerunt. Vide III, 1, 3; sed et VII, 2, 5. Equidem tale quid eruam e prima Turic. manu: *esse, sed quærere aliquid et ultra, sic ne... plus eo... est nihil.* Vel: *esse, sed quærere aliquid quod ultra sit ne,* etc.

9. *Quod est facillimum.* Pertinet ad præcedens, esse facillimum *videre propositionem*, ne quis forte interpretetur quasi præmissum se quenti, in qua ratione addi debebat *id* ante *quod;* nec fert *si fieri potest,* quo significatur, non esse facile.

10. *Quid naturale.* Turic., *quod n.*

11. *Ipsis.* Turic., *ipsi* cum Alm.

12. *Volumus;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. (nam errorem interpretor, quod Burm. refert *volui-*

non contigerit, seponamus id, quod primum se obtulerit, et ipsi nobiscum sic loquamur: *Quid si hoc non esset?* id iterum et tertium, et dum nihil sit [1] reliqui: ita inferiora quoque scrutabimur, quæ tractata faciliorem nobis judicem [2] in summa quæstione facient.
28 Non dissimile huic est et illud præceptum, ut a communibus [3] ad propria veniamus: fere enim communia generalia sunt. Commune [4], *Tyrannum occidit:* proprium [5], *Virum* [6] *tamen tyrannum occidit, mulier occi-*

mus. Vide 21, 28.) Goth. et editt. ante Ald. exc. Tarv. Reliqui *voluerimus.* Hoc post se exiget: *occurret,* quod nusquam ostenditur in libris. — Hoc reprehendit Spald. ipse in notis præfationi, tom. III, affixis. « Quod dixi *voluerimus* post se de« siderare *occurret,* id adeo certum « non est. Vide VII, 2, 15, *conver« tit.* » Ed.

1. *Reliqui: ita.* Turic., *reliquit itaque,* a sec. manu: *reliqui ita quæ.* Guelf. Camp. Gothan. (tac. Gesn.) Jenson., *r. itaque* cum editt. ante Gryph. Nostrum Bodl. Bal. referente (si recte interpretor) Gibs. qui tamen in Veneta, quam hisce adjungit, fallitur. Camp. pro *quoque* dat *quecunque.*

2. *Faciliorem... judicem.* Nihil opus mutatione, qualem tentat Gesnerus, suadens *facilius... judicium,* quo res refertur ad deliberationem ipsius orantis, secum rem investigantis. Ostendit Qu. eum, qui non ultimam solum quæstionem, in qua ipsa causa vertitur, judici expendendam proposuerit, sed priora quoque, quæ deducunt ad eamdem, recte tractaverit, optime suam de re sententiam commendaturum judici, qui jam intelligat, non hujus modo negotii causa aliquid defendi ab orante, sed ex ipsa rerum natura hoc elici et promi, nec aliter in universum posse statui.

3. *Ut a communibus.* Turic. (a pr. manu) *aut a. c.* Alm. omittit *ut.* Vide 26, 38.

4. *Commune, Tyrannum.* Turic. Camp., *Communem t.* Nostrum Goth, Jens. (tac. Gesn.) Vall. Tarv. Reliqui *c. est Tyr.* jubente Regio, quibuscum Guelf., nisi dormitavi.

5. *Occidit: proprium.* Turic. a pr. manu *occidi p.*

6. *Virum.* Turic. (a pr. manu) omittit. Ald., *Viriatum,* cum posterioribus ante Gibs. ex conjectura; prava illa. De *Viriatho,* hinc alieno, vide præter alios Appian. Hispan. c. 60, ibique Schweighenser. — Maxima pars nostrorum receptam lectionem habent. *Viriatum;* sic Vallæ liber a secunda manu, Jensonius ab emendatione Ald. *Virum tamen occidit, tyrannum occidit;* sic RR. 9, 12. Ed. — Si *Viriatum* legas, non satis quadrat exemplum. Fuit enim *Viriatus* latro Lusitanus, qui exercitum coegit, totamque Lusitaniam populatus est, demum a Romanis ipsis superatus. Turn.

dit, uxor occidit[1]. Solebam et excerpere, quid mihi 29
cum adversario conveniret, si modo id pro me erat; nec solum premere confessionem, sed partiendo multiplicare, ut in illa controversia[2], *Dux, qui competitorem patrem in suffragiis*[3] *vicerat, captus*[4] *est; euntes ad redimendum eum*[5] *legati, obvium habuerunt patrem, revertentem ab hostibus: is legatis dixit*[6], *Sero itis. Ex-* 30
cusserunt illi patrem, et aurum in sinu ejus invenerunt: ipsi perseverarunt[7] *ire, quo intenderant: invenerunt ducem cruci fixum*[8], *cujus vox fuit, Cavete proditorem: reus est pater.* Quæ conveniunt[9]? *Proditio nobis præ-*

1. *Virum... uxor occidit.* « Lex « est, qui tyrannum occiderit, « Olympionicarum præmium capi- « to, et quam volet sibi rem a ma- « gistratu deposcito, et magistratus « ei concedito. Et altera lex, tyran- « no occiso, quinque ejus proximos « cognatione magistratus necato. « Alexandrum, qui apud Pheræos « in Thessalia tyrannidem occupa- « rat, uxor sua, cui Thebe nomen « fuit, noctu quum simul cubaret, « occidit. » Cic. de Inv. II, 49. Satis apparet, hanc materiam in rhetorum declamationibus esse frequentatam, ut potuerit, etiam nominibus non positis, eam significare Noster. Rem ipsam qui narraverint, recenset omnes Bartholomæus in Anacharside, cap. 35, nec Nostri immemor; eorum princeps est Plutarchus in Pelopida. De *proprio* vide V, 10, 59.

2. *In illa controversia.* Hæc ipsa tractatur a Seneca patre Controv. XXII, pag. 251; et in Excerptis, pag. 460.

3. *In suffragiis.* Malim abesse *in*.

4. *Captus.* Turic. (a pr. manu) compendium significans *caput* vel *capit*.

5. *Redimendum eum.* Turic. (a pr. manu) *redēm* (forsan *redemtionem*) *ejus*. — Solus R. 12, *ad redemtionem ejus*. Ed.

6. *Is legatis dixit.* Turic. Guelf. omittunt *is* cum Goth. Jens. Loc. Ven. Rusc. Bad. pr. *d. is leg.* Camp.

7. *Perseverarunt.* Turic., *perseverarant.* Campan., *perseveraverunt.* Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *perseverant* cum Loc. Ven. Rusc.

8. *Cruci fixum;* sic scribit R. 12: cæteri non separant. Rollinus quoque non separat. Ed. — *Crucifixum.* Vide Oudend. ad Sueton. Domit. c. 10; qui defendit hanc structuram, quæ ipsa est ubique apud Senecam in hac Controversia.

9. *Pater... conveniunt.* Turic. (a pr. manu) *paterque convenit.* Goth. 2, *p. quod convenit.* Possis hinc eruere: « Quod *convenit,* proditio.., « duce : *Quærimus* proditorem. » Ut opponantur sibi invicem comperta et dubia in hac causa. Abruptius est quod interrogatio illa subito inducitur.

dicta[1] *est, et prædicta a duce*[2]*, quærimus proditorem; te isse*[3] *ad hostes fateris, et isse clam*[4]*, et ab his incolumem rediisse*[5]*, aurum retulisse, et aurum occultum ha-*
31 *buisse.* Nam, quod[6] fecit, id nonnunquam[7] potentius fit in propositione: quæ si animos occupavit[8], prope

1. *Prædicta... prædicta;* sic Turic. (a sec. quidem manu prius *prodita*) cum Alm. Goth. 2, Ald.; *prodita... prædicta* Guelf. cum Bodl. Bal. et edd. ante Bad., quo accedit Bas. exc. Camp. qui cum Gothan. Vall., *prodita... prodita,* ut reliqui. Nihili est Badii ratio negantis *proditionem* posse indicari nisi factam. Qui *cavere* jubet, is *prædicit.*—Eadem nostri. Ed.

2. *Duce.* R. 12, *judice.* Ed.

3. *Isse... isse;* sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Bad.

4. *Clam, et.* Turic. Guelf., *claret e.* (ille a pr. manu *et* omittit) cum Alm. Goth. 2, et editt. ante Rusc. qui nostrum jubente Regio (vide 25.) quod tamen et Gothan. Vall. Camp. Tarv. præferunt. Vide lib. VI, cap. 4, §. 9.

5. *Rediisse.* Guelf. Gothan. (tac. Gesn.) *redisse.* Vide *perisse* lib. V, cap. 9, §. 10.

6. *Nam quod.* Turic. (a pr. manu) *Namque.*

7. *Potentius.* Turic. (a pr. manu) *potentus.* Horum verborum *Nam, quod... propositione* tenebræ inductæ sunt profecto a corruptela scripturæ. Quod de sententia dubitari posse negat Gesnerus, id ne ipsum quidem satis confirmatum videtur. Huc quidem redire eam arbitratur ille (reliquis obmutescentibus, nec ullam difficultatem testantibus) ut confessio (*quod fecit* scil. adversarius, dictum durissime, ut Gesner. ipse censet, pro eo: quod fecisse adversarium inter utrumque litigantem convenit) dicatur nonnunquam potentior fieri in propositione; sed addit *tali propositione,* si accusator confessionem adversarii proponat, premat, partiendo augeat. Hoc tamen quam precario fiat, manifestum est. Nec sufficit, quamquam ingeniosa, Crusii conjectura reponentis *lædit* pro *fecit,* probata Gesnero (Probabb. critt., p. 91, 92). Conferendus inprimis cum nostro est locus V, 13, 12, 13, 14; ubi multa hisce (§§. 29, 30, 31.) respondentia invenies. Hæc comparanti apparebit multitudinem membrorum in propositione esse id ipsum, quod interdum accusatori conducere dicatur. Quod ut existat nobis, ulteriore mutatione opus est, velut tali: *Nam quod lædit, ita non n. p. f. i. p. Ita* (pro *id*) significabit « eo, quo ostendi, modo *par-* « *tiendo multiplicatum.* » Premendo primam illam Turic. scripturam hoc eruimus: *Namque* (vel *Nam quasi*) *cæsim ita dicendo n. n. p. f. i. p.* Quamquam displicere potest defectus subjecti, nisi forte dicas intelligi in genere quodcunque objicimus. Insolentius vocabulum fraudi esse poterat. Legimus autem, IX, 4, 126, XI, 3, 102; *dic.* per compend. et seq. protinus *non* facile obliterabatur (vide VI, 3, 71).

8. *Occupavit;* sic Turic. Camp.

aures ipsæ[1] defensioni præcluduntur: in totum autem congregatio criminum accusantem adjuvat, separatio defendentem: solebam id, quod fieri et in argumentis dixi[2], in tota facere materia, ut propositis[3], extra quæ nihil esset[4], omnibus, deinde cæteris remotis, solum id superesset[5], quod credi volebam. Ut in prævaricatio- 32
num criminibus, *Ut absolvatur reus, aut innocentia ipsius fit*[6], *aut interveniente*[7] *aliqua potestate*[8], *aut vi, aut corrupto judicio, aut difficultate probationis, aut prævaricatione: nocentem fuisse confiteris, nulla potestas obstitit*[9], *nulla vis, corruptum judicium non quereris, nulla probandi difficultas fuit: quid superest, nisi ut prævaricatio fuerit?* Si omnia amoliri non poteram, ta- 33
men[10] plura amoliebar[11]: *Hominem occisum esse constat; non in solitudine, ut a latronibus suspicer: non prædæ gratia; quia inspoliatus est: non hereditatis spe; quia pauper fuit: odium igitur in causa: quis inimicus*[12]*?* Quæ 34

cum Gothan. 2, Vall. et edd. ante Ald. (Gothan. 1, et Guelf. confuse notavi, sed suspicor et ipsos nostrum dare). Reliqui *occuparit* ex Regii conjectura.

1. *Ipsæ;* sic. Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) cum Goth. 2, Basil. Reliqui *ipsi*.

2. *In argumentis dixi*. V, 10, 66, seqq.

3. *Materia, ut propositis*. Turic. Guelferb. Camp. omittunt *ut* cum Goth. et edd. ante Ald.

4. *Esset*. Turic. (a pr. manu) *esse*.

5. *Superesset*. Camp., *superest*. Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) *superesse* cum edd. ante Rusc. (Vide 30.) *ut* et *superesset* emendavit Regius.

6. *Fit*. RR. 7, 10, Jens. Aldus., *sit*. Ed.

7. *Interveniente*. Jenson. (tac. Gesn.) *intus v.* Correxit Regius.

8. *Aliqua potestate*. Vide lib. V, cap. 2, §. 5.

9. *Obstitit*. Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) *obsistit* cum Alm. sed Camp., *obsit*.

10. *Tamen*. Turic. (a pr. manu) Goth. (tac. Gesn.) *in* cum Alm. Ille (a sec. manu) Guelf. Camp., *en*.

11. *Amoliebar*. Turic. (a pr. manu) *moliebar* cum Alm.—*Si omnia... amoliebar*. Fabius tamen, L. V, ait, periculosum hoc esse genus, si quid omittatur cum risu res tota solvitur: hic tamen aliquid omitti posse *in remotione* innuit. Turn.

12. *Quis inimicus*. Camp., *quia in*. solus, neque tamen negligenda scriptura. In recepta enim quum sit interrogatio, valens negationem.

res autem faciliorem divisioni[1] viam præstat, eadem inventioni quoque: excutere, quidquid dici[2] potest, et velut rejectione[3] facta ad optimum pervenire: *accusatur Milo*[4], *quod Clodium occiderit: aut fecit, aut non:* optimum erat[5] *negare:* si non potest[6], *occidit* ergo, *aut jure, aut injuria*[7]*:* utique *jure:* aut *voluntate* igitur, aut *necessitate*[8]*;* nam *ignorantia* prætendi non potest. *Voluntas* anceps est; sed, quia ita homines[9] putant, attingenda

hoc ipsum quoque de odio, causa cædis, removetur, neque convenit rei propositæ exemplum allatum, in quo omnia tamen amolitur defensor. Nam defensor hic loqui putandus est. Ejus enim τὸ *amoliri*. Unde et responsio parata Turnebiano interpreti, qui rationem hic commendatam pugnare censet cum cautione data, V, 10, 67. Qui aliquam faciuoris patrandi causam in se admittit, is in illum, qui isto loco cavetur, risum non potest incurrere. Sed jam relinquitur, ut, quamquam inimicus, tamen insons hujus cædis ostendatur reus. Blanditur eo quoque *quia*, quod bis præcedit idem.

1. *Faciliorem divisioni.* Ad *divisionem*, hoc est, ut secernatur, in quo nobis cum adversario conveniat, ut in quo non; potest tamen diligenter causam excutere: id quoque *inventioni* utile est, quia sensim excutiendo aliud atque aliud, tandem invenimus quod est utilissimum nobis. Turn.

2. *Dici;* sic Turic. (a pr. manu) cum Alm. Jens. et editt. ante Ald. (quod reduxit Gesn.) exc. Camp. qui *dicitur* cum Guelf. Goth. reliquis. Cui scripturæ uti mederetur Dan. (vide VI, 2, 11.) conjecit *prodest* pro *potest* receptum Rollino et Capper. Displicuit *res ea... excutere* per appositionem. Simile est Plin. H. N. XXV, 3, « *res* tanta videba- « tur... *invenire.* »

3. *Rejectione.* Camp., *rejectatione.* Vide 18. — *Velut rejectione facta.* Similitudo petita e judiciis, ubi inter sortiendum judices rejiciuntur, quos improbat aliquis litigatorum. Vide Ern. in Clave h. v. no. 5; item exempli causa Cic. ad Att. I, 16, « *rejectio* facta est clamoribus « maximis. »

4. *Accusatur Milo.* Hic iterum ad lucem prodit R. 11, qui a VI lib. defecerat. Ed.

5. *Erat.* Camp., *erit.*

6. *Si non potest.* Subjectum fuerit Milo; sin ad patronum referas, ἀπὸ κοινοῦ intelligendus est orator. Neque enim censeo vel subaudiendum *fieri* (vide I, 4, 11.) vel modo scribendum *negari* pro *negare*.

7. *Occidit... injuria.* Restitui diremptionem veterrimorum inter excusos. Alii colon ponunt aut post *ergo*, aut ante idem vocabulum.

8. *Utique... necessitate.* Turicens. Guelferb. Goth. (err. Gesn.) Camp. omittunt *j. a. v. i.* cum. Alm. Reliqui excusi ante Bad. sec. omittunt *igitur.*

9. *Ita homines;* sic Turic. Guelferbyt. Goth. (tacente Gesnero)

defensio, ut id *pro Republica* fuerit: *necessitate? subita igitur pugna, non præparata; alter igitur insidiatus est:* uter[1]? *profecto Clodius:* videsne, ut ipsa[2] rerum necessitas deducat[3] ad defensionem? Adhuc, *Aut utique voluit* 36 *occidere insidiatorem Clodium*[4], *aut non:* tutius, *si noluit: fecerunt ergo servi Milonis, neque jubente, neque sciente Milone:* at hæc[5] tam timida defensio detrahit auctoritatem illi, qua recte dicebamus occisum. Adji- 37 cietur[6], *Quod suos quisque*[7] *servos in tali re facere voluisset:* hoc eo est utilius[8], quod sæpe nihil placet[9], et aliquid dicendum est: intueamur ergo omnia; ita apparebit aut id, quod optimum est, aut id, quod minime malum[10]: propositione aliquando adversarii utendum, et esse[11] nonnunquam communem eam, suo loco dic-

cum Alm. Obr. Reliqui inserunt *id.* — *Attingenda;* sic Turic. a pr. manu. Reliqui *adjungenda.* — *Attingenda.* Fit hoc Cic. pro Mil. c. 27... 30. Minus recte hæret Gesnerus in locutione « defensio *ut*... fue- « rit » pro qua requirit « d. ut dica- « tur... fuisse. » Vide et VII, 2, 36. Causam hanc egerant Scioppius, Vorstius, inprimis Schultingius ad Decll. Quintilianeas (citati Drakenborcho ad Liv. V, 55, 5), quorum postremus huc insigniter faciens ponit exemplum Decl. VIII (p. Bip. 153). « Non potest hinc tibi venire « *defensio, ut* hoc *sis* pro alterius sa- « lute commentus. » Ad reliquos causæ Milonianæ locos. Vide VI, 5, 10.

1. *Uter.* R. 11 addit *vero.* Ed.

2. *Ut ipsa.* Turic. (a pr. manu) *aut ipsa.*

3. *Deducat.* Turic., *diducat.*

4. *Insidiatorem Clodium.* Turic. Camp., *i. Clodius.*

5. *At hæc.* Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp., *Ad h.* cum Alm.

6. *Adjicietur;* sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum edd. ante Gryph. (1544.) quo acc. Colin. Vidov. Obr. Reliqui *adjicitur.*—Solus R. 13, *adjicitur.* Ed.—*Adjicietur.* Etsi hoc ipsum factum est a Cicerone, tamen fingitur hic quidem loci res pendere adhuc in consultatione artificis, cujus speciem dat Qu. Propterea futurum potius usurpavit verbi, quam præsens aut præteritum. Vide et IV, 2, 121.

7. *Quisque.* Turic. (a pr. manu) *quosque.*

8. *Hoc... utilius.* « Hoc institutum « excutiendi quidquid dici potest, « etc., V, 34. » Gesnerus.

9. *Nihil placet.* Verbum eadem potestate usurpatur, I, 2, 15.

10. *Quod minime.* Camp. inserit *est.*

11. *Utendum, et esse.* Guelferb. omittit *et,* quæ et Turicensis se-

tum est[1]: multis millibus versuum scio apud quosdam esse quæsitum, quomodo inveniremus, utra pars deberet prior dicere? quod in foro vel atrocitate formularum[2], vel modo petitionum, vel novissime sorte di-
38 judicatur. In schola quæri nihil attinet[3], quum in declamationibus iisdem narrare, et contractiones solvere, tam ab actore, quam a possessore[4] concessum sit:

cunda videtur manus. Goth. (tac. Gesn.) CAMP., *u. est et e.* Male.

1. *Suo loco dictum.* IV, 4, 8.

2. *Atrocitate formularum.* « Se- « veritate et rigore illo præciso: « nam *atrocem* etiam in bonam par- « tem sumi, jam lexica docent. » [Vide nos ad I, 1, 6; not. extr.] « Interim fuerit tamen forte » [fortasse], « qui maluerit *auctoritatem.* « Cæterum de quæstione hac jam « laudavit Regius Dig. V, 1, 13; ubi « Gaius, *In tribus istis*, inquit, *ju-* « *diciis, familiæ erciscundæ, com-* « *muni dividundo, et finium regun-* « *dorum, quæritur, quis actor intel-* « *ligatur, quia par causa omnium* « *videtur. Sed magis placuit, eum* « *videri actorem, qui ad judicium* « *provocasset.* Subjicit Ulpianus l. « 14: *Sed quum ambo ad judicium* « *provocant, sorte res discerni so-* « *let.* » GESNERUS. Vide nos ad IV, 2, 28. Item de formulis III, 6, 69; *modum petitionum* equidem certo non definiam. Neque enim satis in aprico est, *modus* hic mensuram designet an rationem (vide V, 6, 2); *petitiones* sint proprie dictæ, an pro accusationibus (vide III, 10, 4). Id quidem dubio caret, quod *sortem* inductam recenti aliquo instituto Gedoynus monet in nota versionis, falli eum. *Novissime* non temporis est ultimum, sed enumerationis. Philander ad *sortem* ponit locum Servii ad Æneid. VI, 431, non magnopere huc facientem.

3. *In schola... attinet.* Vide V, 13, 50.

4. *Possessore.* Turic., *possessione.* Sed reliqui (quorum et Alm. Vide XXVIII, 50.) nobiscum omnes ante Gryph. qui *defensore* cum recentioribus. Hoc otiose conjecit Badius, qui tamen et propius ad antiquam scripturam *propulsore* tentabat. Bal. tacetur cum Vossianis tribus, incuria haud dubie.—*Defensore* nullibi reperimus. Omnes *possessore.* ED. — *Possessore.* Hic quidem nove et satis mirabiliter *possessor* dici videtur pro *defensore*, nulla rei cujuscunque, quæ petatur, habita ratione. Deducere potuit sane ad hanc loquendi insolentiam, quod jam tritum fuit *petitorem* usurpare pro *accusatore* (vide §. 5), cui rationi affine est et consentaneum, *possessorem* appellare eum, qui aggressionem a se amolitur. Nec inauditum hoc in ipso jure civili esse disco, monente amico quodam JCto, qui librum mihi ostendit Friderici Caroli Savinii (Giessæ 1803) *de jure possessionis*, ubi complura huc facientia exponuntur §. 8. Horum quidem maxime advertit me locus Dig. V, 1, 62. « Inter litigantes non « aliter lis expediri potest, quam si

sed in plurimis controversiis ne inveniri quidem potest, ut in illa, *Qui tres liberos habebat, oratorem, philosophum, medicum*[1], *testamento quatuor partes fecit, et singulas singulis dedit: unam ejus esse voluit, qui esset*[2] *utilissimus civitati.* Contendunt: quis 39
primus dicat[3], incertum est; propositio tamen certa: ab eo enim, cujus personam tuebimur[4], incipiendum erit: et hæc quidem de dividendo in universum præcipi possunt[5]. At quomodo[6] inveniemus etiam illas occul- 40
tiores quæstiones? scilicet, quomodo sententias[7], verba, figuras, colores: ingenio, curâ, exercitatione · non tamen fere unquam[8], nisi imprudentem fugerint[9], si, ut dixi[10], naturam sequi ducem velit. Sed plerique, elo- 41
quentiæ famam affectantes, contenti sunt locis speciosis modo, vel nihil ad probationem conferentibus: alii, nihil vitare[11], ea, quæ[12] in oculos incurrunt, exquiren-

« alter petitor, alter *possessor* sit. » Quamquam Savinius bonis argumentis cavet, ne latius evagetur hic usus; esse enim hæc ex libro Ulpiani illo, qui videatur totus spectasse ad jus hereditatis. An tale quid et nostro succurret, quoniam mox exemplum est hereditatis petendæ? Præpositionis *ab* potestatem vide IV, 2, 6.

1. *Philosophum, medicum;* sic Turic. Guelf. Gothan. (tac. Gesn.) Camp. cum Alm. et Obr. Reliqui inserunt *et.* Vide IV, 2, 24.

2. *Qui esset.* Turic. a pr. manu *quæ e.*

3. *Dicat.* Ponitur et hic in Leidensi conjectura (ni f.) *dicatur* subjecto signo *pas.* unde Burm. fecit *Passer.* Capp., *Passerat.* Vide VI, 3, 71. Nihili hoc.

4. *Personam tuebimur.* Turic. a pr. manu *persona utebimur.*—*Persona utemur;* sic RR. 7, 11. *Personam tutemur;* sic R. 12. Alii receptam lect. Ed.

5. *Possunt* Turic. dubium *possit* an *possint.*—*Possunt aliquo modo;* sic scribunt et distinguunt Vall. lib. RR. 8, 9, 10, 12, Camp. Andr. Ed.

6. *At quomodo.* Turic. Guelferb. Camp., *aliquomodo* cum Goth.

7. *Quomodo sententias.* Camp., *querenda s.*

8. *Fere unquam.* Turic., *f. eum quam,* a sec. manu *fugere unquam.* Guelf., *fuget u.* Camp., *fugient u.*

9. *Imprudentem fugerint.* Turic. (a sec. manu) Guelf. Camp., *imprudenter fugerit* (nisi quod postremus *impud.*).

10. *Ut dixi.* §. 26.

11. *Vitare;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Ald. qui *vitantes* ex conjectura Regii.

12. *Ea, quæ.* Turic., *aquæ,* a sec.

do[1], putant[2]: quod quo facilius appareat, unam de schola controversiam, non illam[3] sane [4]difficillimam
42 aut novam, proponam in exemplum. *Qui reo proditionis patri non affuerit*[5], *exheres sit: proditionis damnatus cum advocato*[6] *exsulet: reo proditionis patri disertus filius affuit, rusticus non affuit: damnatus abiit cum advocato in exsilium: rusticus quum fortiter fecisset, praemii nomine impetravit restitutionem patris et fratris: pater reversus intestatus decessit: petit rusticus partem bono-*
43 *rum, orator totum sibi vindicat.* Hic illi eloquentes, quibusque nos, circa lites raras[7] sollicitiores, ridiculi vide-

manu *ac q.* cum Guelf. Gothan. et edd. ante Ald., *et q.* Camp. Nostrum ex Regii conj.

1. *Exquirendo.* Turic., *exquirendam* cum Goth. Ille a sec. manu *exquirenda* cum Guelf. Camp. et edd. praeter Jens. Tarv. qui nostrum.

2. *Alii... putant.* Tuti ab omni omissione necessarii sibi videntur, operose rimando quae sunt exposita, nec diligenti tractatione indigent. Structura infinitivi *vitare sine se* insolentior; quapropter malis fortasse *vitari*. Sed vide §. 60. — Intellige: *alii putant se nihil vitare*, i. e. praetermittere, si *ea, quae in oculos incurrunt, exquirant*, nec ultra procedant. Hic videtur esse de industria antithesis inter *exquirendo* et *in oculos incurrunt*. Ed.

3. *Illam.* Libri omnes *ita*. Nostrum e conjectura. Vide V, 10, 64; IX, 4, 135.

4. *Difficillimam;* sic Codd. et vett. edd. Turic. a pr. manu *difficillima*. A Badio inde *difficilem*, quod superscriptum invenerat in Vall. Nostrum tamen et Basil.

5. *Qui... affuerit.* Vide V, 10, 107.

6. *Cum advocato... in exsilium.* Interjecta omittunt Turic. Guelf. cum Alm.

7. *Circa lites raras.* Hujusmodi litem, qualis proponitur, raram esse, non quotidianam, quaeve possit saepe orari, unusquisque videt. Jam prudentiores et Quintiliani similes in talibus causis omnia momenta solent expendere, nihil inexcussum praetermittere; quod ipsum a calidioribus ridetur, tamquam supervacuae diligentiae, quum ultro ibi se offerant rationes et argumenta, ut nulla opus sit sollicitudine. Sic *raras* h. l. *lites*, id quod jam Gesnero visum, nihil habet incongrui, neque indigemus conjectura Obrechtiana, *paratas* l. qua ille majorem dementiam imputatam prudentibus designare voluit, qui etiam in *paratis* h. e. facilibus, et expositis *litibus* essent solliciti et trepidi. Hic quidem cumulus erroris nostro loco iis non exprobratur. Quod enim Rollinus infrequentiam agendi putat significari in iis, qui quum sollicitiores sint in orando, non totidem, quot leviores illi, possint causas suscipere, id nequaquam probo. Nec satis placet Ges-

mur, invadent personas favorabiles: actio[1] *pro rustico contra disertum, pro forti*[2] *contra imbellem*[3], *pro restitutore contra ingratum, pro eo, qui parte contentus sit, contra eum, qui fratri nihil dare*[4] *ex paternis velit.* Quæ 44
omnia sunt in materia, et multum juvant; victoriam tamen non trahunt[5]: in hac[6] quærentur sententiæ, si fieri potuerit[7], præcipites, vel obscuræ[8] (nam ea nunc virtus est), et pulchre[9] fuerit cum materia, tumultu et clamore[10] transactum[11]: illi vero, quibus propositum

nerus ipse, raritatem causarum accipiens eam, quæ sit in delectu faciendo ejusmodi causarum, quales raro in scholis orantur, de quibus fere nonnisi extra scholam cogitatur a viris in ipso pulvere et foro spectatis. Nam *rariores* profecto lites, magis scholæ sunt quam fori; et declamatores id maxime indiguantur in sobriis istis et diligentibus, quod affluente dicendi materia, qualis est in *raris litibus*, tamen singula perlustrare maluut, et recondita rimari, quam paratis et *innatantibus* ad grandiloquentiam abuti.

1. *Actio.* Hæret hic Regius, cui recte Badius *est, oritur*, facile subaudiri respondet.

2. *Pro forti.* Turic., *forte.* Guelf., *forti.* Camp. Goth. (tac. Gesn.) nostrum, reliqui inserunt *viro.*

3. *Imbellem.* Camp., *imbecillem* cum aliquot edd.

4. *Dare.* Placet sane, quod unus hic ostendit Campani liber: *dari.*

5. *Trahunt;* sic Turicens. Alm. Palat. Gebh. Primus tamen a sec. manu addit *vel d.* ut sit *tradunt*, et sic reliqui. — Soli R. 11, et apud Burm. V. c. Alm., *trahunt.* Ed. — *Trahunt.* Eleganter pro *secum trahunt.* Vide Drak. ad Liv. VI, 8, 6.

6. *In hac.* Guelf., *I. hanc.* Jens., *I. hoc* cum edd. ante Bad. Nostrum et in Vall. — *In hac.* « sc. *actione.* » Badius.

7. *Potuerit;* sic Turicens. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Bad. Reliqui *poterit.* Vide VI, 4, 14.

8. *Præcipites... obscuræ.* De prioribus consule II, 11, 3; de alteris VIII, 2, 18. Futurum verbi *quærentur* hic quidem nequaquam est præcipientis, sed, non sine dolore, præsagientis Qu. quid facturi sint ii, qui suo tempore vellent eloquentes videri.

9. *Et pulchre;* sic Turic. Camp. cum Goth. (qui tamen modo omittit *est* tac. Gesn.) et edd. ante Ald. quo acc. Bad. Gesn. Reliqui *ut*, (quorum et Guelferbyt.) male dirimentes, nec parenthesin agnoscentes (*nam... est.*) — Nostri *et pulchre*, exc. R. 10. Ed. — Ut materia litis egregie tractata videatur, si acutis et vibrantibus sententiolis orator clamorem et tumultum excitarit. Forte hic corruptum aliquid. Vide eamdem sententiam, sed clarius expressam loc. infr. cit. Roll.

10. *Clamore.* Goth. (tac. Gesn.) *materia.*

11. *Cum materia... transactum. Transigendi* ut et *decidendi* ver-

quidem melius [1], sed cura in proximo est [2], hæc [3] velut
45 innatantia [4] videbunt, *Excusatum esse rusticum, quod non interfuerit* [5] *judicio, nihil collaturus patri: sed ne disertum quidem habere, quod imputet reo, quum is damnatus sit* [6]*: dignum esse hereditate restitutorem;* [7] *avarum, impium, ingratum, qui dividere nolit cum fratre, eoque sic merito:* quæstionem quoque illam [8] primam scripti et voluntatis, qua non expugnata [9], non sit sequentibus
46 locus. At, qui naturam sequetur, illa cogitabit [10] pro-

bum tam apud Ciceronem, quam apud recentiores, *finire* significat, adjuncta notatione libenter aliquo negotio tandem defungentis. Structura varia, et cum accusativo jungendi et adhibendi præpositiones *cum* vel *de*. *Tumultus* ille et *clamor*, utrum agentis sit, an audientium, nulla certa nota apparet; neque enim sufficit quod Gesnerus, audientes si intelligi debuerint, *inter tumultum* scripturum fuisse Qu. censet. Plerumque *clamorem* esse laudantium orantem ipse agnoscit. Vide IV, 2, 37.

1. *Propositum quidem melius*, qui non sunt de numero corruptorum, et speciosa modo sectantium, sed *volunt optima quæque*. Vide lib. II, cap. 4, §. 16.

2. *Cura in proximo est*. « Ad pro« xima tantum et obvia pertinet. » Gesnerus.

3. *Hæc velut*. Turic. Guelf., *et v.*

4. *Innatantia*. « Vide X, 7, 28; « *innatans* illa verborum facilitas « in altum reducetur. » Burmannus.

5. *Quod non interfuerit*. Ita Turic. Camp. cum marg. Bas. Reliqui *qui n. i.* — Solus Andr., *quod non*. Reliqui *qui non*. Ed.

6. *Quod imputet... sit*. Non posse gloriari, quasi aliquid profuerit reo patri, quum is damnatus sit. Roll.

7. *Restitutorem; avarum*; sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. et edd. ante Gryph. exc. Badio, qui inseruit *non* ex Vall. astipulante Goth. et reliquis. Veterem scripturam reduxit Obr. Vide IV, 2, 29. — *Avarum... qui... nolit*. Priora tria vocabula sunt prædicata subjecti, quod est in *qui... nolit*; subauditur autem *esse*.

8. *Quæstionem... illam*. « Intel« lige *videbunt*. » Gesn. *Primam* autem appellat *quæst.* hanc, respiciens ad *sequentibus*, quum *prima* omnium debeat tractari in hac causa, quumque sit *generalis*. Vide §§. 23, 49, 53; *script.* et *volunt.* Vide §§. 13, 7, c. 6.

9. *Non expugnata*. Turic., *non expugna* cum Alm. Sed ille a sec. manu *nunc est pugna*, ut et Guelf. Camp. cum Bodl. Goth. Vall. unde aliquot edd. errores, sed mearum quidem nullius præter Basil.—Præterea, *nunc expugnata*; sic Jens. ab emend. Ed.

10. *Cogitabit*. Turic. Guelf., *cogitavit*. — *Illa cogitabit*. Subit scribere *ita* c. Vide not. ad §. 41. Quamquam §. 48; « *hoc* cogitet. »

fecto, primo, hoc dicturum rusticum, *Pater intestatus duos nos filios reliquit*[1], *partem jure gentium*[2] *peto:* quis tam imperitus, quis tam procul a litteris, quin sic incipiat, etiamsi nescierit, quid sit propositio[3]? Hanc 47
communem omnium legem leviter[4] adornabit[5], ut justam[6]: nempe sequetur[7], ut quæramus[8], quid[9] tam æquæ postulationi respondeatur? At id manifestum est: lex est, *quæ jubet exheredem esse eum, qui patri proditionis reo non affuerit; tu autem non affuisti:* hanc propositionem necessaria[10] sequitur legis laudatio, et ejus, qui non affuerit, vituperatio. Adhuc[11] versamur in con- 48
fessis: redeat animus ad petitorem; numquid non hoc cogitet[12] necesse est (nisi qui sit[13] plane hebes): *Si lex*

1. *Reliquit.* Camp., *relinquam.*

2. *Jure gentium.* Institutt. I, 2, 1; « jus... quod... naturalis ratio « inter omnes homines constituit, « id apud omnes peræque custodi- « tur, vocaturque *jus gentium*, qua- « si quo jure *omnes gentes* utantur. » Indicante Capper. vide et Brisson. V. S. voce *jus*, §. 3.

3. *Propositio*, qualem cognovimus lib. IV, cap. 4.

4. *Leviter.* Omittunt edd. a Jens. ad Ald. Habet etiam Vall.

5. *Adornabit.* Turic. (a pr. manu) *adornavit.*

6. *Justam.* Guelf., *istam;* et sic Turic. quoque videtur, quamquam diremptum *is tam.* Camp., *justam istam.*

7. *Sequetur.* Turic. (a sec. manu) Guelf. Camp., *sequatur* cum Goth. Jenson. Tarv. Regius correxit, sed jam Loc. habet.

8. *Ut quæramus.* Turic. Guelf. Camp., *at q.* cum Goth. Jens. Tarv. Regius ut supra.

9. *Quid tam;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Reliqui inserunt *huic.*

10. *Necessaria;* sic Turic. (a pr. manu) Tarv. Reliqui *necessario.* Necessitas logica jam est in *sequendo* ipso, neque in cæteris addita; quum autem ab invito sit facienda laudatio, bene appellatur *necessaria.* Guelf. a priore *affuerit* ad alterum omittit omnia. — *Necessaria*, quam exire non possit defensor ejus, qui videatur condemnari ea lege, h. e. rustici.

11. *Adhuc;* sic RR. 7, 11, 12, Jenson. Ald. *At hic;* sic Vall. lib. RR. 8, 9, Camp. Andr. *At hinc;* sic R. 10. Ed.

12. *Numquid non hoc cogitet.* Turic., *n. q. non enim c.* a sec. manu *n. q. nam hic c.* Guelf., *n. q. nam hoc c.* Camp., *nam aliquid hic c.* cum Goth., *nam aliud hic non c.* Ald. *Enim* in Turic. per *h* scriptum Vide VI, 3, 7. — Eadem nostri. Ed.

13. *Nisi qui sit;* sic nullibi reperimus. *Nisi quis;* sic Jens. ab emend. Ald. *Nisi quia;* sic Vall. lib. RR. 7,

obstat, nulla lis est[1], *inane*[2] *judicium est: atqui et legem esse, et hoc, quod ea puniat, a rustico factum, extra dubitationem est?* Quid ergo dicimus[3]? *Rusticus eram*[4]: sed lex erat: omnes complectitur: nihil proderit.
49 Quæramus ergo, num infirmari in aliqua parte[5] lex possit: quid aliud (sæpius dicam[6]) natura permittit, quam ut[7], quum[8] verba contra sint, de voluntate quæratur? Generalis igitur quæstio, *Verbis, an voluntate sit standum*[9]*?* Sed enim[10] in commune de jure omni disputandum semper, nec unquam[11] satis judicatum est: quærendum igitur[12] in hac ipsa, qua[13] consistimus, an aliquid inveniri possit[14], quod scripto adversetur?

8, 9, 10, 11, 12. Camp. Andr. Ed. — *Hebes.* Turic. Guelf. Camp., *heres* cum Alm. — Plerique *heres.* Ed.

1. *Nulla lis est.* Vide V, 9, 3, 4.

2. *Inane.* Jens. (tacente Gesnero) *mane* cum editionibus ante Bad. exc. Camp.

3. *Dicimus;* ita Turic. Guelferb. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum edd. ante Bad. Reliqui *dicemus.* Vide 52.

4. *Eram.* Turic. (a sec. manu) Guelf. Camp., *erat.* Sed pr. Turic. manus et *rusticam.*

5. *Aliqua parte.* Turic. (a pr. manu) *aliquam partem.* — *In aliqua parte.* Insolita forma pro altera omittente præpositionem, vel: *ab a. p.*

6. *Sæpius dicam.* Excusat repetitam toties *naturæ* mentionem. Vide XL, 46.

7. *Quam ut.* R. 9, omittit τὸ *quam.* Ed.

8. *Quum.* omittit R. 11. Ed.

9. *Standum.* Turic. (a sec. manu) Guelf. Camp., *instandum.* — R. 10, Andr., *instandum.* Ed.

10. *Sed enim.* Hæ particulæ ostendunt obloquentem sibi; qui jam referat, qua ratione suum argumentum adversarius sit exiturus, cui mox resistere conatur.

11. *Unquam.* Goth. (tac. Gesn.) omittit.

12. *Igitur.* Omittunt editt. post Camp. ante Ald. improbante Regio.

13. *Qua consistimus.* « In hac ipsa « lege, qua oppugnor ego, et de « cujus vi disputamus. Vide de hac « judiciali vocis acceptione Burm. « ad Quint. Declam. VI, 9, p. 136; « Apol. Tertull. p. 392; ubi synonyma sunt. Si de animi æquitate « *congrediar:* si de fide *compaream* « (sic puto legendum, Haverc., « *comparem*): si de simplicitate « *consistam.* » Gesnerus. Vide Declam. Quint. 252, p. 29. « Qua « alia lege cum illo *consistere* po- « tuerim; » 370, p. 372: « aliter « mecum tibi *consistendum* est. » Quod feminino genere utitur « *hac* « *ipsa* » cujusmodi vocabulum præcedit nullum, id inde repeto, quia obversabatur animo ejus *lex.* Vide V, 10, 105.

14. *Possit.* Guelf., *potest.*

Ergo, quisquis non affuerit, exheres erit? quisquis, sine exceptione? Jam se illa vel ultro[1] offerent argumenta, *Filius et infans, et æger non affuit*[2], *et qui aberat*[3], *et qui militabat, et qui in legatione erat:* jam multum acti[4] est; posset aliquis[5] non affuisse, et heres esse. Transeat nunc idem ille, qui cogitavit, ut ait[6] Cicero, tibicinis latini[7] modo ad disertum[8]: *Ut ista concedam: tu nec infans es*[9], *nec abfuisti*[10], *nec militasti:* num[11] aliud occurrit, quam illud, *Sed rusticus sum?* Contra, quod

1. *Se... ultro.* Guelf., *ultro v. s. i.* Vide ad §§. 8, 61.

2. *Filius... affuit.* Turic. Guelf., *f. enim est et a.* cum Alm. nisi quod huic tribuitur *non* inter *et* atque *a.* (vide 38, 53.) *f. eger n. a.* Camp. cum Goth., *et i. f. est et n. a.* Jens. cum editt. ante Ald. qui *et æger f. est e. n. a.* Bad., *f. inf. et æg. n. a.* cum reliquis. Nos *et* inseruimus post *fil.* — Eadem nostri. Ed.

3. *Et qui ab.* Turic. (a pr. manu) *ut q. a.* cum Alm.

4. *Acti.* Non erat quod Gesn. mallet *actum.* Vide not. ad IV, 2, 21.

5. *Posset aliquis.* Non dubito quin reponendum sit *potest a.*; neque enim sufficit Obrechti mutatio *possit a.* Vide VI, 3, 12.

6. *Ut ait Cicero.* Pro Muren. c. 12. « Transit idem JCtus *tibicinis* « *latini modo.* » Ad quæ Ernestus in Clavi: « sensus est: JCtus com- « ponit non modo formulam, qua « petitor utatur, sed etiam ei, a « quo petitur... Valde verisimilis « Grævii... sententia, qui ductam « hanc rationem e scena dicit, in « qua tibicen histrionum actionem « moderabatur, adeoque, ut JCtus « ab petitore ad eum, unde peteba- « tur, sic ab uno histrione ad alte- « rum se convertebat, et unum- « quemque cantu tibiæ juvabat. » Idem ad locum ipsum: « Quare « *latinus* tibicen dicatur, patet e « Liv. IX, 30. Nempe romani ci- « ves nulli tibicines, sed e Latinis, « ut haruspices omnes ex Hetru- « scis. » Vide et Nostrum V, 11, 9.

7. *Tibicinis latini.* Turic., *tibicini l.* cum Jens. (tac. Gesn.) a sec. manu *tibicini latino* cum Guelf. Bodl. Bal.

8. *Modo ad disertum.* Sensus est: Transeat ille, qui de hac disputatione secum cogitavit, a rustici partibus ad advocati partes, illumque inducat sic dicentem. Ed.

9. *Infans es, nec abfuisti, nec militasti: num;* ita Codd. mei et edd. ante Bad. cum Almel. Recentiores inserunt post *es* hæc: *nec æger eras*, post *mil.* autem *nec in legatione fuisti.* Bad. tamen nonnisi prius horum. — Singula quidem, quæ prius posuerat, non hic sustulit, nec opus erat.

10. *Abfuisti.* Turic., *adfuisti* cum Alm. *Affuisti*, Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. Correxit Regius. Sed habuit jam Vall.

11. *Num.* Edd. post Camp. ante Obr. *Non.* Vide V, 10, 102.

palam[1] est, dicit[2], *Ut agere non potueris, assidere potuisti*[3]; et verum est: quare redeundum rustico[4] ad animum legumlatoris: *Impietatem punire voluit, ego autem impius non sum.* Contra quæ[5] disertus, *Tu impie fecisti*, inquit[6], *quum exheredationem meruisti: licet te postea vel pœnitentia, vel ambitus*[7], *ad hoc genus optionis*[8] *adduxerit: præterea*[9], *propter te damnatus est pater; videbaris enim de causa pronunciasse:* ad hæc rusticus, *Tu in causa*[10] *damnationis fuisti: multos offenderas: inimicitias domui*[11] *contraxeras*: hæc conjecturalia: illud quoque, quod coloris loco[12] rusticus dicit, *patris fuisse tale*[13] *consilium, ne universam domum periculo subjiceret:* hæc prima quæstione scripti et voluntatis continentur. Intendamus ultra animum, videamusque, an aliquid inveniri præterea possit, quo id modo fiat[14]: sedulo imitor quærentem, ut quærere do-

1. *Contra, quod palam;* sic plerique. *Contra atque quod;* sic R. 11. *Contra quæ;* sic RR. 7, 8. Ed.

2. *Dicit;* ita Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum editt. ante Bad. Reliqui *dicet.* Vide 48.— *Dicit.* Hic subaudiendus est *disertus frater.* Ed.

3. *Assidere potuisti.* Camp. inserit *non.*

4. *Redeundum rustico;* ita Turic. Guelf. Obr. Reliqui inserunt *est.*— Soli RR. 10, 12 omittunt *est.* Ed.

5. *Contra quæ;* sic soli R. 12, Jens. ab emend. Ald. *Contra quod;* sic R. 11. *Contraque;* sic reliqui. Ed.

6. *Inquit.* Solus Camp. dat *inquam;* longe melius recepto, ut mihi quidem videtur. Vide 7.

7. *Ambitus.* Significatione gloriæ petendæ. Vide III, 8, 45.

8. *Optionis.* Tarvens., *opinionis.* Vide §. 21. — *Hoc genus optionis.* « Ut quum præmium liceret tibi optare, peteres restitutionem patris et fratris. » Gesnerus.

9. *Præterea.* Turic. Guelf. Camp. *propterea* cum Alm.

10. *Tu in causa;* sic Turic. *T. vero in c.*, Guelf. Camp. Goth. Jens. (err. Gesn.) cum Alm. (Vide 50; item mox) Bodl. editt. ante Stoer. Reliqui *T. vero c.* Vide VI, 2, 30.

11. *Domui;* sic ut Gesn. et Turic. cum edd. ante Leid. exc. Camp. Tarv. Ald. qui *domi* cum Guelferb. Goth. et recentioribus quibusdam. Alm., *domus* (vide modo; item 54.) Voss. 2, *domui* cum Goth., *domi.*

12. *Coloris loco.* Vide IV, 2, 88.

13. *Tale.* Omittit Camp. cum Obr.

14. *Quo... fiat.* Gesn. præmitti velit *et.* Languet tamen vel sic appendicula. Turicens. (a pr. manu)

ceam, et, omisso speciosiore stili genere [1], ad utilitatem me summitto discentium: omnes adhuc quæstiones ex persona petitoris ipsius duximus [2]: cur non aliquid circa patrem [3] quærimus? dictum non est [4], *Cui quis non* [5] *af-*

quod id modo fiet, unde subiteruere: *quod hoc modo fiet*. Jam autem sequentia ante *Omnes* pro interjectis habeo, et parenthesis includam notis. Nec opus fuerit *enim* inserere ante *imitor*. Apparet, Quint. suam ipsius et designare et excusare rationem docendi, ne quis forte accipiat *imitor* (primam personam sing.) quo sensu modo erat *intendamus*, pluralis, respiciens ille ad lectorem vel tironem eloquentiæ. — Nostri omnes *quo id modo fiat;* sed diverse distinguunt, quum alii virgulam post *possit*, alii duo puncta, alii punctum. Ed.

1. *Speciosiore stili genere.* Hoc ipsum Turic. (a. pr. manu) nisi quod discerptum: *speciosior est illi g.* Ex Alm. notat *illi* modo Burm. (vide 53, 58). A sec. ille manu: *speciosiore illo g.* et sic Guelferb. Camp. Tarvens. cum Goth. Jens. et editt. ante Rusc. qui primus Regii constitutionem exhibet *sp. illo stili g.* obtemperantibus ante Gesn. omnibus, exc. Obr. Hi dant *sp. illo g.* — Eadem nostri. Ed.—*Stili genere.* Hoc est: « *scriptionis* genere. » Neque hoc exemplo redarguitur, quod monui ad VI, 1, 42. Aliud erat, si dixisset *speciosiore stilo.* Videtur jam audire censores Quint. irrisuros, quod tam humilia doceat, hisque se excusat. *Stilus* est quidquid scribitur, hoc quidem loco, opus de præceptis eloquentiæ, quod si minus utile, quam speciosum, condere voluisset, poterat supersedere operosa hac tenuitate. Novitium nostrum vocis *stili* usum ab hoc Quintilianeo si discernere jubear, hac fortasse optime defungar responsione: *stilus* apud Quint. est *scriptio* (materia), non *scribendi ratio* (forma). Neque hoc loco agit de orantis, sed de præcipientis ambitu eloquentiæ, quem vitarit ipse.

2. *Duximus.* Turic. Guelf., *diximus* cum Alm. et Jens. (tac. Gesn.) reliquisque edd. ante Ald. Correxit Regius. Sed nostrum Goth. Vall. Camp.

3. *Circa patrem.* Poterat aliquis tentare *contra p.* (vide V, 13, 28). Vide §. 55: *apprehendi.* Sed nec opus.

4. *Dictum non est;* sic Turicensis cum Almeloveniana, Gothan. Voss. 2. Reliqui *dictum vero est.* Obr., *d. nempe et.* — Nostri *dictum non est*, exceptis Vall. lib. a secunda manu antiqua, R. 10, Camp. Andr., qui habent *dictum vero est.* Ed.

5. *Cui quis non affuerit.* Hæc quum sit constans omnium librorum scriptura, a nemine adhuc sollicitata, non tamen possumus in ea acquiescere. Ex qua si ullus sensus elici potest, neque facilis ille erit, neque idoneus. Legendum censeo *quisquis n. a.* Id nempe probatum ivit omnibus iis, quæ adhuc disputavit. Vide mihi §. 50. *Ergo quisquis... exheres erit?* Item §. 58. Mutationem quidem violentam nemo dixerit.

55 *fuerit, exheres erit.* Cur non conamur et sic[1] quærere, *Num, cuicunque*[2] *non affuerit*[3]? Facimus hoc sæpe in iis controversiis, in quibus petuntur in vincula, qui parentes suos non alunt[4], ut eam, quæ[5] testimonium in filium peregrinitatis[6] reum dixit, eumque, qui filium

1. *Et sic;* ita Turic. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Camp. cum Alm. et edd. ante Ald. Reliqui *e. hic.* Turic. tamen a pr. manu *e. si.* Guelf. ab uno *affuerit* ad alterum habet lacunam, ut et Voss. 2. Sed suspicor a me turbatum esse aliquid, ut pro Guelf. notare debuerim Goth. (vide §. 2; item hac §.). Tum *sic* pro *hic* cedet etiam Guelferbytano. — Eadem nostri. Præterea R. 11, *et hæc.* Ed.

2. *Num, cuicunque.* Turic. *non cumque* (a sec. manu *non cum quis*) cum Almel. *Non* pro *num* habent Tarv. Loc. Ven. Rusc. Sed Tarv. mire *non cum quis recte non aff.* Obr., *num cuicunque quis non aff.* — Eadem nostri. Ed.

3. *Num... non affuerit.* Consequens plane est, postquam dubitationem movimus in eo qui non affuerit, ut jam eamdem tentemus in altero, cui debebat adesse idem. Sed hic fortasse clarior existat sententia, si *qui* inseramus post *cuicunque*, ubi facillime intercidebat. Hujus enim ævi scriptores *quicunque* solent ponere absolute. Vide notam mox ad *eumque qui.*

4. *Qui parentes suos non alunt.* Vide V, 10, 97.

5. *Ut eam, quæ;* sic Turic. (a pr. manu) cum Almel.; *ut ea quæ* Guelf. Camp. cum Goth. (*ea* non notat Gesn.) Vall. (errante Burm.) Voss. 2, Colb. Turic. (a sec. manu). *Ut eum qui* Jens. cum edd. ante Rusc. quo acc. Ald. Reliqui *an eum qui* e conjectura Regii. — Eadem nostri, sed fere omnes *ut ea quæ.* Ed. — *Ut eam, quæ... vendidit.* Reum peregrinitatis habemus etiam apud Sueton. Claud. 15. Matrem vero ipsam civem filio ex peregrino patre nato civitatem romanam connubio quoque interveniente non præstare, discimus ex fragmentis Ulpiani Tit. V, §. 8. Hinc facile concipitur causa, in qua filius matris civis in suspicionem peregrinitatis adductus, ipsius, infensæ sibi, testimonio premitur, si, absente, vel mortuo patre, cujus conditio ignorabatur, ipsa arguat, peregrinum fuisse maritum suum. Apparet, quare maluerit Quint. in hoc exemplo parentem facere matrem, quum in altero vendentis lenoni filium consentaneum esset patrem designare. Et decebat utriusque parentis aliquod exemplum poni. Nec tamen in hisce scholasticis controversiis propria romani juris ratio quærenda est, et succurrit lex Atheniensium quoque in peregrinos sancta, qui civitatem usurpassent. De qua vide Hemsterh. ad Hesych. voce ἐπὶ ξένῃ δίκῃ. Structura autem est expedita et elegans, ut *eam* referatur ad *alunt*, ubi compendifaciebat Quint. longiorem anfractum verborum: « ut si quis eam non alat « quæ, etc. »

6. *Peregrinitatis;* sic Colb. MS. Ald. Obr. Capper. Etiam Voss. 2,

lenoni vendidit: in hoc, de quo loquimur, patre quid apprehendi[1] potest? *Damnatus est. Numquid igitur* 56
lex ad absolutos tantum patres pertinet? dura prima fronte quæstio[2]: non desperemus: credibile est, hoc voluisse legumlatorem[3], ne auxilia liberorum innocentibus deessent: sed hoc dicere rustico verecundum[4] est, quia[5] innocentem fuisse patrem fatetur. Dat aliud ar- 57
gumentum controversiæ[6], *Damnatus proditionis cum advocato exsulet:* vix videtur posse fieri, ut pœna filio in eodem patre[7], et si affuerit, et si non affuerit, constituta sit: præterea lex ad exsules nulla pertinet:[8] non

ponunt, sed hunc cum socio suo Goth. et Vall. (err. Burm.) facere suspicor, qui *peregrinationis* (vide hac §., item VII, 2, 9). Turicens. Guelf. Camp., *peregrinantis* cum Alm. et edd. ante Rusc. Reliqui *impietatis* e conjectura Regii. Sueton. Claud. 16, *peregrinantem* pro *peregrinitatem*. Vide Oudend.—Eadem nostri. Ed. — *Dixit, eumque, qui;* sic margo Basil. *D. eumque,* Turic. Guelf. Camp. Goth. (tac. Gesn.) *D. eum qui,* Jens. cum edd. ante Rusc. quo acc. Ald. Reliqui *d. an eum qui,* conjiciente Regio.

1. *Quid apprehendi.* Turic. Guelf., *quod a.* cum plerisque vett. libris. Correxit nostrum Regius, sed habet jam Camp. — *Apprehendi.* Vide VI, 4, 18.

2. *Dura... quæstio.* Vide lib. IV, cap. 5, §. 5.

3. *Legumlatorem.* Camp., *legislatorem.* Vide 52.

4. *Verecundum est.* Sententia facile apparet: *verecundiam movet, pudorem incutit.* An alibi eodem modo dictum sit, nondum invenio. Nam feras etiam *non* appositum post *verecundum*, veluti IV, 5, 19; est « causa *parum* verecunda. » Vide de *verecundia* et VI, 3, 33.

5. *Quia.* Haud paulo melius legas *qui.*

6. *Controversiæ;* sic Turicens. Guelf. Goth. Jens. (err. Gesnero) cum Vall. et edd. ante Venet. exc. Camp. ex quo notavi *controversia,* quæ est aliquot vett. multarumque, ut et Gesn. recentiorum scriptura, probante Regio. — Soli R. 1, Jens. Ald., *controversia.* Ed. — *Dat... controversiæ.* Subjectum sententiæ est ipsa illa quæ sequitur sententia: *Damnatus... exsulet.*

7. *In eodem patre;* ita Turicens. Guelferb. Camp. cum Goth. Almel. Voss. 2, Vall. et edd. ante Ald. Hic, Regio jubente, *eadem patri* cum editt. ante Gesn. exc. Bad. — *In eodem patre.* Si pater ille damnatus fuerit, quum, qui ejus causam oraverat, simul exsulet, non potest is quoque puniri, qui non oraverat.

8. *Non ergo... scriptum.* Quum *lex nulla pertineat ad exsules,* credi nequit legem esse scriptam de advo-

ergo credibile est, de advocato[1] damnati scriptum (an possint enim bona esse ulla exsulis?): rusticus[2] in

cato damnati, qui necessario est exsul. Hic quidem blanditur eadem quæ Gesnero mutatio, *scriptam* pro *scriptum*. Recte tamen manum abstinuit idem. Obversabatur Quint. nomen quæstionis « *scripti* et vo- « luntatis, » unde devenit ad hanc formam: « *de advocato damnati* non « potest quidquam esse scriptum. » Quorum quidem verborum ea est sententia: Exsulis (nam is est advocatus damnati) nulla mentio potuit fieri in ulla lege. At facta esset, si quidquam statueretur in ejus commodum, veluti ut solus acciperet hereditatem patris: « an possint « enim, etc. »

1. *De advocato;* ita Turicens. Guelf. Camp. Goth. (tac. Gesn.) cum Alm. Bodl. Voss. 2, et editt. ante Rusc. Hic cum rell. ante Leid., *de non adv.* mox, errore, ni fallor, Leidensis, *non adv.* recentiores, exc. Capper. qui rediit ad Regianam scripturam *de non adv.* Male *non* inseruit Reg.

2. *Rusticus.* Turic. Guelf., *scholastica* cum libris omnibus ante Ald. qui nostrum suadente Regio, nisi quod Camp., *scholasticus* cum Andr. et Capper. Regii veram esse emendationem nullus dubito; facile enim *exsulis rusticus* a somnolento librario primum contrahebatur in *exsulisticus*, deinde in notius illud *exsulis scholasticus* abibat, unde tandem fieret, quod tralatitium erat antiquis quoque rhetoribus, *exsulis scholastica*, quasi declamatio quædam (vide IV, 2, 30.) de exsule. Huic erroris investigationi obstat quidem quodammodo, quod *scholastica* antiquius est in libris quam *scholasticus*. Hoc enim ab emendante esse in Camp. et Andr. plane censeo (vide V, 13, 19). Sed perperam continuando orationem, vulgaribusque vocabulis assueti multa potuerunt turbare librarii. — *Rusticus.... facit.* « Quid est *in utra-* « *que parte?* Puto *scripti* et *senten-* « *tiæ;* quemadmodum etiam diser- « tus utraque repugnat. » Gesnerus. Hanc equidem omnium optimam esse censeo interpretationem verborum, quæ non curant reliqui interpretes. Quamquam non satis apparet, quomodo in *scripto* possit dubium facere rusticus, nisi quod alterum illud scriptum adhibet, quo exsilium irrogatur advocato damnati. Sed id magis tamen spectat ad sententiam. *Utramque partem* enim trahere eo, *sive affuerit, sive non affuerit,* nihil habet sanæ sententiæ. Gedoynus duas partes agnoscit et in *damnato* et in *advocato,* quamquam is supra cum recentioribus *de non advocato* legit pro *de advocato*. Hoc si volebat Quint. scripsisset *in utroque*. Quidquid est de hac dubitatione, verissimam puto diremptionem Gesneri, qui verba hæc: *an... exsulis,* secernit ab illo *dubium facit,* quod vulgo cum iis conjungunt. Sunt ea obiter interjecta ad fulciendum, quod modo erat positum, nequaquam autem spectant ad summam quæstionem, ut de iis potissimum ambigentes possint fingi litigatores. Agitant hi illam nunc quæstionem: An ei patri, qui mox damnatus sit, debuerit adesse filius. Dubium hoc facit rusticus (vide V, 10, 107), defendit disertus.

utraque parte dubium facit. Disertus et *verbis inhære-* 58
bit, in quibus nulla exceptio est: et *propter hoc ipsum pœnam esse constitutam eis, qui non affuerint*[1], *ne periculo exsilii deterreantur ab advocatione*[2]; *et rusticum innocenti*[3] *non affuisse* dicet: illud protinus non indignum[4], quod annotetur[5], posse ex uno statu duas generales fieri quæstiones, *An quisquis? an cuicunque?* Hæc ex duabus personis[6] quæsita sunt. E tertia autem, 59
quæ est adversarii, nulla oriri quæstio potest: quia nulla fit ei de sua parte[7] controversia: nondum tamen cura deficiat: ista enim omnia dici possent[8], etiam[9] non restituto[10] patre: nec statim eo tendamus, quod occurrit ultro, *a rustico restitutum:* qui id[11] subtiliter quæret, aliquid spectabit ultra: nam, ut genus species[12] sequitur,

1. *Affuerint.* Guelf. Camp., *affuerunt* cum Gothan. et edd. ante Bad. Nostrum tamen in Turic.

2. *Deterreantur ab advocatione.* Turic., *deteneantur avocatione* cum Alm. ex quo sic Burm., *deterreantur a vocatione* (vide 54, 62). Suspicor recte abesse præpositionem, qua caret Camp. quoque. De *deteri.* vide Drakenb. ad Liv. lib. XXII, cap. 42, §. 7.

3. *Innocenti.* Turic. Guelf., *innocentem* cum Alm.

4. *Non indignum.* Turic. (a pr. manu) inserit *id.* Guelf. omittit *non.* Vide ad VI, 2, 11; item hic 59.

5. *Illud... annotetur.* Tantum lucrifactum esse testatur in fine hujus tractationis duarum in hac scholastica personarum, ut jam sciamus ex uno statu, scripti et voluntatis, existere duas quæstiones generales; quod memoriæ tironum commendat. Hoc enim est *annotetur.* Quod dicit *protinus* non spectat ad initium aliquod tractationis, sed nexum logicum significat. Vide V, 10, 102.

6. *Ex duabus personis.* Id est, patris et rustici.

7. *De sua parte.* « De parte quam « ex paterna hereditate vult capere. » Capper.

8. *Possent.* Guelf. Camp., *possunt.*

9. *Etiam.* Hoc ommittunt Vall. lib. RR. 8, 9, 12, Goth. Ed.

10. *Non restituto.* Turic. Guelf. omittunt negationem cum Almel. Vide VII, 2, 25.

11. *Qui id.* Turic. (a pr. manu) *quid.* Suspicor fuisse a Quint. solum *qui.* Alterum pronomen *id* sensui officit. *Quid* pro *quod*, mox *quod* pro *qui* consueti errores. Vide VI, 4, 21.

12. *Species sequitur.* Tur., *speciæ* s. a sec. manu, *speciem*, et sic Guelf. Camp. cum edd. ante Rusc. Nobis addicunt Goth. Voss. 2, Vall., recte intuenti etiam Turic.

60 ita speciem genus præcedit. Fingamus ergo ab alio restitutum, ratiocinativa atque collectiva quæstio orietur, *An restitutio pro sublatione judicii stet*[1], *et perinde valeat, ac si judicium non fuisset?* Ubi tentabit rusticus dicere, *ne impetrare quidem aliter potuisse suorum*[2] *restitutionem uno præmio*[3], *nisi patre perinde, ac si accusatus non esset, revocato*[4]: *quæ res advocati quoque pœnam,* 61 *tamquam is non affuisset, remiserit.* Tum venimus[5] ad id, quod primum occurrebat, *a rustico esse*[6] *restitutum*

1. *Judicii stet, et.* Turic., *judici iste et*, a sec. manu nostrum, cum Guelferb. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Bodl. Bal. Voss. 2, et edd. ante Basil. quæ prima ex margine Badii accivit *sit* pro *stet*, conjecturam Regianam. — Eadem nostri. Ed. — *Pro sublatione judicii stet.* Hic quidem verbi *stare* usus insolens est, affinis tamen ei ubi dicuntur *stare alicui* ii qui satisfaciunt, ei sufficiunt. Interpretor « an expleat locum sublationis judicii. » Nec sunt tollendæ insolitæ locutiones, sed notandæ interim, dum exemplis confirmentur.

2. *Potuisse suorum.* Facile quidem hic intercidebat *se*. Neque tamen acta prorsus est causa hujusmodi infinitivorum, an græco more possint carere reciproco *se*, quod nostro quidem loco abest ab omnibus libris. Et sane exemplis multis hujus saltem ævi scriptorum defendi posse græcismum censeo. Vide VII, 3, 1. Male in hac re investiganda miscent exempla ubi infinitivus *esse* subauditur, cum alteris, cujusmodi nostrum, ubi expressus est is modus. Neque enim dubium quin participia præteriti et futuri, ad quæ intelligitur *esse*, sæpissime itemque elegantur ponantur sine pronomine. Parum cavit hanc confusionem Drakenb. ad Liv. XXXIV, 11, 7.

3. *Uno præmio.* Quod igitur præmii loco sibi concessum dicit rusticus, ea est sublatio judicii, non venia data recte damnatis. Ea enim quum duobus data fuisset, duplex erat præmium, non unum; quo amplius ei non debebatur.

4. *Patre... revocato.* In priore vocabulo Turic. (a pr. manu) *patrem*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Jens. In altero idem a pr. man. *revocato* (sed hic solus præmisso *esse*, non *esset*), et sic Jens. (err. Gesn.). Mox Guelf. Camp. Goth. Voss. 2, *revbcatum*, et Turicensis a secunda man. *esset revocatum*. —Omnes nostri *patrem revocatum*. Soli Jensonius, Aldus *patre revocato*. Ed.

5. *Venimus;* ita Turicens. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Basil. Guelf. non notavi. Reliqui *veniemus*. Vide §. 52, VII, 2, 15.

6. *Esse restitutum;* sic Turicens. Guelf. Camp. Reliqui *rest. esse*. Goth. (tac. Gesn.) *esse patr. rest.* Vide 50; VII, 2, 8.

patrem: ubi rursus[1] ratiocinamur, *An restitutor*[2] *accipi debeat pro advocato, quando id præstiterit, quod advocatus petiit; nec improbum*[3] *sit pro simili accipi, quod plus est.* Reliqua jam æquitatis[4] sunt[5], *utrius justius sit* 62
desiderium? Id ipsum adhuc dividitur, *etiamsi uterque sibi totum vindicaret; nunc utique, quum alter*[6] *semissem, alter universa, fratre excluso:* sed, his tractatis etiam, habet magnum[7] momentum apud judices patris memoria, quum præsertim de bonis ejus quæratur: erit ergo conjectura, *Qua mente pater intestatus decesserit?* Sed ea pertinet ad qualitatem, quæ alterius[8] status

1. *Ubi rursus.* Goth. (tac. Gesn.) *Unde rursum* cum Voss. 2, nec tamen ex hoc *rursum*, quod vicissim est in Camp. sed cum *ubi*.

2. *An restitutor;* sic Turic. (nisi quod *restitutus*, ut et Alm.) Guelf. Camp. Goth. (tac. Gesn.) cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Basil. quo accedunt Obr. Roll. Capper. Reliqui inserunt *rusticus*. — Solus R. 11, *rusticus*. RR. 7, 10, *restitutus*. Ed.

3. *Improbum*. Id est, parum modestum.

4. *Æquitatis*. Turic. Guelf. Goth. (err. Gesn.) Camp., *ætatis* cum Alm. Voss. 2; nostrum dare narratur Vall.

5. *Sunt*. Turic. Camp., *est* cum Goth. Voss. 2, Vall. et editt. ante Rusc. qui sequitur Regii conjecturam. Alm. *sunt* dare narratur (vide 56; VII, 2, 3). Verum esse singularem equidem vix dubito, sive interciderit inter Reliqua *æquitatis* vox ipsa *quæstio*, sive, quod potius, subaudiatur, ut struitur genitivus statuum. Vide III, 10, 4. Plurali *sunt* ipsa quoque sententia minus fit commoda, hunc in modum: « Reliqua causæ jam pertinent ad « æquitatem »; nec quidquam sequitur nisi unum illud de justo desiderio. Singularis *est* convenientiorem habet sensum: « Jam (recensi- « tis omnibus, quæ prius debebant « excuti) quæstio æquitatis *reliqua* « *est*, id est, restat. » Vide femininum sine substantivo V, 10, 105.

6. *Semissem*. I. e., mediam partem hereditatis. Volentes aliquid dividere in partes, ut hereditatem et quidvis simile, id *assem* appellaverunt, et partes *uncias*. Constat autem *as* duodecim *unciis*, unde *ex asse heres* dicitur, qui solus est heres. Roll.

7. *Habet magnum momentum;* sic Turic. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Basil. quo acc. Gryph. Reliqui *m. m. h.* (quibus ascripsi et Camp.). Tarv., *h. e. m. m.*

8. *Qualitatem, quæ alterius.* Turic. Guelf. Camp. omittunt *quæ*, cum Alm. Voss. 2, Goth. et edd. ante Basil. Equidem verissimam censeo emendationem Gesneri, omisso *quæ* post *qual.* inserentis *et*, quod inde facillime excidebat. Ita conjectura

63 instrumentum est[1]. Plerumque autem in fine causarum *de æquitate* tractabitur, quia nihil libentius judices audiunt[2]: aliquando tamen hunc ordinem [3]mutabit utilitas[4]: ut, si in jure minus fiduciæ erit, æquitate judicem præparemus: nihil habui amplius, quod in uni-
64 versum præciperem. Nunc eamus per singulas causarum judicialium partes, quas ut persequi ad ultimam speciem[5], id est, ad singulas lites controversiasque non possum: ita de generalibus[6] scribere licet, ut, quæ in quemque[7] statum frequentissime incidant, tradam: et, quia natura prima quæstio est, *factumne* sit, ab [8]hoc ordiar.

erit instrumentum qualitatis, alterius status.

1. *Quæ... instrumentum est.* Conjecturam, quæ hic fiat, non tam sua causa, quam relate ad qualitatem, moveri, ostendit scriptor, quomodo et supra III, 6, 43, in scripti et voluntatis statu ait *conjecturam* aliquando accipi. Dum conjectura assequi conamur, quid, si testari voluisset, testaturus fuisset pater, id ipsum agimus, ut æquitatem exquiramus, quam secuturus fuisse videatur pater rustici. Ita fit, ut ad *æquitatem*, id est, qualitatem (est enim æquitas species qualitatis, quæ est genus), omnis hæc redeat conjectura. Minus tamen perspicue qualitas appellatur instrumentum status, quum sit ipsa status. Expeditius est quod *persona* dicitur pertinere ad *instrumenta* qualitatis III, 6, 25, quo loco hic utitur Capper. Quam varie *instrumenti* vocabulum ponat Noster, vidimus ad IV, 2, 55.

2. *Quia.... audiunt.* Goth. (tac. Gesn.) et Campani, solorum, scriptura *qua... audiunt* longe elegantior videtur. Fortasse et *quo* repones.

3. *Mutabit.* RR. 7, 10, 11, Camp. Andr. Jens. et apud Burm. V. C. Alm., *mutavit.* Ed.

4. *Mutabit utilitas.* Vide II, 13, 3.

5. *Ad ultimam speciem.* Vide lib. VII, cap. 1, §. 23.

6. *De generalibus.* Turic. Guelf. Camp., *in g.*, cum Goth. Alm. Voss. 2, et edd. ante Ald. Correxit Regius. Suspicor a Quint. fuisse sine ulla præpositione: singulis quidem causis non licet scribere (scil. præcepta); at generalibus licet. Nisi forte malis: *ita generalius.* Sed et ipsa Codd. scriptura ferri potest. Vide lib. VII, cap. 2, §. 15.

7. *Quemque;* sic Turic. Guelf. Camp. (nisi quod hic *quemcunque*) Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Bodl. Voss. 2, et edd. ante Bad. quo acc. Basil. Obr. Reliqui *quem.* Male. Vide lib. IV, cap. 1, §. 46.

8. *Ab hoc;* sic Turic. Guelferb. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. Vall. et edd. ante Rusc. corrigente Regio, quocum reliqui *hac.*

CAP. II[1]. Conjectura omnis aut *de re*, aut *de animo* 1
est: utriusque tria tempora, *præteritum*, *præsens*, *futurum*: *de re* et generales quæstiones sunt, et definitæ, id est, et quæ non continentur, et quæ continentur[2]. *De* 2
animo quæri non potest, nisi ubi persona est, et de facto constat: ergo, quum *de re* agitur, aut, *quid factum* sit, in dubium venit, aut, *quid fiat*[3], aut, *quid sit*[4] *futurum*: ut in generalibus, *An atomorum concursu mundus* sit *effectus*[5]? *an providentia regatur? an sit aliquando*[6] *casurus*[7]? in definitis, *An parricidium commiserit Roscius*[8]? *An regnum affectet Manlius? An recte Verrem sit accusaturus Q. Cæcilius?* In judiciis 3
præteritum tempus maxime valet: nemo enim[9] accusat, nisi quæ facta sunt: nam, et quæ[10] fiant, et quæ futura sint, ex præteritis colliguntur[11]: quæritur[12] et, *Unde quid*

Contortius ad *quæstionem* relatum. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Voss. 2, *exordiar*. — Eadem nostri. Præterea, R. 13, *ab ea ordiamur*. ED.

1. CAP. II. Non hic caput aperiunt RR. 10, 11, 12, CAMP. Andr. Jens. ED.

2. *Et quæ continentur*. Omittunt Turic. Guelf. cum Alm. —*Non continentur... continentur*. Non continentur ipsius in qua oriuntur rei finibus generales, continentur autem finitæ.

3. *Fiat*. Turic. Guelf., *sit*, cum Goth. *Fit*, Jens. Tarv. Ald. Omittit *aut quid fiat* CAMP., et sic ortam censeo antiquitus vulgatam protinus aberrante oculo ad *quid sit futurum*.

4. *Aut, quid sit*. Medium omittunt Jens. et edd. ante Bad.

5. *An atomorum... effectus*. Hæc opinio est Democriti, quam postea interpolavit Epicurus. Is enim existimavit fortuito corporum insecabilium concursu conditum esse mundum. TURN.

6. *An sit aliquando*. Turicens. Guelf. CAMP., *aut s. a.* Jens. (tac. Gesn.) *a. si a.*

7. *Aliquando casurus*. Democritus et Epicurus aliquando casurum mundum putant; putat etiam Heraclitus; Aristoteles æternum existimat. TURN.

8. *Roscius... Manlius... Cæcilius*. Primum et postremum quære in oratt. Ciceronis, medium vide ad lib. V, cap. 9, §. 13.

9. *Enim*. RR. 7, 10, 11, CAMP. Andr. *enim* omittunt. ED.

10. *Nam, et quæ*. Omittunt *et* Turic. Guelf. CAMP.

11. *Colliguntur*. R. 8, *colligitur*. Haud male, ut patet ex eo quod verba *fiant* et *futura sint* posita sunt in modo conditionali. ED.

12. *Quæritur et, Unde quid or-*

ortum? ut *pestilentia, ira*[1] *deum, an intemperie cœli, an corruptis aquis, an noxio terræ halitu?* Et, *Quæ causa facti*[2]*?* ut, *Quare ad Trojam quinquaginta reges navigaverint*[3]*, jurejurando adacti, an exemplo moti, an gratificantes Atridis?* quæ duo genera[4] non multum
4 inter se distant. Ea vero, quæ sunt *præsentis temporis*, si non argumentis, quæ necesse est præcessisse, sed oculis deprehendenda sunt, non egent conjectura: ut, si apud Lacedæmonios quæratur, *An Athenis muri*[5] *fiant?* Sed et illud quod potest[6] videri extra[7] hæc[8] positum, conjecturæ genus[9], quum de aliquo homine quæritur, *quis sit*[10]*?* ut est quæsitum contra Urbiniæ heredes, *si is, qui*[11] *tamquam filius petebat bona, Figulus*[12] *esset, an So-*

tum? Hæc ex Cicerone ducta sunt. Is enim conjecturæ rationem dividit in *an sit? unde ortum sit? quæ causa effecerit?* Addit quartum *de commutatione rei.* Quod quia vix in forum cadere possit, a Fabio est omissum. Turn.

1. *Ira.* Hoc omittere narratur Alm.; habet Turic. (Vide VII, 1, 62; item hic 5.)

2. *Facti.* Tur. Guelf. Camp., *facit.*

3. *Navigaverint.* Maxima pars nostrorum *navigaverunt.* Ed.

4. *Duo genera.* Scilic. quærendi *Unde quid ortum*, et *quæ causa facti.*

5. *An Athenis muri fiant.* « Vide « Nep. II, 7, 2. » Gesn.

6. *Illud quod potest;* sic Turic. Camp. cum Alm. *Illud quidem p.*, Guelf. Reliqui omittunt *quod.*

7. *Hæc;* sic Turic. Guelf. Reliqui *hoc*, quamquam Voss. 2 *hæc* dare narratur, quem ego permutatum puto cum Alm.

8. *Positum;* sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Voss. 2. Reliqui *propositum.* — Soli Jens. et Ald., *propositum.* Ed.

9. *Sed et... conjecturæ genus.* Illud quoque est conjecturæ genus, quod, quum videatur alienum a reliquis hisce, malit fortasse aliquis referre ad *qualitatem.* Vide §. 7. Malis fortasse pro *sed* scribere *est* (frequenti τῶν *est*, *et*, *sed* confusione). Vide §. 11.

10. *Quis sit.* Turic. Guelf. Camp., *quid s.*, cum Goth. Vall. et edd. ante Venet. quo acc. Stoer. Chouet. Leid. Burm.

11. *Si is, qui.* Turic. Guelf., *si quis.* Alm., *quis qui* (vide §§. 3, 6). — *Si is, qui.* Non dubito quin expungendum sit *si*, natum ex vicinis. Causam Urbinianam, vide ad lib. IV, cap. 1, §. 11.

12. *Bona, Figulus;* sic Turicens. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 2, et editionn. ante Gryph. Reliqui inserunt *Clusinius* jussu Philandri Castilionei.

sipater? Nam et substantia ejus sub oculos venit, ut non possit quæri, *an sit?* quomodo an ultra[1] oceanum; nec, *quid sit?* nec, *quale*[2] *sit?* sed, *quis sit*[3]*?* Verum hoc quoque genus litis ex præterito pendet, *An hic sit ex Urbinia natus Clusinius Figulus?* Fuerunt autem tales nostris etiam temporibus controversiæ, atque aliquæ in meum quoque patrocinium inciderunt. Animi conjectura non dubie in omnia tempora cadit, *Qua mente Ligarius in Africa fuerit? Qua mente*[4] *Pyrrhus fœdus petat? Quomodo laturus sit Cæsar, si Ptolemæus Pompeium*[5] *occiderit?* Quæritur[6] per conjecturam et qualitatem[7] circa modum, speciem, numerum, *An*

1. *An ultra;* ita Turic. Guelferb. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Rusc. quo acc. Ald. Obr. Reliqui omittunt *an*, corrigente Regio. Inseri insuper *quæstio* ante *an* in Goth. narrat Gesn. — Nostri omnes habent *an*. Ed. — *An ultra Oceanum*. Vide III, 8, 16.

2. *Quid... quale*. Proprie jam non respicit ad « hominem, » ut dici debeat *qualis* potius quam *quale;* sed cavet errorem, ne forte quis credat *quid* (finitionem) hic quæri, neve *quale* (qualitatem), agnoscatur autem *conjectura*, in hac quæstione : « *quis* sit. »

3. *Sed, quis sit.* Turic. Guelf., *s. quod s.*, cum Goth. Voss. 2. *S. quid s.*, Camp. Nobiscum faciunt Jens. et edd. ante Bad. exc. Rusc. quo acc. Gesn. Bip. Reliqui ex conj. Regii, *s. an quid s.*

4. *Pyrrhus fœdus*. Vide II, 16, 7.

5. *Ptolemæus Pompeium*. Vide lib. III, cap. 8, §. 56.

6. *Quæritur... qualitatem*. Quæ jam est positurus, qualitatis quoque esse sentiens, adjicit illi conjecturæ mentioni alteram *qualitatis*, sicuti modo VII, 1, 62, conjecturam, quam ibi designaret, pertinere ad qualitatem monebat. Sic et ubi de industria *qualitatem* tractat (c. libri hujus 4, §§. 16, 41), quantitatem tam quæ modi sit quam quæ numeri subjacere docet *qualitati*. Neque habuit male veterem orandi præceptorem hujusmodi divisarum suæ artis partium, ut hic *conjecturæ* et *qualitatis*, conjunctio, imo confusio, ut jam pridem intelleximus. Vide V, 14, 12. « Quæritur circa modum, » non minus recte dicitur quam « qu. *de* verbis » (VII, 1, 13); *de* idoneo (VII, 4, » 39); *inter* duas leges » (ib. 42). Ita non cogimur quidquam movere in vetustissima scriptura.

7. *Conjecturam et qualitatem;* sic Turic. Guelf. Camp. (nisi quod hic *qualitate*) cum Goth. Voss. 2, Vall. et edd. ante Ald. qui *conj. qualitas*, e conjectura Regii. Mox a Badio inde *c. et quantitas et qualitas*, ipso conjiciente. Alm. dare narratur *c. et qualitas* me quidem

sol major, quam terra[1]*? Luna globosa, an plana, an*
7 *acuta? unus mundus, an plures*[2]*?* Itemque extra naturales quæstiones, *Majus bellum trojanum, an peloponnesium*[3]*? Qualis clypeus Achillis? An unus*[4] *Hercules?* In iis autem, quæ accusatione ac defensione constant, unum est genus[5], in quo quæritur et *de facto*, et *de auctore*: quod interim conjunctam quæstionem habet, et utrumque pariter negatur: interim separatam[6], quum et, *factum sit, necne?* et, si de facto constet, *a quo fac-*
8 *tum sit?* ambigitur. Ipsum quoque factum aliquando simplicem quæstionem habet, *an homo perierit?* aliquando duplicem, *veneno, an cruditate perierit?* Alterum est genus *de facto* tantum, quum, si id certum sit, non potest de auctore dubitari: tertium *de auctore* tantum, quum factum constat[7]; sed, a quo sit factum[8], in
9 controversiam venit. Et, quod tertio loco posui, non est simplex: aut enim reus fecisse tantummodo se negat, aut alium fecisse dicit: sed ne in alterum quidem transfe-

incredulo (vide §§. 5, 12). — Omnes nostri habent receptam lectionem. Ed.

1. *Sol... terra.* Eratosthenes mathematicus colligit solem esse vicies septies majorem terra. Turn.

2. *Unus... plures.* Aristoteles existimavit unicum esse mundum; Democritus atque Epicurus infinitos quotidie nascentes et intereuntes. Turn.

3. *Peloponnesium;* ita Tarv. *Peloponensium*, Turicens. Camp. cum Alm. Goth. et edd. ante Ven. quo acc. Ald., nisi quod hi *peloponnensium.* Guelf., *peloponnessum.* Reliqui *peloponnesiacum*, conjiciente Regio. — Thucydides in præfatione, lib. I, comparat bellum peloponnesiacum cum trojano, multisque conjecturis colligit peloponnesiacum esse majus. Turn.

4. *Hercules.* Cic., lib. III de Nat. Deorum, colligit sex fuisse *Hercules.* Turn.

5. *Unum est genus.* Scil. conjecturæ. Vide §. 4. *Unum* autem refertur ad *alterum*, §. 8.

6. *Separatam.* Andr., *separatim.* RR. 7, 11, Jens. Ald., *separatum.* Ed.

7. *Factum constat.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *f. constet*, cum edditionibus ante Gryphium Male. — Omnes nostri *constet.* Ed.

8. *Sit factum;* sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *f. s.* Vide VII, 1, 61; hic §. 18.

rendi criminis una forma est: interdum enim substituitur *mutua accusatio*[1], quam Græci ἀντικατηγορίαν vocant, nostrorum quidam *concertativam*: interdum in aliquam personam, quæ extra discrimen judicii est, transfertur, et alias certam, alias incertam: et, quum in certam[2], aut in extrariam[3], aut in ipsius, qui periit[4], voluntatem. In quibus similis, atque in ἀντικατηγορία, personarum, causarum, cæterorum comparatio est: ut Cicero, pro Vareno in familiam Anchariana; pro Scauro circa mortem Bostaris, in matrem[5] avertens crimen, facit. Est

1. *Mutua accusatio.* Vide VII, 1, 3.

2. *In certam.* RR. 7, 8, 10, 11, Camp. Andr., *incertam.* Ed.

3. *Extrariam, aut.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) inserunt *vitam*, cum Alm. Bodl. Vall. Voss. 2, et edd. ante Bad. Pro *extrariam* Goth. (tac. Gesn.) et Voss. 2, *exemplariam*, quamquam prior *explariam*. Vide VII, 1, 55; hic §. 17. — Eadem nostri, nisi quod *invitam* pro *in vitam*. Ed.

4. *Periit.* Turic. Guelf., *petit*, cum Goth. Voss. 2, Andr. Jenson. Tarv. Ald. Reliqui *perit* ante Bad. Sed Camp., nisi dormitavi, ipsum nostrum. Etiam §. 14, Turic. (a prima manu) et Alm., *perit*.

5. *Matrem.* Turic. Guelf. Camp., *mortem*, cum Goth. Voss. 2. Hic tensus ab *et, quum in certam...* ad *crimen facit*, nondum ad liquidum est perductus. Primum enim potest videri levius (quamquam ipse vix est ausus) expunxisse Regius *vitam*, deinde nemo attendit, quomodo exempla coirent cum præcepto, denique *matrem*, repositum pro *mortem*, quod est in meis quidem scriptis, unde sit requiro. Et jactura quidem illa τοῦ *vitam* non caret excusatione, quoniam errori omnia sunt obnoxia loca, in quibus continuantur et stipantur litteræ *i m a u* nec recusat *aut in* abire in *vitam*. Nec sine salebris est, quod «quum «crimen transfertur in *personam*, «transfertur in *voluntatem*.» Expectabas post *extrariam* non quidem *vol.*, sed iterum *personam*. Exempla autem qualia tandem nobis proponuntur? *Anchariana familia* subit in locum *Vareni* (vide IV, 1, 74), ubi possis sane agnoscere «*extrariam* voluntatem non ipsius qui *periit.*» Sed *mater Bostaris* (modo hujus intelligatur mater) quod nobis sufficit exemplum *voluntate* sua *pereuntis*? Neque enim matris mors anquiritur, sed ipsius Bostaris. Geminus nostro locus est paulo infra §§. 23, 24, ubi *voluntaria* profecto est *mors*. Sed dubitare licet, an plane nostrum causarum genus voluerit repetere Qu. Vix mihi sufficio, sed proferam tamen, quæ omnia tentans extudi. Si servos habeas interfectores utrobique et in *Vareno* et in *Bostare*, poterunt Anchariani esse alieni, Bostaris proprii pereuntis. Quod ut contingat, *mater* illa removenda

etiam illud huic contrarium comparationis genus[1], in quo uterque a se factum esse dicit: et illud, in quo non personæ inter se, sed ipsæ res colliduntur, id est, non, *uter fecerit?* sed, *utrum factum sit?* Quum de *facto* et de *auctore* constat, de *animo* quæri potest: nunc de singulis[2]: quum pariter negatur[3], hoc modo: *Adulterium non commisi*[4]: *Tyrannidem non affectavi:* in cædis ac veneficii causis frequens est illa divisio, *Non est factum; et,*
12 *si est factum, ego non feci.* Sed, quum dicimus[5], *Proba hominem occisum,* accusatoris tantum partes sunt: a reo nihil dici contra, præter aliquas fortasse suspiciones, potest[6], quas spargere quam maxime varie oportebit: quia, si unum aliquid affirmaris, probandum est, aut causa periclitandum: nam, ut, quum[7] inter id, quod ab adversario, et id, quod a nobis propositum est, quæri-

est, cessura fortasse nomini servili: *Myrto, Mithram.* Neque enim dubito quin *matrem* (pro *mortem* Codd.) invexerit aliena vetustissimorum editorum curiositas. In prioribus legemus: « Et quum in cer-« tam, aut in *extraria sitam* aut in « ipsius qui periit *voluntate.* » *Personam sitam* minus moror, quoniam servi intelliguntur; sed displicet *voluntate,* ubi exspectabas *potestate.* Deinde obstat tamen alter, quem dixi, locus, ubi « *sua manu* per-« eunt. » Vide V, 9, 11. De Bostare V, 13, 28.

1. *Est etiam illud... genus.* Structura est qualis VI, 1, 50; VII, 4, 9.

2. *Nunc de singulis.* « Adhuc enim « modo breviter, quid quæri possit « in causis conjecturalibus, propo-« suit. Nunc incipit retractare quæ « a s. inde 7 posuerat. » Gesnerus.

3. *Pariter negatur;* ita Turicens. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Rusc. Reliqui inserunt *utrumque,* jubente Regio. — *Pariter negatur.* Opponit *pariter* negantem ei qui *divisione* utatur, quæ est mox hac ipsa §. Verbum facile subauditur ad *hoc modo* sive *fit,* sive ipsum, quod modo erat, *negatur.*

4. *Adulterium non commisi.* Turic. (a pr. manu) omittit *non,* cum Alm. Vide VII, 1, 45.

5. *Dicimus.* Camp. Andr., *dicis.* Ed.

6. *A reo.... potest.* Negat reus eum, qui sit mortuus, occisum; nec temere certum mortis genus designabit, ne forte teneatur quasi confessus, si hoc probare non potuerit. Respondet huic §. 13: « At « quum quærimus... nihil tertium « est. »

7. *Nam, ut, quum.* Turicensis (a pr. manu) Goth. (tacente Gesnero) Camp. omittunt *ut,* cum Almelovio Vossiano 2.

tur, videtur utique alterum verum[1]: ita everso, [2]quo defendimur[3], reliquum est, quo premimur. At, quum 13 quærimus de ambiguis signis *cruditatis* et *veneni*, nihil tertium[4] est: ideoque utraque pars, quod proposuit, tuetur: interim autem *ex re* quæritur, *veneficium fuerit, an cruditas*? quum aliqua ex ipsa citra personam quoque argumenta ducuntur. Refert enim, *convivium præces-* 14 *serit, an tristitia*[5]*? labor*[6] *an otium? vigilia, an quies? Ætas* quoque ejus, qui periit[7], discrimen facit: interest, *subito defecerit, an longiore valetudine consumptus sit?* Liberior adhuc[8] in utramque partem disputatio, si tantum subita mors in quæstionem venit. Interim ex *persona* 15 probatio *rei* petitur, *ut propterea credibile sit, venenum fuisse, quia credibile est, ab hoc factum veneficium*: vel contra: quum vero *de reo*[9] et *de facto* quæritur, naturalis ordo est, ut prius factum esse accusator probet, deinde a reo factum: si tamen plures in [10]persona

1. *Videturutique... verum.* Vide V, 10, 69, qui locus ut a nostro lucem accipit, ita huic vicissim ministrat.

2. *Everso, quo.* Turic., *e. quod.* Alm., *averso quod* (vide VI, 24). Guelf. Camp. Obr., *ex adverso quoque* (et hoc Turic. quoque a sec. manu). Goth. Voss. 2, *everso uno.* Tarv. Rusc., *ex adverso quo.* Jens. Loc. Ven., *ex everso quo.* Nostrum Vall. Ald. Bad. pr. item Gesn., nisi quod inserit *uno.* Reliqui, suadente Regio, *ex adverso unum est quo.*

3. *Defendimur.* Turic. Guelferb. Camp., *defendere*, cum Goth. Alm. Voss. 2, Obr. *Defenderemur*, Vall. ref. Badio, me vix credente. Vide VI, 2, 20; hic §. 24.

4. *Tertium.* Guelf., *certum.*

5. *An tristitia.* Quantivis pretii est Philandri conjectura, præmittentis hisce vocem *lætitia*, de cujus ego veritate non dubito. Tum *conv.* accipies accusativum.

6. *Labor, an otium.* Turic. Guelf. Camp., *laborantium*, cum Gothano, Alm. Voss. 2, Vall. et edd. ante Ald. Corr. Reg., egregie. — *Labor, an...* in nostris frustra quæsivimus. Ed.

7. *Periit;* sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Voss. 2, Obr. Reliqui *perierit.* — Nostri omnes *periit.* Ed.

8. *Adhuc.* Omittunt RR. 7, 11, Ald. inserit *tamen* ante *adhuc.* Ed. —*Liberior adhuc.* Comparativo subjicitur *adhuc*, contra quam dixi ad II, 19, 2. Vide II, 10, 2; VIII, 5, 34; XII, 10, 7.

9. *De reo.* Turic. Camp., *de re*, cum Alm.

10. *Persona;* sic Turic. Guelferb.

16 probationes habuerit, convertit[1] hunc ordinem. Defensor autem prius negabit esse factum, quia, si in hac parte vicerit, reliqua non necesse habet dicere; victo superest, ut tueri se possit: illic quoque, ubi *de facto tantum* controversia est, quod si probetur, non possit de auctore dubitari, similiter argumenta et ex *persona*,
17 et ex *re* ducuntur, sed in unam facti quæstionem: sicut in illa controversia (utendum est enim[2] et his[3] exemplis, quæ sunt discentibus magis familiaria), *Abdicatus medicinæ studuit: quum pater ejus ægrotaret, desperantibus de eo cæteris medicis, adhibitus, sanaturum se dixit, si is potionem*[4] *a se datam bibisset*[5]*: pater, acceptæ potionis epota*[6] *parte, dixit, venenum sibi datum: filius, quod reliquum erat, exhausit: pater decessit: ille parri-*
18 *cidii reus est.* Manifestum, quis[7] potionem dederit; quæ si veneni fuit[8], nulla quæstio *de auctore:* tamen,

Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Bad. quo acc. Obr. Reliqui *personam*, conjiciente Badio. — *In persona.* Structura veteribus satis frequens, ubi solemus hodie vulgo usurpare *de* pro *in*. Vide F. A. Wolfium in Epistola ad Vaterum, ejus annotationibus in Aristot. Rhetorica subjuncta, p. 211; item VII, 4, 42.

1. *Convertit;* sic Turic. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, et edd. ante Bad. exc. Camp. Reliqui *convertet*. Vide VII, 1, 61.

2. *Utendum est enim.* Turic., *aūdum e. habet.* Guelf., *aut dum e. habet.* Proclivis error τοῦ *habet* pro *enim*. Vide VII, 1, 48.

3. *Et his.* Non satis placet *et*. An erit: *etenim* (etsi hoc vocabulum alibi apud Nostrum me reperire non memini. Vide VII, 4, 5. De structura postponendi, vide Ernest. ad Horat. Turs., p. 234) ...*est?* An: ...*et hic?* De re, vide V, 10, 96.

4. *Si is potionem.* Turic. Guelf., *suspitionem*, cum Alm. *Si is* omittit Camp.

5. *Datam bibisset.* Turic. (a sec. manu) inserit *eum*. Guelf. ins. *cum*. An fuit *combibisset?*

6. *Epota.* Goth. (tac. Gesn.) *pota*, cum Voss. 2. Vide §§. 9, 25.

7. *Manifestum, quis;* sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tacente Gesn.) cum edd. ante Basil. Reliqui inserunt *est*.

8. *Quæ si veneni fuit.* Hæc habent etiam Turic. Guelf. (nisi quod hic *fuerit*) Camp. Absunt ab edd. a Badio inde ante Gesn. — *Quæ si veneni fuit.* Si veneni non fuit potio, nullum *factum* (seu *delictum*) est, nec opus *auctorem* quærere; neque enim datæ potionis auctor

an venenum fuerit[1], ex argumentis a persona ductis colligetur: superest tertium[2], in quo *factum* esse constat aliquid[3]: *a quo sit factum*, quæritur: cujus[4] rei supervacuum est ponere exemplum, quum plurima sint hujusmodi judicia, ut, *hominem occisum esse manifestum*[5] *sit*, vel *sacrilegium commissum:* is autem, qui arguitur fecisse, neget: ex hoc nascitur ἀντικατηγορία: utique[6] enim factum esse convenit, quod duo invicem objiciunt. In 19
quo quidem genere causarum admonet Celsus, fieri id in foro non posse: quod neminem ignorare arbitror: de uno reo[7] consilium cogitur etiam[8]; et, si qui sunt, qui invicem accusent, alterum judicium præferre[9] necesse est. Apollodorus quoque ἀντικατηγορίαν duas esse contro- 20

requiritur, sed veneficii. Ita appareret, quare hæc verba interjecerit scriptor, quæ temere expunxit Regius. — *Tamen;* ita Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Alm. et edd. ante Bad. quo acc. Gesn. Bip. Ille reposuit *tantum*, recipientibus reliquis.

1. *Venenum fuerit;* sic Turic. (nisi quod *fuerat*) Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Obr. Reliqui *f. v.* Vide §§. 8, 26.

2. *Tertium.* Vide §§. 15, 16.

3. *Constat aliquid.* Turic., *c. aliquod.*

4. *Cujus;* sic Turic. cum Obr. Reliqui *ejus.*

5. *Ut, hominem... sit;* sic Turic. Guelf. Camp. Goth. (tacente Gesn.) cum Alm. Voss. 2, Obr. Reliqui *ut si h... est.* Vide lib. VII, cap. 1, §. 9.

6. *Enim;* sic Turic. (a pr. manu) cum Alm. Reliqui *hoc.* Vide §. 17; lib. VII, cap. 4, §. 5.

7. *Uno reo;* sic Turic. Guelferb. Camp. cum Voss. 2, et edd. ante Rusc. Reliqui inserunt *enim*, jubente Regio.

8. *Cogitur etiam: et, si;* sic Turic. Guelf. Camp. cum edd. ante Ald. *C. etiam si*, Goth. (tac. Gesn.) cum Vall. nec dubito quin et Voss. 2 (vide §§. 12, 24). Reliqui expunguntet *etiam*, duce Regio.—*De uno... etiam.* Ipsa cogendorum judicum formula fert, ut non nisi de uno reo quæratur in foro.

9. *Præferre;* ita Turic. Guelf. (a sec. manu) Camp. cum Goth. Voss. 2, Alm. Bodl. et edd. ante Stoer. (qui *perferre*, cum Chouet. Leid.) quo acc. Gibson. *Proferre*, Obr. seq. recent., sed et Guelf. ita a pr. man. —*Alterum... præferre.* Pronomen interpretare, ut §. 12: « Unum « horum, qui se invicem accusato- « res profitentur, alteri præferant, « accusatorisque partibus solum « fungi jubeant judices necesse est.» Sic omnis accusatio mutua excluditur foro. Perperam Gedoynus: « *il* « *faut... un second jugement.* »

versias dixit; et sunt revera secundum forense jus duæ lites: potest tamen hoc genus in cognitionem[1] venire senatus, aut principis: sed in judicio quoque nihil interest actionum[2]; simul de utroque [3]pronunciatur,
21 etiamsi de uno fertur[4]. Quo in genere semper prior debebit esse defensio: primum, quia natura potior est salus nostra, quam adversarii pernicies; deinde, quod plus habebimus in accusatione auctoritatis, si prius de innocentia nostra constiterit; postremo, quod ita demum duplex causa erit: nam, qui dicit, *Ego non occidi*, habet reliquam partem, ut dicat, *Tu occidisti;* at, qui dicit, *Tu occidisti*, supervacuum[5] habet postea dicere,

1. *Cognitionem.* Vide III, 10, 1.

2. *Actionum; simul.* Hic ausi sumus expungere omnium quidem librorum vocem *utrum*, quam natam suspicamur ex præcedentis ultimis *onum*. Vide VI, 3, 68; hic §. 11. Turbat enim omnia. — *Sed... actionum.* Actiones hoc loco sunt orationes patronorum, quæ hoc potissimum vocabulo appellantur, quo clarius sit discrimen declamationum scholasticarum. Has igitur vel in ipso foro negat differre ab earum controversiarum declamationibus, in quibus sit mutua accusatio. Ut enim de uno tantum feratur judicium, pronunciari tamen simul de utroque, cum condemnato reo, qui se adversarii incusatione tutatus erat, absolvatur suspicione accusator, et vicissim hoc causam non tenente reus habeat sibi tacite consentientes judices, ut jam, si libeat, possit alio judicio petere accusatorem. *Pronunciare* h. l. est animi sensus promere, *ferre* judicis sententiam dare; generale alterum, alterum proprium.

3. *Pronunciatur;* sic Turicens. Camp. Goth. (tac. Gesn.) Reliqui *pronunciętur*, inter quos et Guelf.

4. *Etiamsi... fertur.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *an etiamsi d. u. f.*, cum Bodl. Alm. Voss. 2, et edd. ante Ald. qui *an sententia si d. u. feratur*, cum Basil. optante sic magis quam reponente Regio. Mox Badius, immemor solitæ mutandi verecundiæ: *an de uno seorsim*, ex sola conjectura, in cujus sententiam pedibus iverunt reliqui. Nos expungere *an* sustinuimus, velut consulto insertum a librariis, qui casu modo incidisset in *utrum*. Ita *si* paulo ante §. 18 non inconsulto obtrusum, postquam *sit* abierat in *est*. Etiam §. 28, *tamen hoc;* Turic. a pr. manu *t. an h.* — Eadem nostri. Ed.

5. *Dicat... supervacuum.* Turic. Camp., *dicat t. o. vacuum.* Interposuit verba *at q. d. t. o.* Regius, dexterrime (vide V, 10, 14), in quibus *at* solum potuit aliter scribi a Quint. cætera sunt necessaria. Omittunt ea Alm. Voss. 2, Vall. edd. ante

Ego non occidi. Hæ porro[1] actiones constant *comparatione*[2]; ipsa comparatio non una via ducitur: aut enim totam causam nostram cum tota adversarii causa componimus, aut singula argumenta cum singulis; quorum[3] utrum sit faciendum, non potest, nisi ex ipsius litis utilitate, cognosci: ut Cicero singula pro Vareno comparat in primo crimine: est enim superior[4], quum persona alieni cum persona matris temere[5] comparetur: quare optimum est, si fieri potuerit[6], ut singula vincantur a singulis: sed, si quando in partibus[7] laborabimus, universitate pugnandum est. Sive[8] invicem accusant; 22 23
sive crimen reus citra accusationem in adversarium vertit, ut Roscius[9] in accusatores suos, quamvis reos non fecisset; sive in ipsos, quos sua manu periisse dicemus, factum deflectitur: non aliter, quam in iis, quæ

Ald. Ipse omissionem in Guelf. notavi nullam (per errorem haud dubie) præter *super*, quod et ibi deest ante *vacuum*, mire! — Eadem nostri. Ed.

1. *Porro.* Hic quidem oppositio nulla, sed transitus modo ad ulteriora. Vide V, 13, 40.

2. *Hæ... comparatione.* Hoc quoque præceptum pertinet ad *collocationem* et *dispositionem*. Docuit enim Fabius l. III, *anticategoriam* speciem esse causæ comparativæ. Ita autem appellatur causa, quum non simpliciter quæritur, sed ex comparatione rerum et personarum. Turn.

3. *Quorum.* Turic. Guelf. Camp., *quarum*.

4. *Superior, quum.* Turicens., *s. enim.* Guelferb. omittit *quum*, ut et edd. ante Ald. exc. Camp. Habent *quum* Goth. et Vall. — *Est enim superior.* « Hæc plane intelligi non « posse arbitror: quod non exstat « illa pro Vareno Tullii oratio. » Gesnerus. In voce *superior* equidem Ciceronem intelligendum censeo, non Varenum, ut Capper.

5. *Comparetur.* Turic. Guelferb., *compararetur* cum edd. ante Rusc. exc. Camp. Tarv. *Comparatur*, Goth. Per se quidem præteritum ferri potest, si causa ipsa talis fuerit.

6. *Potuerit;* sic Turic. Guelferb. Camp. Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 2. Reliqui *poterit*. Vide §. 29.

7. *Laborabimus.* Turic., *laboravimus.* Camp., *laboramus* cum Goth. Voss. 2.

8. *Est. Sive.* Turic. Guelf. Camp. inserunt *ut* cum Goth. Gesnerus *At* eruit inde; equidem in fine sensus totius *comparentur* scribendum censeo, neque enim placet abrupta illa ratio receptæ scripturæ.

9. *Roscius.* Amerinum intellige, pro quo egit Cicero.

mutuam accusationem habeant, utriusque partis argu-
24 menta inter se comparantur. Id autem genus, de quo novissime dixi[1], non solum in scholis sæpe tractatur, sed etiam in foro; nam id est in causa Nævii[2] Arpiniani solum quæsitum, *Præcipitata*[3] *esset ab eo uxor, an se ipsa sua sponte jecisset?* cujus[4] actionem equidem[5] solam in hoc tempus emiseram, quod ipsum me fecisse ductum[6] juvenili[7] cupiditate gloriæ fateor; nam cæteræ, quæ sub nomine meo feruntur[8], negligentia excipientium in quæstum notariorum[9] corruptæ, mini-

1. *Novissime dixi.* « Tum hic, « tum supra V, 9. » Gesn.

2. *Nævii Arpiniani;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Vall. Andr. *N. Appiñiani* Jenson. cum edd. ante Gryph. (nisi quod Rusc., *Appiani*) qui *N. Apruniani* cum edd. ante Burm. qui *N. Aproniani* cum recentioribus. — *Nævii Arpiniani.* Taciti locus Annalium lib. IV, c. 22, tom. I, p. 427 nostræ editionis; ubi *Apronia* Plautii Silvani uxor a marito in præceps jacta, ipso causante mortem sponte sumpsisse fingitur, sub Tiberio, anno post Christum 24, *similem non eamdem rem* narrat, ut rectissime monet ibi summus Lipsius. Næviana hæc causa bonis argumentis a Dodwello (§. 17. Annal. Quint.) assignatur 70 post Christum anno, quum Quint. 28 ætatis suæ ageret. *Actionem* autem, id quod animadvertit Gesnerus, quum dicat orationem suam Quint., non est cogitandum de *declamatione* (vide modo ad §. 20) qua vetus illa Aproniæ causa repetita fuerit in schola. Quæ quum ita sint, apparet summa Burmanni levitas, Tacito et nostro eamdem causam narratam sibi persuadentis, eique opinioni fulciendæ nihil non novantis in loco nostro. Præter temporis enim rationes manifestæ sunt plurimæ rei utriusque differentiæ.

3. *Præcipitata;* sic Turic. (a pr. manu) cum Alm. probante Burm. reliqui *præcipitatane.*

4. *Cujus;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 2, Vall. et edd. ante Ald. qui recepit primus Regii conjecturam *quam.*

5. *Equidem.* Turic. (a pr. manu) *et quædam.* Alm., *quidam* (vide §§. 12, 31). Censeo a Quint. esse *et quidem*, non *equidem.*

6. *Ipsum me fecisse ductum.* Turic. (a pr. manu) *i. efficis eductum.* Guelf. Camp., *i. effecisse seductum* cum Turic. (sec. manu) Goth. 2, et edd. ante Ald. *Me f. sed.* omisso *ips.* Goth. 1, Voss. 2, Vall. (vide §§. 19, 55). *I. f. sed.* Bad. cum edd. ante Obr. qui *i. me f. sed.*, Ald., *i. f. ductum* cum Burm. et recentioribus. Nostrum probat Gesnerus. Vide VII, 1, 60.

7. *Juvenili.* Turic., *juvenali.*

8. *Feruntur.* Turic., *fecerit.*

9. *Notariorum.* Vide Brissonium de V. S.

mam partem mei habent. Est et alia[1] duplex conjectura, 25
huic ἀντικατηγορίᾳ diversa[2], de præmiis; ut in illa controversia, *Tyrannus suspicatus*[3] *a medico suo datum sibi venenum, torsit eum: et, quum is dedisse*[4] *se negaret*[5], *arcessit alterum medicum: ille datum ei venenum dixit, sed se antidotum daturum: et dedit ei potionem, qua epota*[6] *tyrannus decessit;* de præmio duo medici contendunt; nam, ut illic factum in adversarium transferentium, ita hic sibi vindicantium *personæ, causæ, facultates, tempora, instrumenta, testimonia* comparantur. Illud quoque, etiamsi[7] non est ἀντικατηγορία, simili 26
tamen[8] ratione tractatur, in quo citra accusationem quæritur, *utrum factum sit*[9]; utraque enim pars suam expositionem[10] habet, atque eam tuetur: ut in lite Urbiniana petitor dicit, *Clusinium Figulum filium Urbiniæ, acie victa, in qua steterat, fugisse: jactatumque casibus variis, retentum etiam a rege, tandem in Italiam*

1. *Alia.* Voss. 2, *ipsa* solus. Velim pluribus cognitoribus vindicari hanc scripturam, quæ tamen ne in Goth. quidem comparet (vide §§. 17, 26).

2. Ἀντικατηγορία *diversa;* sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Alm. Voss. 2, Vall. et edd. ante Ald. quo acc. Obr. Reliqui inserunt *non*, conjiciente Regio. Vide VII, 1, 59; hic 33. — Solus Vallæ lib. a sec. manu inserit *non.* Ed. — Ἀντικατηγορία *diversa.* Materiæ causa diversam vocat, quoniam est de præmiis controversia, ἀντικατηγορία de pœna. Vide lib. III, cap. 10, §. 4.

3. *Tyrannus suspicatus.* « Vide « Sopatrum in Rhett. edit. Aldin. « T. II, p. 187. » Capper.

4. *Is dedisse;* sic Turic. Gothan. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, Obr. Reliqui *id d.*

5. *Se negaret.* Turic., *semper n.* cum Almel. Sed ille a sec. manu *se pernegaret,* egregie. — R. 12 omisit τὸ *se.* Ed.

6. *Epota tyrannus.* Omittit Goth. (tac. Gesn.) *Epotata t.* Turic. Guelf.

7. *Etiamsi;* sic Turic. Guelferb. Camp. cum edd. a Gryph. inde ante Burm. qui *etiam* per sphalma. Reliqui *etsi.*

8. *Simili tamen.* Turic., *similia* cum Almel. Voss. 2 (ref. Burm.); sed Goth. Guelf. omittunt *tamen* (vide §§. 25, 28). Quæ et Turic. a sec. manu.

9. *Utrum factum sit.* Vide §. 11.

10. *Suam expositionem;* sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *e. s.* Vide §§. 18, 40.

ac patriam suam Marginos[1] *venisse, atque ibi agnosci:* Pollio contra, *servisse eum Pisauri dominis duobus, medicinam factitasse, manumissum alienæ se familiæ venali immiscuisse, ac rogantem, ut eis serviret*[2]*, emptum.*

27 Nonne tota lis constat duarum causarum comparatione, et conjectura duplici atque diversa[3]? Quæ autem accusantium ac defendentium[4], eadem petentium et infitiantium[5] ratio est. Ducitur conjectura primum *a præteritis;* in his sunt *personæ*, *causæ*, *consilia*[6]: nam is ordo est, ut *facere voluerit*[7], *potuerit*, *fecerit;* ideoque

28 intuendum ante omnia, qualis sit, de quo agitur. Accusatoris autem est efficere, ut, si quid objecerit, non solum turpe sit, sed etiam crimini, de quo est[8] judicium, quam maxime conveniat; nam, si *reum cædis, impudicum* vel *adulterum* vocet, lædat[9] quidem infamia: minus tamen hoc ad fidem valeat, quam si *audacem, petulantem, crudelem, temerarium* ostenderit.

1. *Marginos.* « Ignotus mihi lo- « cus ille, neque in Italia tali no- « mine urbem reperire potui. *Mar- « cina* in Picentinis fuit, de qua « Cluver. Ital. antiq. l. IV, c. 6. » Burmannus.

2. *Ut eis serviret.* « Quibus? dif- « ficile dictu; præsertim quum igno- « ta sint reliqua causæ. Sed si po- « nas, ex proximo *serviret* sibilum « adhæsisse voci *ei*, commode in- « telligas Urbiniam, cui ideo vo- « luerit servire homo, ut subrepere « facilius in nomen et gentem alie- « nam posset. » Gesnerus. Longe deterior emendatio, et ipsa ex ingenio, ut videtur, facta Obrechti, *uti serviret.* Hæreo præterea in voce *alienæ.* Qualis est « familia ve- « nalis *aliena?* » Non igitur sui domini, a quo erat manumissus? Sed id huc quidem facere non videtur. An erat *alicui?*

3. *Atque diversa.* An fuit *eaque diversa?* quoniam *atque* ante consonantem.

4. *Ac defendentium;* sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.). Reliqui *atque d.*

5. *Infitiantium.* RR. 7, 11, a sec. manu *infirmantium.* Ed.

6. *Personæ... consilia.* Hæc tria ad solam *voluntatem* videntur spectare, si quis conferat §. 44; ubi est « Excussa *prima* parte *an vo- « luerit.* »

7. *Voluerit.* Turic., *voluit.*

8. *De quo est.* Ultimum omittit Turic. Camp.

9. *Lædat.* Gothanus (tacente Gesnero) *ledet* cum Voss. 2. Vide 26, 31.

Patrono, si fieri potuerit[1], id agendum est, ut objecta 29
vel neget, vel defendat, vel minuat; proximum est, ut
a præsenti quæstione separet; sunt enim pleraque non
solum dissimilia, sed etiam aliquando contraria: ut, si
reus furti *prodigus* dicatur, aut *negligens*[2]; neque enim
videtur in eumdem et contemptus pecuniæ, et cupiditas
cadere. Si deerunt hæc remedia, ad illa declinandum 30
est, non de hoc quæri, nec eum, qui aliquando pec-
caverit, utique commisisse omnia; et hanc fiduciam
fuisse accusatoribus falsa objiciendi, quod læsum et vul-
neratum reum speravere[3] hac invidia opprimi[4] posse.
Alia propositio est[5] accusatoris, contra quam[6] loci oriun- 31
tur[7]; sæpe a persona prior ducit argumenta[8] defensor,
et interim *generaliter*, *Incredibile esse, a filio patrem*
occisum[9]; *ab imperatore proditam hostibus patriam;*

1. *Potuerit;* ita Turic. Guelferb. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, Obr. et editt. ante Bad. Omittit *Patrono... potuerit* Camp. Reliqui *poterit*. Vide §. 22.

2. *Negligens.* Non attentus ad rem. Vide Græv. ad Cic. Epistt. ad Fam. III, 8; indicante Burm.

3. *Speravere.* « Vide leg. *speave-* « *rint.* » Gesnerus. Nec multum pro-ficit cum Camp. legere *qui* pro *quod*.

4. *Hac... posse.* Turic. Guelferb., *hæc... posset.* Jens., *hic... posse.*

5. *Propositio est.* Turic. Guelf. Camp., *propositione* cum Alm. Goth. Voss. 2. Pro *alia* Goth. Voss. 2, *talia.*

6. *Contra quam.* Turicens. a pr. manu *c. qua.*

7. *Alia... oriuntur.* Hic ego plane probandam censeo emendationem a Gesnero propositam.: « Alii a pro- « positione accusatoris contraque « loci oriuntur. » Modo teneas *a* dici loco τῆς *pro.* Adhuc *personam* rei tractatam nobis ostenderat Qu. sed ita, ut extra causam peterent actores, pro ea vel contra eam di-cenda. Nunc ex ipsa *criminis pro-positione*, veluti hac : Roscius pa-trem occidit, locos duci monet.

8. *Prior... defensor.* Hæc Ald. cum edd. ante Obr. omittit ex levi Regii conjectura. MSS. habent, etiam Vall.—Omnes nostri, *oriun-tur sæpe a persona. Prior dicit argu-menta defensor, et interim*, etc. Tὰ *prior dicit argumenta defensor* glos-satoris manum sapiunt. Si tamen sic distinxeris : *Oriuntur. Sæpe a per-sona prior ducit* (loco τοῦ *dicit*) *ar-gumenta defensor; et interim*, etc. Non erit spernenda lectio. Ed.

9. *Patrem occisum;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Vall., *virum occ.* Jens. (err. Gesn.) cum edd. ante Ald. quo accedere narratur Almel. (vide §. 24; item hac §.). Ald. ex. conj. Regii inserit

facile respondetur, vel, *quod omnia scelera in malos cadant, ideoque*[1] *sæpe deprehensa sint:* vel, *quod indi-*
32 *gnum*[2] *sit, crimina ipsa atrocitate defendi*[3]. Interim *proprie;* quod est varium; nam dignitas et tuetur reum, et nonnunquam ipsa in argumentum facti convertitur, tamquam inde fuerit spes impunitatis: perinde[4] paupertas, humilitas, opes, ut cuique ingenio vis[5] est, in
33 diversum trahuntur. Probi[6] vero mores, et anteactæ vitæ integritas, nunquam non plurimum[7] profuerint; si nihil objicietur, patronus quidem in hoc vehementer incumbet[8]: accusator autem ad præsentem quæstionem, de qua sola judicium sit, cognitionem[9] alligabit, dicens, *neminem non aliquando*[10] *cœpisse peccare*, nec
34 per *ἐγκαίνια*[11] ducendum scelus primum. Hæc in res-

ab uxore virum cum recentioribus.

1. *Ideoque.* Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp., *ideo*, male.

2. *Indignum.* Turicens. Guelferb. Camp., *ingenium* cum Alm. Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. Nostra ex hujus ni fallor conjectura, quæ non dubito quin vera sit, etiamsi Burmannus censet *ingenium* non male hic usurpari pro *ingeniosum.* — Omnes nostri *ingenium.* Solus Jens. ab emend., *indignum.* Ed.

3. *Defendi.* Turic. Guelf. Camp., *defendit* cum Goth. *Defendet*, Alm. (vide hac §., item 40), Voss. 2 (vide §§. 28, 42).

4. *Impunitatis: perinde.* Quod hic inserunt reliqui *sed*, omittit Turic. cum Obr.

5. *Ut cuique... vis.* Fateor hoc contorte structum mihi videri. Malim aut *ingenii*, aut *ut quisque ingeniosus est.*

6. *Probi.* Plerique nostrorum *probati.* Ed.

7. *Profuerint.* Camp., *profuerit.* Goth., *profuerunt.* Placet.

8. *Patronus... incumbet.* « Ut pro « L. Murena. » Burm. Parum recte adhibitus locus. Neque enim incumbit Cicero (cap. 5) in silentium accusatorum de vita anteacta Murenæ, sed eorum reprehensionem diluit.

9. *Alligabit.* Guelferb., *allegabit* cum Jens. et editt. ante Obr. exc. Bad. Sed Turic. Gothan. Camp. et Alm. Voss. 2, Vall. nobiscum. — Plerique nostrorum *alligabit;* quod sic intelligi potest: accusator, remotis generalibus quæstionibus, in præsentis quæstionis cognitione judices circumscribet. Ed.

10. *Neminem... aliquando.* Turic. Guelf. omittunt *non* (vide §§. 25, 42). Camp. ponit post *aliquando.*

11. *Per ἐγκαίνια*; sic Turic. (nisi quod latt. litt.) cum Almel. et Vall. (a sec. manu). Sed Guelf. Camp., *pro ἐγκ.* cum Goth. 1, 2 (qui et *du-*

pondendo; sic autem præparabit actione prima judicum animos, ut noluisse potius objicere, quam non potuisse, credatur; eoque satius est, omni se anteactæ vitæ abstinere convicio, quam levibus, aut[1] frivolis, aut manifesto falsis reum incessere, quia fides cæteris detrahitur: et, qui nihil[2] objicit, omisisse credi potest maledicta, tamquam supervacua; qui vana congerit, confitetur vanum in anteactis argumentum[3], in quibus vinci, quam tacere, maluerit. Cætera, quæ *a personis* duci 35 solent, in argumentorum locis exposuimus[4]; proxima

cendus), Voss. 2, Vall. (hoc a pr. manu) et editt. ante Bad. quo acc. Bas. Conjicit Gallæus *pro encœnio*, id est, tirocinio, Burm., *per encomia*, Gesn., *pro encomio*. Obr. dat *proscenia*, quod quomodo interpretetur, ipse viderit, sicut et modo pro *nem. non al.* hæc: « neminem « mali quando cœpissent *spectare* » (hoc quidem e libris, ut Turicens. Alm.) « nec proscenia, etc. » Nam hæc est summa levitas mutandi, si maxime aliqua sententia potest dispici. Vide et Sthephanum in indice Thesauri, unde sua Gallæus. — *Per ἐγκαίνια... scelus primum.* Hæc quum sit probatissimorum librorum scriptura, ab ea recedendum non putavi, etsi nec ipse magis quam Gesnerus novi romana *encænia*. Acquievit tamen in vocabuli insolentioris usu Turnebus ille verus Advers. XII, 11. Sententia expedita et suo se acumine commendans præ cæteris, quæcunque extunduntur varie tentando loco. Cum risu quodam sardonio impudentia exprobratur, si quis, quoniam reus pro quo causam dicit, nihil antea deliquerit, primum hoc, quod negari non possit, scelus quasi dedicatione quadam ut recens perfectum opus præclarum celebrandum nec potius vindicandum putet. Quod enim Turnebus l. c. de occultando scelere dictum censet, id locum habere crederem, si *duci* scriberetur, non *ducendum*. — Ex hac non ita perspicua Spald. nota, hic locus sic intelligitur: primum scelus non est ducendum, quasi triumphali curru, per hominum celebritatem qualis est in templorum dedicatione (ἐγκαίνιοις), hæc altera magis obvia adest interpretatio: et fortasse aliud ignotum scelus præcessisse. Namque primum scelus non est semper admittendum palam et quasi inter ἐγκαίνια. Ed. — *Hæc;* sic Turic. cum Gothan. Voss. 2, Obr. Reliqui *hoc*.

1. *Levibus, aut.* Unice placet Cod. Guelf. reponens *atque* pro *aut*.

2. *Qui nihil.* Turicens., *quod n.* Idem a sec. manu, Guelf. Camp., *quia n.* cum Jens. Tarv. Correxit Regius.

3. *Vanum... argumentum.* Orationis consilium flagitat *unum* pro *vanum*.

4. *Exposuimus.* Lib. V, cap. 10, §§. 23-32.

est *ex causis* probatio : in quibus hæc maxime spectantur, *ira, odium, metus, cupiditas, spes :* nam reliqua in horum [1] species cadunt. Quorum si quid in reum conveniet, accusatoris est efficere, ad [2] quidquid faciendum causæ valere videantur, easque, quas in argumen-
36 tum sumet, augere. Si minus, illuc conferenda est oratio, aut aliquas fortasse latentes fuisse, aut nihil ad rem pertinere, cur fecerit, si fecit : aut etiam dignius esse odio scelus, quod non habuerit causam ; patronus vero, quoties poterit, instabit [3] huic loco, ut nihil credibile sit factum esse sine causa ; quod Cicero vehementissime multis orationibus tractat : præcipue tamen *pro Vareno*, qui in omnibus aliis [4] premebatur : nam et
37 damnatus est. At, si proponitur [5], *cur factum sit*, aut falsam causam, aut levem, aut ignotam reo [6] dicet : possunt esse aliquæ interim ignotæ : *An heredem habuerit* [7], *an accusaturus fuerit, eum a quo dicitur occisus?*

1. *Horum.* Guelferb. Camp., *has* cum Goth. et edd. ante Obr. turpiter redeunte Capper.

2. *Efficere, ad.* Inserendum *ut* deficientibus licet libris omnibus. Nihil esse tam atrox, quo non causis impellatur humana natura, ostendet actor, præsertim *ira... spe*, quas quidem solas tractat, quoniam « cadunt omnia in horum species. » *Ad* insequens (scribi solitum et *at*. Vide I, 7, 5) hauriebat voculam *ut*.

3. *Instabit.* Turic. (a pr. manu) *instatuit* cum Alm.

4. *In omnibus aliis;* sic Turic. (a pr. manu) cum Alm. Sed a sec. ille manu *in o. malis* et sic Guelf. Camp. cum edd. ante Ald., *in o. publicis m.* Obr. leviter. Reliqui *o. m.* — Omnes nostri *malis*. Ed.

5. *At, si proponitur.* Si vero est in ipsa accusatoris propositione designata causa aliqua patrandi sceleris.

6. *Ignotam reo.* Turic. Guelferb. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) inserunt *pro* cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Ald. quo acc. Basil. Expunxit Regius. Sententia sane melior. Intelligas tamen veterem illam scripturam utcunque : Patronus causam quam docuerit falsam, levem, ignotam, in utilitatem rei convertet, id est : « pro reo esse dicet. »

7. *An heredem habuerit.* Quæ causa fuerit hæc occidendi? Maxima profecto, si reum ipsum heredem instituerit defunctus, isque noluerit diutius exspectare hereditatem. Vide V, 12, 5. Hoc ut intelligatur, *eum* junges utrique sententiæ, quod interpungendo demonstrare conatus sum. Inter *possunt*

si alia defecerint, non utique spectandas esse causas; nam quem posse reperiri, qui non *metuat*, *oderit*, *speret*[1]? plurimos tamen hæc salva innocentia facere. Neque illud est omittendum, *non omnes causas in om-* 38
nibus personis valere; nam, ut alicui sit furandi causa paupertas, non erit idem in Curio[2] Fabricioque momentum. *De causa prius, an de persona* dicendum sit, 39
quæritur; varieque est ab oratoribus factum: a Cicerone etiam prælatæ frequenter[3] causæ; sed mihi, si neutro litis conditio præponderet[4], secundum naturam videtur incipere[5] *a persona;* nam hoc magis generale est[6], rectiorque divisio[7], *An in nullo crimen credibile,*

esse, malis sane inseri *enim*, sine qua conjunctione salebrosior videtur oratio.

1. *Speret.* Ald. addit ex correctione Raphaelis: *irascatur, cupiat*, ut totidem enumerentur affectus, quot enumeravit supra §. 35. Turn.

2. *In Curio;* sic Turic. Guelferb. Camp. Goth Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, et edd. ante Basil. quo acc. Obr. Reliqui inserunt *T.* prave, *M'* enim. Vide Drakenb. ad Liv. XLV, 38, 11.

3. *Frequenter;* sic Turic. Camp. cum Alm. et edd. ante Bad: reliqui *frequentissime.*

4. *Si neutro... præponderet.* Turic., *sine ultro litis conditio præponeret* cum Alm. Ille a sec. manu *si sine ullo litis convitio præponeret* cum Bodl. et Guelf. nisi quod hic *præponetur*, it. Goth. qui *præponeretur* (err. Gesn.). Camp., *si sine ullis litis convicio præponentur.* Alii aliter. Nostrum primus Gryph. (1544). — Eadem nostri. Præterea *si non ultro* apud Vall. lib. R. 12, utrumque a sec. manu. Ed.

5. *Videtur incipere.* Turic. (a sec. manu) Goth. (tac. Gesn.) Obr., *videretur i.*

6. *Magis generale.* Potest enim in omni lite hoc usurpari, quum causarum aliæ in alias cadant. Vide §. 41.

7. *Rectiorque divisio.* Divisio *rectior* dici videtur eodem modo quo *simplicior, manifestior.* Si causæ natura prima tractetur, difficilius fuerit ab una argumentatione progredi ad alteram. Id vero perpetuum est, et recte fieri ab unoquoque auditore agnoscitur, ut primo quæratur, an nullus plane sit homo, in quo tale crimen possit credi, deinde, an hic, qui nunc est reus, sit talis; quas esse de *persona* quæstiones facile apparet, quamquam priorem illam possit aliquis trahere ad tractationem *rei*, quum, si nullus homo censeatur hoc facturus, facti ipsius naturam in causa esse necesse sit. Sed ne cogitat quidem Noster nunc de *personæ* et *rei*, verum de *personæ* et *causæ facti* divisione.

40 *an in hoc*[1]. Potest tamen id ipsum, sicut [2] pleraque, vertere utilitas; nec tantum causæ voluntatis sunt quærendæ: sed interim et erroris[3], ut *ebrietas*, [4]*ignorantia;* nam, hæc ut[5] in qualitate crimen elevant[6], ita in con-
41 jectura premunt. Et persona quidem nescio an nunquam[7], utique in vero[8] actu rei, possit incidere, de qua neutra pars dicat: de causis frequenter quæri nihil attinet, ut in *adulteriis*, ut in *furtis*[9]; quia illas per se
42 ipsa crimina secum habent. Post hæc intuenda videntur et consilia; quæ late patent, *An credibile sit, reum sperare*[10], *id a se scelus effici posse? an ignorari, quum fecisset? an, etiam si ignoratum non esset*[11], *absolvi, vel pœna levi transigi, vel tardiore, vel ex qua minus incommodi consecuturus, quam ex facto gaudii videretur?*
43 *an etiam tanti putaverit*[12], *pœnam subire?* Post hæc, *An*

1. *An in nullo... an in hoc.* Turic., *a. nullum... an hoc* cum Alm. Sed a sec. manu ille *aut nullum... aut hoc*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, et editt. ante Ald. quo acc. Bad. Mox Regio jubente *aut in nullo... aut in hoc.* In hac scriptura non est vera divisio; neque enim seorsim hæc possunt tractari, sibique invicem succedere. In nostra ratione prior est generalis humanæ naturæ exquisitio, mox propria ejus, qui nunc est reus. *In* utrobique excidebat facillime post *an* (vide VI, 3, 6), quo hausto jam secure jungentes librarii *nullum* scribebant pro *nullo* (vide VII, Præf. 2; VII, 4, 18).

2. *Pleraque.* Turic. Guelf. Camp., *plerumque* cum Gothan. Voss. 2, Vall. et edd. ante Ald. quo acc. Bad. pr. Correxit Regius.

3. *Erroris.* Turic. (a sec. manu), Guelf. Goth. (tac. Gesn.) *errores.*

4. *Ebrietas, ignorantia;* sic Turic cum Obr. Reliqui inserunt *et.*

5. *Hæc ut;* ita Goth. (tac. Gesn.) (an Guelf.?) cum Voss. 1, Jenson. (tac. Gesn.) et edd. ante Basil. Reliqui *u. h.* (vide §§. 26, 42).

6. *Elevant.* Turic., *elabant.* Alm., *elababant* (vide §§. 31, 47). Ille a sec. manu *dabant.* Guelf., *dabunt.*

7. *Nunquam;* sic Camp. Reliqui *unquam.* Vide VI, 3, 6.

8. *Vero.* Guelf. Camp., *uno* cum edd. præter Obr. et Gesn. Bip.

9. *Ut in furtis;* sic Turic. Guelf. Camp. cum edd. ante Gryph. Reliqui omittunt *ut*, Obr. etiam *in.*

10. *Sperare.* Malim *sperasse*, quod et res ipsa cogit, et mox in *videretur* usus imperfecti.

11. *Non esset.* Turic., *e. n.* cum Vall. ut videtur (vide §§. 40. 49). Omittunt *non* Jenson. et edd. ante Ald. (vide §§. 33, 51).

12. *Putaverit.* Goth. et Voss. 2,

alio tempore, et aliter facere, vel facilius[1], *vel securius potuerit?* ut dicit Cicero *pro Milone*[2], enumerans plurimas occasiones, quibus ab eo Clodius impune occidi potuerit: præterea, cur potissimum[3] *illo loco, illo tempore, illo modo* sit aggressus (qui et ipse diligentissime tractatur pro eodem locus): *an etiamsi nulla ratione ductus est, impetu raptus sit, et absque sententia* (nam vulgo dicitur, *Scelera non habere consilium*)*? an etiam consuetudine peccandi sit allectus*[4]*?* excussa prima parte, *an voluerit*[5]*?* sequitur, *an potuerit?* hic tractatur *locus, tempus,* ut furtum in loco cluso[6], frequenti[7]; tempore vel diurno, quum testes plures; vel nocturno, quum major difficultas. Inspiciuntur utique[8] difficultates, 44 45

putavit. Nequam consortium (vide §§. 31, 51)!—*Tanti putaverit.* Non nimiam putaverit pœnam, qua subeunda commodum illud sibi pararet, quod crimine petebat. Vide I, 6, 38.

1. *Facilius.* Turic. Guelf. Camp., *facile* cum Voss. 2.

2. *Cicero pro Milone.* « C. 14 et « 15; quem locum ita concludit c. « 16. *Quem igitur cum omnium « gratia noluit, hunc voluit cum « aliquorum querela? quem jure, « quem loco, quem tempore, quem « impune non est ausus; hunc injuria, iniquo loco, alieno tempore « periculo capitis, non dubitavit occidere?* » Gesnerus.

3. *Potissimum illo;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Almel. Voss. 2, Goth. et edd. ante Stoer. quo acc. Obr. Bip. Reliqui inserunt *in.*

4. *Allectus.* RR. 7, 11, *allatus.* Ed.

5. *Voluerit... potuerit.* Vide V, 10, 50; in quo capite et de *personis* et *causis.*

6. *Cluso;* sic MSS. et Camp. Reliqui *clauso.* Vide I, 10, 43; VI, 3, 50; IX, 4, 72, 110. Mox Bad. omnium primus inserit *vel recluso,* deinceps Gryph. cum recentioribus et hoc et post *frequenti* insuper *vel solo.* Nos sequimur Codd. et primos edd. (de Gothan. Jens. tac. Gesn.) quo redit Basil. — Omnes nostri omittunt *recluso, vel solo.* Ed.

7. *Loco... frequenti.* Optarunt VV. DD. hisce appositis respondere contraria, ut loco *cluso* redderetur *reclusus; frequenti, solus.* Sed nihil egit Quint. nisi ut ostenderet difficultatem furandi, quod in altera parte, temporis tractatione, itidem fecit. Posuit enim ejusmodi ibi contraria *diurnum, nocturnum,* in quorum utroque sua essent furti peragendi impedimenta. Neque tollitur hoc quod disputavimus ea, quæ mox infertur, voce *occasiones,* quæ opponitur sane *difficultatibus,* nec tamen cogit, ut in prioribus quoque utramque partem argumentationis voluerit in exemplo ponere.

8. *Utique.* Hoc adverbio signifi-

occasiones[1], quæ sunt plurimæ, ideoque exemplis non egent: hic sequens[2] locus talis est, ut, *si fieri non potuit*, sublata lis sit; *si potuit*, sequatur quæstio, *an fecerit?* sed hæc etiam ad animi conjecturam pertinent[3]: nam et ex his colligitur, *an speraverit?* ideo spectari debent
46 et instrumenta, ut Clodii ac Milonis comitatus. Quæstio, *an fecerit*, incipit a secundo[4] tempore[5], id est, præsenti, ac deinde conjuncto[6]; quorum[7] sunt *sonus*, *clamor*, *gemitus;* insequentis[8] *latitatio*, *metus*, similia: his ac-

cat, quid in universum fiat in hoc genere; quo omne redeat præceptum. Ne quis forte tentet *ubique*. Vide III, 6, 8.

1. *Difficultates, occasiones;* sic Turic. Guelf. Camp. cum edd. ante Ald. Reliqui, jubente Regio, inserunt *et*. Vide §. 40.

2. *Sequens*. I. e., secundus (vide IV, 5, 13), is igitur: *an potuerit*. Vide ordinem locorum tractandorum §. 27.

3. *Hæc... pertinent*. Hæreat aliquis in plurali. Sed respicit Quintilianus ad duo ista *potuit fieri, non potuit;* quare et mox subjecit « et « ex *his*. » Singularem poterat male quis referre ad quæstionem, *An fecerit*, cujus nondum hic ulla tractatio, sed sequenti modo §. Vide ad rem ipsam V, 10, 50.

4. *Secundo tempore, id est, præsenti*. Mira locutio, et quam Spald. explanandam minime curat. Nonne præsens dicitur *secundum*, quia ordine temporis, quum præteritum sit prius, præsens secundum locum obtinet? Ed.

5. *Tempore*. *Tempus* apud Vall. lib. RR. 8, 10. Ed.

6. *Præsenti, ac deinde conjuncto*. Hæc duo, *præsens* et *conjunctum*, de una temporis parte dici, quam nos vulgo appellamus *præsens tempus*, dubitari nequit, si quis conferat V, 10, 45, 94. Improbarat Noster divisionem illam, quam faciebant quidam, præsentis in *junctum* et *adhærens*. Quorum natura similius præsenti esse *junctum* quam *adhærens* exempla docent loco citato. Hic tamen memor aliquatenus divisionis ejusdem, ut effugeret cavillationem eorum, qui *clamorem* ad *præsens tempus* pertinere essent negaturi, adjecit *conjunctum* præsenti, integrum secundum, quod ait, tempus una comprehensurus. In qua appellatione variavit tamen hoc, securior vocabulorum artis, ut nunc quidem *deinde conjunctum* vocaret, quod supra (V, 10, 45) *adhærens*. Neque enim, qui modo diligenter voluerit attendere, ignorabit quisquam *deinde conjunctum* aliter hic dici quam *junctum* illis, quos demonstravi, locis.

7. *Conj. quor.;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. et edd. ante Bad. quo acc. Obr. Rell., Regio jubente, inserunt *hoc est insequenti*. — Nostri omittunt *hoc inseq*. Ed.

8. *Insequentis;* sic Turic. (a pr.

cedunt signa, de quibus tractatum est[1]: *verba* etiam et *facta*, quæque antecesserunt, quæque insecuta sunt; hæc aut nostra sunt, aut aliena. Sed verba nobis[2] *magis* 47 nocent, aut[3] *minus*: magis nocent, et minus[4] prosunt nostra, quam aliena; magis prosunt, et minus nocent aliena, quam nostra: facta autem interim magis prosunt nostra, interim aliena; ut, si quid, quod prò nobis sit, adversarius fecit: semper vero magis nocent nostra, quam aliena. Est et illa in verbis differentia, quod aut 48 aperta sunt, aut dubia: seu nostra, seu aliena sunt, infirmiora in utrumque[5] sint necesse est dubia[6]: tamen nostra sæpe nobis[7] nocent, ut in illa controversia: *Interrogatus filius, ubi esset pater, dixit, Ubicunque est,* [8]*vivit; at ille in puteo mortuus est inventus.* Aliena, quæ sunt 49 dubia, nunquam possunt nocere, nisi aut incerto auctore, aut mortuo: *nocte audita vox est*[9], *Cavete*[10] *tyran-*

manu). Reliqui *insequenti* et hoc edd. quas modo demonstravi, omittunt hoc loco.—*Insequentis.* Facile subaudias *sunt.* Res ipsa plane cognoscitur inspiciendo priorem tractationem V, 10, 45.

1. *Tractatum est.* Lib. V, c. 9.

2. *Verba nobis magis;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Almel. Voss. 2, Goth. Reliqui omittunt *nobis.*

3. *Nocent, aut.* Vix posse carere videtur locus iis, quæ docte hic inseri velit Gesnerus, *et prosunt.* Neque enim de *nocendo* solo agitur in sequentibus.

4. *Nocent, et m.* Absunt a Turic. Guelf. Camp. ut et Goth. Alm. (nisi quod huic Burm. tribuit inter *magis* et *prosunt* hæc *nocent minus magis,* me quidem incredulo. Vide §. 40; VII, 3, 1) edd. ante Ald. Inseruit nostra Reg., necessario (vide §. 21).

5. *In utrumque,* nocendum et juvandum.

6. *Est dubia.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) omittunt *est* cum edd. ante Gryph. male.

7. *Nobis;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. et edd. ante Ald. Reliqui *magis,* mutante Regio.

8. *Ubicunque est, vivit.* « Quid « hic dubium? Puto *vivit:* quod « etiam *bibit* potest intelligi. Non « *vivebat* in puteo pater, sed *bibe-* « *rat.* Perpetua litterarum *b* et *v* con- « fusio nemini non notata, qui li- « bros antiquos tractavit: inprimis « vero his, qui Pandectas Florenti- « nos versarunt. » Gesnerus.

9. *Vox est;* sic Turic. Guelferb. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *e. v.* (vide §§. 42, 50).

10. *Cavete.* Turic. Guelf., *caveto,* cum Goth. et edd. (de Jenson. tac.

nidem[1]: et, *Interrogatus, cujus veneno moreretur, respondit, Non expedit tibi scire:* nam, si est, qui possit interrogari, solvet ambiguitatem. Quum autem dicta factaque nostra[2] defendi solo animo possint, aliena varie refutantur: de uno quidem maxime[3] genere conjecturalium controversiarum locuti videmur[4], et in omnes aliquid ex his[5] cadit: nam *furti*[6], *depositi, creditæ pecuniæ*, et *a facultatibus*[7] argumenta veniunt, *an fuerit, quod deponeretur?* et *a personis, an illum deposuisse apud hunc, vel huic*[8] *credidisse credibile sit? an petitorem calumniari, an reum infitiatorem*[9] *esse, vel*[10] *furem?*

Gesn.) ante Obr. quo redit Capper. Ipse Camp. abire a Gesnero non notavi. Burm. ex Voss. 2, *cavete* affert. — *Cavete... Interrogatus.* Duæ sunt scholasticæ, quarum nullus inter se nexus est quærendus. Similis priori, non eadem VII, 1, 30.

1. *Tyrannidem.* Jens., *tyrannicidam* cum edd. ante Obr. quo redit Burm. Sed nobiscum Turicens. Guelf. Camp. Goth. Voss. 2.

2. *Nostra.* Turic., *nostraria* cum Alm. Sed Guelferb., *nostratia* cum Gothan. et edd. ante Ald. qui nostrum reposuit, jubente Regio. Si apud Cic. Epist. ad Fam. II, 11, Codd. darent *nostraria*, acquiescerem et hic scriptura Turic. *Extraria* non multum aliter dicuntur. In Camp. nihil ego abludens a Gesneri ratione notavi.

3. *Maxime.* RR. 11, 12, et apud Bur. V. c. Alm., *maximo.* Non male: namque de genere cædis agit Fabius, quod maximum est omnium. Ed.

4. *Videmur, et.* Turicens. (a pr. manu) *videmus et.* Hinc eruo, quod necessarium videtur, *v. sed.*

5. *Ex his;* sic Turic cum Alm. Reliqui *de his.*

6. *Furti, depositi;* sic Turic. Camp. Reliqui *d. f.* (vide §. 49; VII, 3, 5). — *Furti... pecuniæ.* Genitivi hic quidem possunt repeti a voce *argumenta* mox sequente; quum durius videatur subaudire duo vocabula: *in causa.* Vid. ad VII, 1, 62. Si vero liceat dicere quod sentio, diffido ego quam maxime illi *furti*, cujus nulla in sequente tractatione mentio; *facti dep.* optime jungeretur cum *creditæ pec.* Quamquam exemplis destituor, ubi *facere depositum* dixerint veteres. Sed verbi illius tam late patet usus, ut vix usquam possit alienum plane videri. *Furti* autem arreptum fuit, quia mox est *vel furem*, quod minus intelligebant. Quint. quidem ab illa quasi fortuita *furis* mentione, devenisse mihi videtur ad *furti reum* etiam proprie tractandum. *Facti* et *furti* vide ad VII, 3, 1, not.

7. *Facultatibus.* Vide V, 10, 50, 51.

8. *Vel huic.* Turic. Guelf. Camp., *v. hunc* cum editt. ante Bad. qui e Vall. nostrum, cui astipulatur Goth.

9. *Infitiatorem.* R. 11 a sec. manu *insidiatorem.* Ed.

10. *Vel furem.* Guelferb., *aut f.*

Sed etiam *in furti reo*, sicut in *cædis*, quæritur de facto 51
et de auctore: *crediti* et *depositi* duæ quæstiones[1], sed nunquam[2] junctæ[3], *an datum sit? an redditum*[4]? habent aliquid proprii *adulterii* causæ, quod plerumque duorum discrimen est, et de utriusque vita[5] dicendum: quamquam et id quæritur[6], *an utrumque pariter defendi oporteat?* cujus rei consilium nascetur ex causa: nam, si adjuvabit pars altera, conjungam; si nocebit, separabo. Ne quis autem mihi putet temere excidisse, quod 52
plerumque duorum crimen[7] esse adulterium, non semper, dixerim: potest accusari sola mulier incerti adulterii: *Munera domi inventa sunt; pecunia, cujus*[8] *auctor*

Goth. (err. Gesn.) *an f.* cum Voss. 2. — *Infitiatorem... furem.* Nulla hic adhibenda est dividendi subtilitas. De *inf.* vide Brissonium V. S. Quo magis appareat injuriæ, quæ sit reo, gravitas, subjicitur illi *infitiatori* durius vocabulum, eamdem tamen rem indicans illud. « Nisi ho-« minem hunc, quem reum facis, « sustines credere *furem*, nihil agis « accusator: igitur intuenda dili-« genter est persona rei, an in eum « cadat esse *furem*; infitiator enim « fur est. »

1. *Duæ quæstiones;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Bodl. Goth. Voss. 2, et edd. ante Bad. Reliqui inserunt *sunt*, Regio jubente.

2. *Sed nunquam;* sic Turicens. Guelf. Camp. cum omnibus quos modo posui, nisi quod Ald. jam *non* habet inserente Regio (vide §§. 42, 52), cum reliquis. — Omnes nostri *nunquam*. Ed.

3. *Duæ... junctæ.* « In deposito « quæri potest aliquando, an depo-« sueris; deinde an redditum sit de-« positum; vix tamen simul. » Pseudo-Turnebus; rectissime ille, quisquis est: sed tales animadversiones fidem faciunt ex summi viri scholis aliqua horum fuisse excepta, et mox deterioribus aliorum inquinata. Vide IX, 2, 55.

4. *Redditum.* Goth., *creditum* cum Voss. 2 (vide §§. 42, 52).

5. *Utriusque... dicendum.* Idcirco duo sunt defendendi in *adulterii* crimine, quia lex pariter adulterum et adulteram punit, nec sinit adulterum sine adultera interfici. Turn.

6. *Quæritur.* Vide VII, 1, 13.

7. *Crimen.* Gothan. cum Voss. 2 (vide modo; it. VII, 3, 4), *discrimen.*

8. *Pecunia, cujus.* Turic. (a sec. manu) Camp., *pecuniæ.* Voss. 2, *p. ejus.* Obr., *pecuniæ ejus.* Hanc ego veram censeo scripturam, ne duæ res nobis fiant *munera, pecunia.* Sic totum ordinabo: « Munera... « sunt; pecuniæ ejus... exstat: codi-« cilli; dubium..... scripti. » — *Pecunia, cujus auctor. Auctor pecuniæ* eodem est significatu, quo in venditionibus dicitur *auctor.* Vide Ern. Clav. Cic. h. v. numero 11.

53 *non exstat*[1]*; codicilli*[2]*, dubium ad quem scripti.* In [3]*falso* quoque ratio similis; aut enim[4] plures in culpam vocantur, aut unus: et scriptor quidem semper tueri signatorem necesse habet, signator scriptorem non semper; nam et decipi potuit: is autem, qui hos adhibuisse, et cui id factum dicitur, et scriptorem et signatores defendet: iidem argumentorum loci in causis *proditionis,* 54 et *affectatæ tyrannidis.* Verum illa scholarum consuetudo ituris in forum potest nocere, quod omnia, quæ in themate non sunt, pro nobis ducimus[5]: adulterium *objicis; quis testis? quis index? quod pretium*[6]*? quis conscius?* venenum; *ubi emi? a quo? quando? quanti? per quem dedi?* pro reo tyrannidis affectatæ; *ubi sunt arma?* 55 *quos contraxi satellites?* Neque hæc nego esse dicenda, et ipsis utendum pro parte suscepta: nam et in foro, si quando[7] adversarius probare non poterit, [8]desiderabo; sed in foro tantam[9] illam facilitatem[10] olim desidera-

1. *Non exstat.* Jens. Tarv. omittunt *non* (vide §. 51; VII, 4, 26).

2. *Codicilli.* Cave de testamento cogites; sunt litteræ amatoriæ.

3. *In falso.* Vide V, 10, 19; item ejusdem libri caput 5.

4. *Enim.* Omittitur a Vall. lib. RR. 8, 9, 10, Camp. Andr. et apud Burm. Voss. 2. Ed.

5. *Quæ in themate... ducimus.* Vide IV, 2, 28.

6. *Quod pretium.* Hoc quomodo congruat adulterii crimini, nemo docuerit. Mœchi quidem pretia et conscios non solent circumspicere. Equidem intercidisse ante nostra verba suspicor vocem hanc, *proditionem.* Gedoynus hæc omnia quæ spectant ad usum scholarum, omisit a §. 54, ad 56, *De animo.*

7. *Si quando.* Turic. Guelferb. Camp., *aliquando* cum Alm. et edd. ante Bad., *ubi* Goth. Voss. 2, quod ipsum τῷ *quando* superscriptum in Vall. narrat Badius (vide §. 24; VII, 3, 13). Abruptior sane est, quam quæ feratur in Quint., scriptura Codd. Sed et in recepta durum, quod nullum est objectum ad *probare* et *desiderabo.* Lenis emendatio: *N. e. i. f. aliqua, quando... poterit desiderabo.* Vel ascita Goth. scriptura: *aliqua, ubi.*

8. *Desiderabo.* Gesnerus locum Ciceronis pro Roscio Amerino c. 27; qui sit acerrimus, totum huc pertinere recte monet. Vide etiam V, 7, 37.

9. *Tantam;* sic Turic. cum Alm. Voss. 2, Gesnero jam recipiente. Reliqui *tantum.*

10. *Facilitatem;* sic Turic. Guelf.

vimus[1], ubi non fere causa agitur, ut[2] non aliquid ex his, aut plura ponantur. Huic simile est, quod in epi- 56
logis quidam, quibus volunt, liberos, parentes, nutrices accommodant; nisi quod magis concesseris ea, quæ non sint posita, desiderare, quam dicere[3]. *De animo* quomodo quæratur, satis dictum est, quum ita[4] diviserimus, *an voluerit? an potuerit? an fecerit?* nam, qua via tractatur, *an voluerit*, eadem, *quo animo fecerit?* id enim est, *an male facere voluerit.* Ordo quoque rerum[5] aut affert, 57
aut detrahit *fidem;* multo scilicet magis, res prout congruunt[6], aut repugnant: sed hæc nisi in ipso complexu causarum non deprehenduntur: quærendum tamen semper, quid cuique[7] connectatur, et quid[8] consentiat.

Camp. Reliqui *facultatem.* Vide lib. IV, cap. 1, 61.

1. *Desideravimus.* Quod aliquoties (vide VII, 1, 11) conquesti sumus, negligentiorem esse Quintil. in iterandis vocabulis, id hic quoque officit ejus orationi. Sed aliud vitium inesse suspicor, a librario ortum. *Desiderabimus* reponam. Nam quid *olim* (hoc male capiebant) experturi sint, qui scholasticam suam consuetudinem teneant solam, monet rhetor. Suos pristinos errores ut commemoraret, minus erat hujus loci. Neque enim hic est *olim*, ut IX, 3, 87. Guelf. dat *desideramus.*

2. *Ut.* Intellige, causa quæ talis sit ut, etc. Ed.

3. *Quam dicere.* Ostendit etiam gravius peccare eos, qui, quod in themate non sit positum, tamquam sit, usurpent, et pro se jactent, quam alteros adversarium modo urgentes propter inopiam earum rerum, quæ in themate ei diserte non tribuuntur. Testis nullus nominatus est in scholastica; jam nullum esse testem sumit declamator, et cum irrisione *desiderat* testem. Errat profecto. Sed quid dicemus illos, qui, quum liberi nulli nec parentes commemorentur in themate, tamen eosdem in declamando appellant, judicibus commendant? Hi profecto dementiores, veniaque etiam minus digni. Huic sententiæ longe convenientius est, quod, nullo auctore, in Leidensi narratur dari *ab aliis.* (Equidem certe nullos vidi hosce *alios.*) Esse enim pro *quam dicere* apud alios: *quam adjicere.* Hoc solum verum censeo. Vide III, 6, 10, *adjicit.*

4. *Quum... diviserimus.* §. 28.

5. *Ordo... rerum.* Vide IV, 3, 8.

6. *Res prout congruunt.* Rectissime hæret Gesn. in tam abrupta oration., suadens inseri *ordinantur* post *prout.* Equidem, consectans vestigia litterarum, malim *ponuntur.*

7. *Cuique;* sic Turic. Guelferb. Camp. cum Goth. et edd. ante Bad. quo acc. Obr. Reliqui *cui,* Regio jubente. Vide lib. VII, cap. 1, §. 64.

8. *Quid consentiat;* sic Turicens.

1 CAP. III. Sequitur conjecturam *finitio*: nam, qui non potest dicere nihil[1] fecisse[2], proximum habebit, ut dicat, non id fecisse, quod objiciatur[3]: itaque [4]pluribus legibus iisdem[5], quibus conjectura, versatur, defensionis tantum genere mutato; ut in *furtis*, *depositis*, *adulteriis*: nam, quemadmodum dicimus, *Non feci furtum*[6], *non accepi depositum*, *non commisi adulterium*: ita, *Non est hoc furtum*, *non est hoc*[7] *depositum*[8], *non*

Guelf. CAMP. Goth. (tac. Gesn.) cum Almel. Voss. 2, Obr. Reliqui inserunt aut *cui* aut *cuique*. — *Connectatur... consentiat.* Hic si nulla est diversitas *connectendi* et *consentiendi*, misere jacet oratio. Sed *connecti* videtur id ad quod copulandum arte sit opus, et quod invitum pæne coëat; *consentire* quod ipsa natura jungit. In *connectendo* vide II, 11, 5; V, 14, 32; inprimis lib. X, cap. 3, §. 20.

1. *Nihil.* Non amittit Goth. (narr. Gesn.); sed habet a sec. manu, quum prius *vel.*

2. *Dicere nihil fecisse.* Vide lib. VII, 1, 60.

3. *Objiciatur;* sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) CAMP. cum edd. ante Gryph. Reliqui *objicitur.* An recentiores de industria caverunt hexametrum, qui quidem fit integer ab *ut dicat* ad *objiciatur?* Non puto. Sed mirum in modum suas regulas oblitus est Noster, IX, 4, 72. An medebimur ponendo *se* post *fecisse*, bis? Ne hoc quidem placet.

4. *Pluribus;* sic Turic. Guelferb. CAMP. cum Gothan. Alm. Voss. 2, Vall. et edd. ante Ald. Reliqui *plerumque* ex conjectura Regiana. — Præterea Jenson. ab emend. Ald., *plerumque.* ED. — *Pluribus.* Dicitur pro *compluribus*, velut III, 6, 29; et mox §. 4. Tacit. Annal. XV, 6, 1; et apud Plinium H. N. non raro. Post *iisdem* inseri velim *in*, quo sarciri videtur damnum deficientis præpositionis ante *pluribus.*

5. *Iisdem.* Turic. CAMP., *idem* cum Voss. 2, Vall. et editt. ante Ald. *Id est* Guelf. Goth. Nostrum Alm. (vide VII, 2, 47; item 2).

6. *Furtum.* Turic. CAMP., *factum.*

7. *Hoc depositum.* Guelf. CAMP. pronomen dant *hæc* cum edd. ante Bad. Non quidem Goth. ut narrat Gesn. Etiam Vall. nobiscum.

8. *Depositum.* Turic. CAMP., *initiatio* cum Almel. *Mutuatio*, Guelf. cum Goth. Voss. 2, Vall. et editt. ante Bad. qui, non monito in satis verbosa nota lectore, reposuit *depositum sed mutuatio*, quod mox imitatus Basil., postrema duo vocabula ab interpretamento profecta arguens, sed et abesse a plerisque exemplaribus falso testans, auctor reliquis factus est nostræ scripturæ. Hanc ego veram censeo repetens illam loci constitutionem a glossemate antiquissimo. Neque enim alienum erat monere lectorem, quid tandem pro *deposito* substitueret reus. *Furtum* si amoliretur, suum dicendo id quod abstulerit, *adulterium*, uxorem negando eam, quam compresserit, *deposito* quid apte et

est hoc adulterium. Interim a qualitate ad finitionem descenditur, ut in actionibus *dementiæ, malæ tractationis, reipublicæ læsæ;* in quibus si recte facta esse, quæ objiciuntur, dici non potest, illud succurrit, *non est hoc dementem esse, male tractare, rempublicam* [1] *lædere*: finitio igitur est *rei propositæ propria, et dilucida, et breviter comprehensa* [2] *verbis enunciatio.* Constat maxime, sicut est dictum [3], genere, specie, differentibus, propriis: ut, si finias equum (noto enim maxime utar exemplo), genus est *animal* [4]; species, *mortale;* differentia, *irrationale* [5] (nam et homo mortale erat); proprium, *hinniens.* Hæc adhibetur orationi pluribus [6] cau- 2 3 4

verisimiliter succederet, vix apparebat. Quint. quidem ipse nihil tale adjecisse putandus est, et glossæ indicium apprehendo, quod in vetustissimo quoque libro est « *hoc* « mutuatio, » non « *hæc* m. » Jam peritum quoque scholiasten hæc potuisse aspergere, inde colligo, quod *mutuum* a *deposito* Paulus JCtus (referente Gronovio de sestert. p. 116) ita discernit, ut mutuum recipiatur in eodem *genere*, depositum in eadem *specie.*

1. *Non est hoc... lædere.* Turic. Guelferb. Camp. Goth. Jenson. (tac. Gesn.) *n. e. male tractare rem p. verbis l.* cum Voss. 2, Bodl. et edd. ante Bad. quo acc. Basil. Nostrum e conjectura Regii, temeraria profecto. Vidimus VII, 1, 51; non utique repetere nostrum exempla, quæ posuerit, omnia. *Mala tractatio* est uxorum. Vide Declam. Quint. 18; et 19; et hic §§. 10, 11; IX, 2, 79. Jam quum in Codd. post *rem* sit unica littera *p.*, eam ut a male interpretante insertam (vide VII, 4, 5) expungo, et hæc eruo: *n. e. male tractare, uxorem verbis lædere.* Alm., *verbis* omittere narratur (vide §§. 1, 9). Quod mox est « comprehen- « sa *verbis* » occasionem dedisse librario inserendæ falso hic ejusdem vocis, sane aliquis dixerit.

2. *Est... comprehensa.* Mei quoque libri *est* omittunt, et *compressa* dant; quæ emendavit Regius, obsecundante Aldo et rell.

3. *Sicut est dictum.* V, 10, 55.

4. *Genus... animal.* Inde patet his vocibus *genus, species, differentia, proprium* non idem a Fabio intelligi ac in scholis, quum *mortale* non sit vera, qua equus continetur, *species, irrationale* non sit *differentia*, siquidem idem et omnibus animalibus conveniat. Hujus loci confusio ex hoc oritur quod *genera* et *species remota*, neque, ut jubent scholastici, *proxima* adhibet. Ed.

5. *Irrationale.* Turic. Guelferb. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *irrationabile* cum edd. ante Gryph. Vide II, 16, 16.

6. *Orationi pluribus;* sic Turic. (a pr. manu) cum Stephan. Reliqui in-

sis : nam tum est certum de nomine, sed quæritur, quæ res ei subjicienda sit; tum rés est manifesta : et [1]quod nomine constat, de re dubium est[2], interim conjectura est; ut, si quæratur, *quid sit Deus?* Nam, qui id[3] neget, *Deum esse spiritum*[4] *omnibus partibus immixtum*, non hoc dicat, falsam esse divinæ illius[5] naturæ appellationem? sicut Epicurus, qui humanam ei formam, locumque inter mundos dedit : nomine uterque[6] uno utitur; utrum[7] sit in re, conjectat. Interim qualitas tractatur, ut *quid sit rhetorice, vis persuadendi*, [8]*an bene dicendi scientia*[9]*?* quod genus est in judiciis frequentissimum : sic enim quæritur, *an deprehensus in lupanari cum aliena uxore adulter sit?* quia non de

serunt *in*. Nostrum volebat Regius. — *Pluribus causis*. Id est, non unam ob causam.

1. *Et quod... dubium;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Gothan. Voss. 2, Alm. et edd. ante Ald. Reliqui *sed de n. non c. D. r. cum d.* conjiciente Regio. Pro *quod* Obr., *quando de* (qui *et* omittit et *cum* recentiorum, hos secutus in reliquis.) Voss. 2, *quo de*, Goth., *quo* (vide VII, 2, 52; hic 7).

2. *Et... dubium est.* Transitum facit *et*, valens *et quidem*, ut V, 10, 113; XI, 24, 13; I, 40, 14, 21; VI, 1, 11; II, 21; V, 3; VII, 1, 39; II, 9; quorum locorum aliquot habent subjectum sibi *quidem*. Sic et *atque* hic §. 21. Præpositio *de* præmissa voci *re*, melius sane absit, nisi forte apponere velis eamdem ante *nomine;* nam mutare in « *sed* « *re* » nequaquam placet. *quod... constat... dub. est* interpretare : « Et « quod quidem attinet ad id, quod, « etc. » « in eo interim conjectura « est.... interim qualitas tracta« tur. »

3. *Qui id.* Turic. (a pr. manu) *quod id.* — *Qui id.* Expungam *id*, velut natum ex male accepto compendio vocis *qui*.

4. *Spiritum.* Hæc opinio Pythagoræ est. Is enim existimavit, Deum esse quemdam spiritum per omnia commeantem. Sic Virg. *Principio cœlum et terras*, etc. Turn.

5. *Divinæ illius;* sic Turicensis, Guelferbytanus, Gothanus (tacente Gesnero) Camp. Reliqui *illius divinæ* (vide VII, 2, 50; hic 6). — *Divinæ... appellationem.* Id est, falso illam naturam appellari divinam; spiritum ita diffusum non posse appellari Deum, quod fiat a Stoïcis.

6. *Uterque.* Et Stoïcus et Epicureus.

7. *Utrum.* Spiritus diffusus, an humana forma.

8. *An.* R. 7, *ac.* Ed.

9. *Rhetorice... scientia.* Vide lib. II, cap. 15.

appellatione, sed de vi facti ejus[1] ambigitur, an omnino peccaverit[2]; nam, si peccaverit, non potest esse aliud[3], quam adulter. Diversum[4] est genus, quum con- 7
troversia consistit[5] in nomine, quod pendet ex[6] scripto, nec versatur in judiciis[7], nisi propter verba, quæ litem faciunt[8]: *an, qui se interficit, homicida sit? an, qui tyrannum in mortem compulit, tyrannicida? an carmina magorum*[9], *veneficium?* Res enim manifesta est, sciturque, non idem esse occidere se, quod alium; non idem occidere tyrannum, quod compellere ad mortem; non idem carmina, ac mortiferam potionem; quæritur tamen, an eodem nomine appellanda sint. Quamquam 8
autem dissentire vix audeo a Cicerone[10], qui, [11] multos secutus auctores, dicit, *finitionem* esse de eodem, et de altero (semper enim neganti[12] aliquod esse nomen, di-

1. *Ejus.* Cave referas ad *facti;* ad hominem enim pertinet.

2. *Peccaverit;* sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *peccarit.* — *An omnino peccaverit.* In qualitate an recte feceris quæritur. Jam si peccavit hic reus, nullum aliud ei nomen pones, nisi ut adulterum voces. Si adulterium negas, ne peccatum quidem agnoscis. Sic magis qualitatis hæc est controversia, quam finitionis. Vide V, 10, 39. Sed et hic §. 9.

3. *Esse aliud;* sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *a. e.* (vide §§. 5, 9).

4. *Diversum... appellanda sint.* Vide not. ad II, 2, 9. — *Diversum est genus.* Hoc quidem respicit ad alteram, quam fecerat partem §. 4, *res manifesta est.*

5. *Consistit.* Turic. Camp., *consistat.* Male.

6. *Pendet ex scripto.* Vide §. 22.

7. *Versatur in judiciis.* Gothan., *versante in judicio* cum Voss. 2 (vide §§. 4, 34).

8. *Faciunt;* sic Turic. Camp. cum Alm. et edd. ante Bad. quo acc. Obr. Reliqui *generant.*

9. *Carmina magorum.* Turicens., *crimina m.*

10. *A Cicerone.* Vide III, 6, 31. — Nil erat causæ, cur Ciceronem deberet reprehendere Fabius. Nec enim Cic. in Topicis ait in omni finitione quæri de *eodem et alio*, sed hanc esse unam definitionis formam. Est autem ea quæ a dialecticis dicitur per differentiam. Turn.

11. *Multos;* sic Turic. Guelf. cum Alm. Reliqui *permultos.*

12. *Neganti.* Turicensis (a prima manu) *neganto;* a secunda *negando,* et sic Guelferbytanus Camp. Obr. (qui et *aliquid*) *negante* Gothano, Voss. 2. *Enim* ante *neganti* omittunt mei omnes ante Ald. Inseruit Regius, rectissime.

cendum, quod sit potius[1]); tamen eamdem[2] tres habeo
9 velut species[3]. Nam interim convenit sic[4] quærere, *an habendum sit adulterium*[5] *in lupanari?* quum hoc negamus, non necesse est dicere, quid id vocetur, quia totum crimen infitiamur: interim quæritur, *hoc*[6] *furtum, an sacrilegium*[7]*?* non, quin sufficiat, non esse sacrilegium, sed, quia necesse sit[8] dicere, quid sit aliud: quo
10 in loco utrumque finiendum est. Interim quæritur in rebus specie diversis, an et hoc eodem modo sit appellandum, quum res utraque habeat[9] suum nomen? ut *amatorium*[10], *venenum*: in omnibus autem hujus generis litibus quæritur, *an etiam hoc?* quia nomen, de quo ambigitur, utique in alia re certum est. *Sacrilegium est, rem sacram de templo surripere; num et privatam?*

1. *Quod sit potius;* sic Turic. (a pr. manu). Mox idem *dicendumque quid*, ut et Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *quid s. p.*

2. *Tamen eamdem;* sic Turicens. cum Jens. Tarv. a sec. manu ille *t. easdem res*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2 (nisi quod hi *eas.*). Reliqui inserunt *in*, jam ante eum, qui suadet, Regium.

3. *Eamdem tres habeo velut species.* Contorta sane oratio, quæ tamen optime videtur corrigi, si cum Capper. et Gesnero legamus *in eadem... species.* Etiam hic minus attendisse, a quo recedit, Ciceronem videtur Noster, eique tribuisse per errorem, quod apud ipsum vix invenias: « *semper* neganti... potius. » Nempe illud est, quod refellit Quint.

4. *Convenit sic.* Hoc ordine libri mei ante Gryph. Reliqui *s. c.* (vide §§. 6, 15). Sed Turic. (a pr. manu) *c. suum.* cum Alm.

5. *Habendum sit adulterium.* Turic. (a pr. manu) *habet sit in a.* Alm., *habendum sit ut in ad.* (vide §. 2; it. hac). An primitus fuit: *c. suum q. an habeat?* (vide §. 10) *sicut: an adult. i. l.?* Similem structuram vide VII, 1, 5, *quo modo an ultra.* Sententia hæc fuerit: Convenit quærere, an illud, quod nunc tractamus, solitum suum nomen hic quoque habeat, veluti adulterium, in lupanari, an debeat appellari adulterium.

6. *Quæritur, hoc;* sic Turic.; a sec. manu tollitur pronomen. Alm., *q. hoc an hoc.* Non credo (vide hac §. item 33). Reliqui inserunt *an.*

7. *Furtum, an sacrilegium;* sic libri omnes ante Burm. quo acc. Capper. Reliqui omittunt *an.*

8. *Necesse.* Abest a Turic. Guelf. — *Necesse sit.* Malim *n. est.* Vide VII, 2, 18.

9. *Habeat.* Turic. Guelf., *habet.*

10. *Amatorium.* Vide VIII, 5, 31.

Adulterium, cum aliena uxore domi coire; an et in lupanari? Tyrannicidium, occidere tyrannum; an etiam in mortem compellere? Ideoque συλλογισμὸς [1], de quo [2] postea dicam, velut infirmior est finitio, quia in hac [3] quæritur, an idem sit hujus rei nomen, quod alterius? illo, an perinde habenda sit hæc, atque [4] illa. Est et talis [5] finitionum diversitas, ut quidam [6] sentiunt, num idem diversis verbis comprehendatur: ut *rhetorice, bene dicendi scientia*, et eadem, *bene inveniendi*, et *bene enunciandi* [7] et *dicendi secundum virtutem orationis*, et *dicendi, quod* [8] *sit officii:* atque providendum, ut, si sensu [9] non pugnant [10], comprehensione dissentiant [11]: sed de his disputatur, non liti- 11 12

1. Συλλογισμός. Maxima est affinitas inter *finitionem* et *syllogismum*, ideoque quum *finitionem* tueri non possumus, statim ad *ratiocinationem* dilabimur; ut, si non possumus dicere idem esse nomen, rem tamen similem esse ostendamus. Turn.

2. *De quo postea.* Capite hujus libri 8.

3. *Quia in hac.* Malim abesse *in*, ut dant etiam Stoer. Chouet. Quamquam vide VII, 8, 7.

4. *Hæc, atque.* Turic. (a pr. manu) inserit *autem* cum Alm.

5. *Finitionum.* Turic. Guelferb. Camp., *divisionum* cum Goth. Alm. et edd. ante Bad. Nostrum conjecit Regius; recte ad sensum, nec violenter. — Nostri omnes *divisionum* habent. Ed.

6. *Ut quidam... comprehendatur.* Turic. (a pr. manu) *u. quidem sentient non isdem verb. c.* Mox *u. quidem sentiunt num isd. v. c.* et sic Guelf. Camp. (nisi quod *nam*, ut et Rusc.) cum edd. ante Ald. Nostrum Regius conjecit. An hæc placent: *ut qui idem sentient, non iisdem verbis comprehendant?* Quæ quidem ratio fert, ut et mox pro nominativo in *rhetorice, scientia*, scribatur accusativus, nisi si recipitur Camp. scriptura inserentis *est* post *rhet.* quam veram censeo.

7. *Enunciandi.* Camp. Andr. *pronunciandi.* Ed.

8. *Quod sit officii;* sic Turicens. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Obr. probante Gesn. Reliqui *quid s. o.*

9. *Sensu.* RR. 10, 11, et apud Burm. V. C. Alm. ante *sensu* inserunt *officii.* Ed.

10. *Pugnant;* sic Turic. Guelferb. Camp. cum Goth. Voss. 2, et editt. ante Leid. Reliqui *pugnent.*

11. *Dissentiant.* Turic. Guelferb., *dissentiunt* cum Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Ald. exc. Camp. Addicunt conjecturæ Regianæ et Goth. Voss. 2. — *Comprehensione dissentiant.* Gesnerus lenissima conjectura inserit *ne.* Sed hic quum agatur de controversia finitionis, præceptum interpretor hunc in modum,

13 gatur[1]. Opus est aliquando finitione obscurioribus et ignotioribus verbis[2], ut, quid sit *clarigatio*[3], *proletarius*: erit et interim notis nomine verbis[4], ut, *quid sit penus*, *quid littus*: quæ varietas efficit[5], ut eam[6] quidam conjecturæ, quidam qualitati, quidam legitimis quæstio-
14 nibus subjecerint. Quibusdam ne placuit quidem omnino subtilis hæc, et ad morem dialecticorum formata conclusio, ut in disputationibus potius per[7] argumenta verborum cavillatrix, quam in oratoris officio multum allatura momenti: licet enim valeat in sermone[8] tan-

ut doceat rhetor, qui possit fieri ut videaris diversa dicere adversario, si minus sensu, verbis tamen. *Comprehensio* autem plane quod nostrum hodie *enunciatio*. Vide lib. V, cap. 10, §. 61.

1. *Disputatur... litigatur.* Philosophorum hoc est, non patronorum.

2. *Verbis, ut, quid... littus.* Turic. (a pr. manu) *v. quid sunt c. erat ut i. notis n. videbis quod s. p. quod l.* Mox (quibus vocibus recedit a pr. manu ea integra pono; cætera sunt qualia in pr. manu; non qualia in recepta nostra scriptura) *v. q. sit c. e. u. i. in n. v. quid s. p. quid l.* Et sic Guelf. (nisi quod omittit *verbis* primo loco), Camp. (nisi quod *ut interim*). Reliqui plus minus recedunt, velut ponentes *verbis videbis*, utrumque, ut Jens. (err. Gesn.) et edd. post eum ante Bad. *Videbis* habet et Goth. (tac. Gesn.) pro *verbis*, non cum eodem, ut et Alm. Vall. habere negatur diserte a Badio (vide VII, 2, 24; VII, 8, 1). Sed *erit*, quod conjecit Regius, habent Goth. Voss. 2: *proletarius* nusquam inventum ante Obr.: videtur is effecisse ex *erat ut*, satis ingeniose; neque enim de nihilo est quod Burmannus vult sibi dari bina et hic vocabula, ut mox in *pen. lit.*, quo etiam deducit antiqua Turicensis manus. An igitur sic: *v. qualia* (vel *cujusmodi*) *sunt clarigatio, proletarius, interim notis nomine. Videbis quid s. p. q. l?*

3. *Clarigatio.* Hoc est, rerum ablatarum repetitio, quæ fit a patre patrato. Erat quoddam vindicationis genus. Turn.

4. *Verbis: ut, quid... littus.* De voce *penus* vide A. Gell. IV, 1; *de littus*, Nost. V, 14, 34.

5. *Efficit.* Turic. Guelf. Camp., *efficiat* cum edd. Jens. Tarv. Regius malit *effecit*. An feretur illud, ut modus potentialis?

6. *Eam.* Turic. (a sec. manu) Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp., *ea* cum Voss. 2, et edd. ante Bad. — *Eam.* Apparet quam securi cavillationis veteres scriptores interdum redeant ad id quod integra quadam disputatione tractant, velut hic *finitionem*, quæ ab diligenti lectore facile agnoscitur in pronomine.

7. *Per argumenta.* Turic. (a pr. manu) omittit *per* cum Alm.

8. *In sermone;* sic libri omnes ante Burm. cujus interpretor sphal-

tum, ut constrictum vinculis[1] suis eum[2], qui responsurus est, vel[3] tacere[4], vel etiam invitum id, quod sit contra, cogat fateri: non eadem est tamen ejus in causis utilitas[5]. Persuadendum enim judici est, qui, etiamsi 15
verbis devinctus[6] est, tamen, nisi ipsi rei accesserit, tacitus[7] dissentiet: agenti vero quæ tanta est hujus præcisæ comprehensionis necessitas? an, si non dixero, *Homo est animal mortale rationale*[8], non potero, expositis tot corporis animique proprietatibus, latius oratione ducta, vel a diis eum, vel a mutis discernere? Quid? 16
quod nec uno[9] modo definitur res eadem, ut facit Cima *id s.*, propagatum illud a Gesn. Bipont.

1. *Constrictum vinculis;* sic Obr. Reliqui inserunt *in*. — *In sermone.* Hoc est quod supra *disputari* vocabat; extra forum et pugnam. Neque enim jam Socratico more disjungitur τὸ διαλεκτικὸν et τὸ ῥητορικὸν, sed idem est factum.

2. *Suis eum;* sic Turicens. (a pr. manu). Reliqui inserunt *habeat*. — Nostri omnes *habeat*. Ed.

3. *Est, vel;* sic Turic. Guelferb. Camp. (nisi quod *sit* pro *est*) Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Ald. Reliqui inserunt *et*.

4. *Tacere.* Turic. Guelf. Gothan. Jens. (err. Goth.) *carcere* cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Ald. qui primus recepit palmariam Regii emendationem. In Camp. quidem sola sunt ea, quæ Regius conqueritur, monstra, *crucem* hic, et mox (pro *invitum*) *unicum*, quod debebat esse *uncum*. Tantum malorum suasere perperam accepta *vincula*. Vide V, 13, 19.

5. *Utilitas.* Jens., *subtilitas* cum edd. ante Ald. exc. Camp. Hoc quoque Regius correxit.

6. *Devinctus.* Libri ante Ald. omnes *devictus* (de Goth. Jenson. tac. Gesn). Nec tamen erat quod Regio, etiam hic χρηστικῷ ἀνδρὶ, obloqueretur Burmannus.

7. *Tacitus.* Egregie! Vide IV, 5, 10; V, 7, 2; VI, 2, 17.

8. *Mortale rationale;* sic Turic. cum Obr. Reliqui *rationale mortale* (vide §§. 9, 22).

9. *Nec uno... et latiore.* Duo sunt, quæ ab oratoribus usurpata, suæ rationi firmandæ adhibet. Ea autem sic copulantur, ut prius sit « *et* non » (quod est in *nec*), deinde « *et* » respiciens illud ad prius. Hanc structuram librariorum erroribus obnoxiam jam ante cognovimus (vide III, 3, 13; sed et infra IX, 3, 78). Oratores igitur *partim* alibi alias ejusdem rei solent proponere definitiones, *partim* oratoria copia utuntur in definiendo, non strigosa illa dialecticorum diligentia. Prioris usus exemplum nominat Ciceronem, cujus locus ipse interjicitur ex Murenana (c. 35), ubi illud, opinor, spectatur, quod valde nova et insolita est finitio τοῦ *vulgo*. Sic apparet varietas finiendi, si, præter

cero : *quid enim*[1] *vulgo? universos*, et latiore[2] varioque tractatu, ut omnes oratores plerumque fecerunt: rarissima[3] enim apud eos reperietur illa ex consuetudine philosophorum ducta servitus, est enim certe[4] servitus, ad certa se verba astringendi: idque faciendum, in
17 libris Ciceronis *de Oratore*[5] vetat M. Antonius: nam

notas et tritas alicujus vocabuli significationes, ostendatur alia tam remota ab iisdem. Fateor scrupulum remanere, quia *unum* modo Ciceronis locum excitat Quint. in *varietate* docenda. Eum autem ipsum egregie primus demonstravit Crusius in *Probabb.* p. 92. Mox Quint. in latiore illo tractatu omnium plane *oratorum* auctoritatem appellat.

1. *Quid enim. Quid est* Crusius ex Cicerone legit. Etsi quantivis pretii est illa a Crusio facta Ciceroniani loci demonstratio, acquiesci tamen ne sic quidem potest in verbis Quintilianeis, qualia nunc comparent. Exemplum enim illud e Cicerone petitum abruptius est, nec sufficit præceptis illustrandis. Ubi tandem hic est *eadem res non uno modo definita?* Neque est pro reliqua Quintiliani elegantia et perspicuitate, quod accusativus *universos* nihil hic habet, unde pendeat. Quapropter nolui quidquam mutare, nec majorem sanitatis speciem induere loco, quam revera inest; sed *enim* ipsum retinui. Adhuc quidem maxime blanditur ratio, quam proposuit ingeniosissimus Buttmannus noster, ut longior fuerit hæc loci Ciceroniani interpolatio, cujus summam modo et extremam partem librarius alleverit: « Quid enim? « Senatus num obviam prodire cri« men putat? non; sed mercede: « convince. Num sectari multos? « non; sed conductos: doce. Num « locum ad spectandum dare? aut « ad prandium invitare? minime. « Sed vulgo passim. Quid est vul« go? universos. » Videtur enim potuisse Quint., quamquam falso ille, agnoscere in hoc loco ejusdem rei non unam definitionem, quia ad certam aliquam, quæ primum proponitur, rei notionem altera semper adjicitur, etsi nonnisi hanc probat Cicero.

2. *Et latiore;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. 2. Omittunt *et* Gothan. Voss. 2, cum edd. ante Ald. Reliqui *sed l.* Verba *quid... univ.* omitti volebat Regius (mox Heum), cui pauci obsecundarunt editt. Gesnerus transposuit post *ut fac. Cic.* cui antevertit *sed latiore... tractatu;* paulo audacius. Pro *tractatu* an forte legemus *tractu?*

3. *Rarissima.* Malim sane *rarissime.*

4. *Certe servitus.* Turic. Guelf. Camp., *certa s.* cum edd. ante Bad. Vocem omittunt Goth. (tac. Gesn.) Voss. 2. — *Est enim... servitus.* Hic quidem valde blanditur quorumdam Codd. scriptura, omittentium *certe*, quod videtur esse præsumptum ex sequentibus. De re vide V, 14, 31, 32.

5. *Ciceronis de Oratore.* « II, 25; « deinde pro Cæci. c. 15; mox Phi« lipp. IX, 3. » Gesnerus.

est etiam periculosum[1], quum, si uno verbo[2] sit erratum, tota causa cecidisse videamur; optimaque est illa media via, qua utitur Cicero pro Cæcina, ut res proponatur, verba non periclitentur: *Etenim,*[3] *recuperatores, non ea sola vis est, quæ ad corpus nostrum vitamque pervenit, sed etiam multo major ea, quæ, periculo mortis injecto, formidine animum perterritum loco sæpe et certo statu*[4] *demovet.* Aut, quum finitionem præcedit pro- 18
batio, ut in Philippicis Cicero Servium Sulpicium occisum ab Antonio colligit, et in clausula demum ita finit, *Is enim*[5] *profecto mortem attulit, qui causa mortis fuit:* non negaverim tamen hæc quoque, ut expediet causæ, esse facienda, et, si quando firma comprehendi poterit, et brevi complexu verborum finitio, esse id tum elegans, tum etiam fortissimum, si modo erit illa inexpugnabilis. Ejus certus ordo est, *quid sit? an hoc sit?* et in hoc 19
fere labor major est, ut finitionem confirmes, quam ut[6] in rem[7] finitionem applices: in eo, *quid sit?* duplex opus est: nam et nostra confirmanda est, et adversæ partis destruenda finitio. Ideoque in schola, ubi nobis 20
ipsi[8] fingimus contradictionem[9], duos ponere debemus fines, quales utrinque esse optimi poterunt: at in foro providendum, *num* forte *supervacua,* et *nihil ad causam pertinens, an ambigua, an contraria, an commu-*

1. *Periculosum.* Vide IV, 5, 2.

2. *Uno verbo;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Gothan. Alm. Voss. 2, Jens. Tarv. Reliqui inserunt *in.*

3. *Recuperatores.* Turic., *recuperatores;* a sec. manu *deceptoris,* et sic Guelf.

4. *Certo statu;* sic Turic. Guelf. Camp. cum edd. ante Burm. exc. Ald. Bas. qui inserunt *de* ex Cicerone.

5. *Enim;* sic Turic. (a pr. manu) Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Voss. 2, et Cicerone. Reliqui *ei.*

6. *Ut.* Nostri omittunt, exc. Camp. Andr. R. 12. Ed.

7. *Rem.* RR. 7, 11, et apud Burm. V. c. Alm. omittunt *rem.* Ed.

8. *Nobis ipsi;* sic Turic. cum Alm. Reliqui *n. ipsis.*

9. *Fingimus contradictionem.* Vide V, 13, 45.

nis sit finitio? quorum nihil accidere, nisi agentis culpa,
21 potest. Ut recte autem finiamus, ita fiet, si prius in animo constituerimus, quid velimus efficere: sic enim accommodari ad voluntatem verba poterunt: atque ut a notissimo exemplo, quo sit res lucidior, non recedamus: *Qui privatam pecuniam de templo surripuit, sacrilegii reus est.*
22 Culpa manifesta; quæstio est, an huic crimini nomen, quod est in lege, conveniat: ergo ambigitur, *an hoc sacrilegium sit?* accusator, *quia de templo surrepta sit*[1] pecunia, utitur hoc nomine: reus, *quia privatam*[2] *surripuerit*, negat esse *sacrilegium*, sed *furtum* fatetur: actor ergo ita finiet, *sacrilegium est surripere aliquid de sacro:* reus ita finiet, *sacrilegium est surripere aliquid sacri:* [3] uterque
23 finitionem alterius[4] impugnat. Ea duobus generibus evertitur, si aut falsa est, aut parum plena: nam illud tertium, nisi stultis, non accidit, ut nihil ad quæstionem
24 pertineat. Falsa est[5], si dicas, *equus est animal*[6] *rationale:* nam est equus animal, sed irrationale; quod autem commune cum alio est, desinet esse proprium: hic reus falsam dicit esse finitionem accusatoris[7]: accusator autem non

1. *Surrepta sit;* sic Turic. Guelf. Reliqui *sit surr.* (Vide §. 15, et mox 23).

2. *Surripuerit;* sic Turic. (a pr. manu). Guelf. Camp., *surripuerat* cum illius secunda.

3. *Aliquid de sacro... sacri. Uterque.* Verba post *sacro* ante *uterque* omittunt Turic. Guelf.—Hæc omittit quoque R. 10. Ed.

4. *finitionem alterius;* sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *a. f.* (vide modo et 28).

5. *Falsa est... proprium.* Etsi valde probabilis est Gesneri ratio, verba hæc interpolata suspicantis, quum tamen in omnibus libris legantur, nolui apponendis uncis præsumere judicium lectoris. Fortasse melius succurras loco, adjiciendo aliqua, quæ interciderint ob verborum eorumdem iterationem. Fuerint hæc post *irrationale*, hujusmodi: « Parum plena, si dicas: equus animal « irrationale; commune enim ei cum « aliis mutis est irrationale. »

6. *Equus est animal.* Turic. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. omittunt *est.*

7. *finitionem accusatoris.* Turic. Guelferbyt. Camp., *quæstionem accusatoris.*

potest dicere falsam rei; nam est *sacrilegium*, *surripere aliquid sacri*: dicit parum plenam; adjiciendum enim, *aut*[1] *ex sacro*[2]. Maximus autem usus, in approbando 25
refellendoque fine, *propriorum* ac *differentium*, nonnunquam etiam *etymologiæ:* quæ tamen omnia, sicut in cæteris, confirmat æquitas, nonnunquam etiam conjectura mentis[3]. *Etymologia* maxime rara est: *quid enim est aliud* tumultus[4], *nisi perturbatio tanta, ut major* timor *oriatur? unde etiam nomen ductum est* tumultus. Circa *propria* ac *differentia* magna subtilitas: ut, quum 26
quæritur, *an addictus, quem lex servire, donec solverit, jubet, servus sit?* altera pars finit ita, *Servus est, qui est jure in servitute:* altera, *qui in servitute est eo jure, quo servus;* aut, ut antiqui dixerunt, *qui servitutem servit*: quæ finitio, etiamsi distat aliquo, nisi tamen propriis et differentibus adjuvetur, inanis est. Dicet enim adver- 27
sarius, servire eum servitutem, aut eo jure[5], quo servum: videamus ergo propria et differentia, quæ[6] libro quinto[7] leviter in transitu[8] attigeram: *servus*, quum

1. *Aut.* Jens. Ald., *ait* pro *aut.* Ed.

2. *Aut ex sacro.* Malim *et ex sacro*, vel *ait e. s.*

3. *Conjectura mentis.* Vide I, 2, 25; *animi mei conjectura.* Passive usurpatur *conjectura*, non active.

4. *Quid enim.... tumultus.* Vide Cic. Philipp. VIII, 1.

5. *Aut eo jure.* Hunc ablativum non aliter expedias, quam aut *eo* mutando in *esse* (nisi forte malis utrumque *eo esse*), aut legendo *servitute*, non *servitutem*. Et hæc quidem scriptura est in Turic. Camp. Jens. Tarv. quum modo (§. 26) libri ad unum omnes dent *servitutem*. Apud Ciceronem sane et Livium accusativus obtinet; sed Plautus ablativum ostendit, in aliquot locis. Prior autem nostrarum mutationum videtur esse præferenda.

6. *Et differentia, quæ;* sic Turic. (a pr. manu) cum Alm. mox *d. que liberorum quæ;* et sic reliqui. — Sic quoque Jens. Ald. Vall. lib. RR. 9, 10, Camp. Andr. Ed.

7. *Libro quinto.* Turicens. (a pr. manu) *libroque.* Mox omittit hæc cum Guelf. Gothan. Voss. 2, Camp. Obr. Nostrum est in ipsa Turicens. scriptura. Vide VI, 3, 5. — Plerique nostrorum omittunt *libro quinto.* Ed. — *Libro quinto.* Vide V, 10, 60; vide et Decl. Quint. 311, p. 205.

8. *Differentia.. transitu.* Hæc omnia omittit R. 7. Ed.

manumittitur, libertinus[1]; *addictus*, recepta libertate, ingenuus[2]; *servus* invito domino [3]non [4]consequetur; *ad servum* nulla lex pertinet[5]; *addictus* legem habet: propria *liberi*, quæ nemo habet, nisi liber, prænomen, 28 nomen, cognomen, tribum[6]: habet hæc *addictus*. Excusso *quid sit?* prope peracta est quæstio, *an hoc sit?* Id enim agimus, ut sit causæ nostræ conveniens [7]finitio: potentissima autem est in ea qualitas: *an amor*[8] *insania?*

1. *Manumittitur, libertinus;* sic Turic. (a pr. manu; a sec. ins. *est*) Guelf. Goth. (tac. Gesn) Camp. cum Voss. 2, Obr. Reliqui inserunt *fit*.

2. *Libertate, ing.;* sic Turic. (a pr. m.) cum Alm. Reliqui inserunt *est*.

3. *Domino non;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. (tac. Gesn) Voss. 2, Alm. Vall. et edd. ante Ald. Reliqui inserunt *libertatem*. Mox autem post *consequetur* ea, quæ nos iisdem auctoribus amolimur: *addictus solvendo, citra voluntatem domini, consequetur* ex conj. Regii.

4. *Non consequetur.* Facile subauditur, quod modo erat, *libertatem*.

5. *Ad servum... pertinet.* Servi, ex sententia jurisconsultorum, *caput non habent:* quocirca jus civile ad eos non pertinet, quum cives non sint, nec proinde lex ulla. Turn.

6. *Tribum.* Hoc latino more refertur ad *habet*, non ad *propria*, ut nominativum desideres.

7. *Conveniens finitio: potentissima autem est.* Turic. Guelf. Camp. *c. f. p. Est a.* cum Goth. (nisi quod *tamen*) et edd. ante Bad. Nostrum est a Regio. Vetus scriptura fert, ut id dicat Quint. agi a nobis, ut finitio potentissima demonstretur causæ nostræ conveniens. Jam hic sensus exemplo, quod modo tractabamus, plurimum adjuvatur. Postquam excussum est *quid sit servire*, quæritur *an serviat addictus. Potentissima* definitio igitur ea, quæ plurimum potest ad persuadendum; quæ alteri, quacum comparatur, præstat; quæ si in nostram causam cadere probetur h. e. *sit causæ nostræ conveniens*, vicimus causam. Nec abludunt sequentia. Agnoscuntur enim in ipsa finitione aliquæ qualitatis quoque partes, sicut supra in conjectura VII, 1, 62; 2, 6; item in finitione hic §§. 6, 36. Sed obest sane quod *potentissima* minus proprie videtur dici pro *optima, propria*. Et bonus constat sensus priori præcepto, si *potentissima* inde divellamus cum Regio. Nam quærendo *an hoc sit*, id profecto agimus, ut illam prius in genere propositam finitionem accommodemus ad causam nostram, ut agnoscat judex id, quod definierimus, convenire in litigatorem nostrum. Sic et *potentissima* suam maxime significationem tuetur, si in finitione plurimum agere dicatur qualitas, vide V, 7, 37. Neque ulla hic mutatio nisi transpositio τῶν *est autem* (vide §. 23; VII, 4, 14).

8. *Amor insania;* sic Turic. (a pr. manu). Reliqui inserunt *an*. — Si quis *amorem* excuset, quo minus delicti alicujus pœnas det, quod

Huc pertinebunt probationes, quas Cicero[1] dicit proprias esse finitionis, *ex antecedentibus, consequentibus, adjunctis, repugnantibus, causis, effectis, similibus*: de quorum argumentorum natura dictum est[2]. Breviter autem pro Cæcina[3] Cicero *initia, causas, effecta, antecedentia, consequentia* complexus est: *quid igitur fugiebant? propter metum: quid metuebant? vim videlicet: potestis igitur principia negare, quum extrema concedatis*[4]*?* sed similitudine quoque usus est, *quæ vis in bello appellatur, ea in otio non appellabitur?* Sed etiam ex contrario argumenta ducuntur, ut, si quæratur, *an*[5] *amatorium venenum sit, necne? quia venenum amatorium non sit*: illud alterum genus quo sit manifestius adolescentibus meis, meos enim semper adolescentes putabo[6], hic quoque fictæ controversiæ utar exemplo. *Juvenes, qui convivere solebant, constituerunt, ut in littore cœnarent*[7]*: unius, qui cœnæ defuerat, nomen* 29 30 31

pertinet ad qualitatem, quæri sane debet an *amor* æquiparandus sit *insaniæ*, purgaturæ illi reum; et est hæc finitio, sed in qua nihil aliud spectetur, nihil aliud judicis animum moveat, nisi *qualitas* (vide §. 6). Abruptius quidem hoc proponitur, id quod male habet Gesnerum; sed intellectu non caret. Si, ut vulgo, inseratur *an* post *amor*, quum corrumpitur latinitas (vide V, 4, 2), tum existit *conjectura* in quæstione, sitne amor, an insania, non qualitas, vel finitio. Ad utramque enim trahi potest *an amor sit insania*.

1. *Cicero*. In Topicis. Ed.

2. *Dictum est*. V, 10, 73-94.

3. *Cæcina*. Hic quidem veteres mei ante Jens. nihil diversum dare narrantur, ut nec 17; VII, 6, 7; vide V, 10, 92.—*Pro Cæcina*. C. 15.

4. *Concedatis;* sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Gryph. Reliqui *conceditis* cum Cicerone.

5. *An*. In notis III vol. præfationi affixis Spalding. *an* tolli jubet, manifesta erroris origine, quum sequatur *nec-ne*. Vide modo §. 28, *an amor insania*.

6. *Meos... putabo*. Hoc respiciens ad orbitatem suam dixisse videtur Gesn., quod non negarim; etsi sufficiat referre ad « impetratam quie- « tem. » Vide Procem. totius operis.

7. *In littore cœnarent*. Hoc ad voluptates imprimis pertinuisse, ut in amœnis littoribus fierent epulæ, plurimis veterum locis testatum est, quorum aliquot designat Burm. ad hunc locum. Vide Ern. Clav. Cic. in *Actæ*.

tumulo, quem exstruxerant[1], *inscripserunt: pater ejus, a transmarina peregrinatione quum ad littus idem appu-*
32 *lisset, lecto nomine suspendit se.* Dicuntur hi causa mortis fuisse: hic finitio est accusatoris, *per quem factum est, ut quis perierit*[2], *causa mortis est:* rei[3] est, *qui fecit quid sciens, per quod perire homini necesse esset*[4]: remota finitione, accusatori sat est[5] dicere, *causa mortis fuistis; per vos enim factum*[6] *est, ut homo periret: quia,* [7] *nisi*
33 *vos illud fecissetis, viveret.* Contra, *non statim, per quem factum est, ut quis periret, is damnari debet, ut accusator, testis, judex rei capitalis: nec, undecunque causa fluxit*[8], *ibi culpa est: ut, si cui quis*[9] *profectionem suaserit, aut amicum*[10] *arcessierit*[11] *trans mare, et is naufragio perierit; ad cœnam invitarit, et is cruditate illic*
34 *contracta decesserit. Nec fuerit*[12] *in causa mortis solum adolescentium factum, sed credulitas senis*[13], *in dolore*

1. *Quem exstruxerant.* R. 10, *quod exstruxerant.* R. 11, *quod exstruxerunt* R. 7, *quod instruxerant.* R. 12, *quem extruserant.* Ed.

2. *Quis perierit.* Suspicor *periret*, ut mox. Discrimen enim exsculpere recentioris fuerit latinitatis.

3. *Rei.* Vall. lib. RR. 7, 10, 11, 12, Camp. Andr. Ald., *reus.* Male. Ed.

4. *Necesse esset.* Turic., *necesset;* a sec. manu nostrum, et sic Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Obr. Reliqui *n. est.*

5. *Accusatori sat est.* Turic., *accusatoris adest.* Guelf., *accusationis adest.*

6. *Factum.* Mei libri omnes ante Gryph., *actum* cum Alm. Voss. 2, Colb. et aliquot edd. apud Burm. Ferri quidem nequit. Vide V, 14, 4.

7. *Quia, nisi.* Legendum censeo *qui, nisi.*

8. *Fluxit.* Turic., *fulsit* cum Alm.

9. *Si cui quis.* Turic. Guelferb. Camp. omittunt *cui* cum Goth. et edd. ante Gryph. — Omnes nostri omittunt *cui.* Ed.

10. *Aut amicum;* sic Turic. cum Almel. Sed Guelf. Camp., *aut ad a.* Turic. a sec. manu *ut ad a.* cum reliquis.

11. *Arcessierit.* Tur. Guelf. Camp. *accesserit* cum editt. ante Bad. quo accedit Basil. Reliqui *accedat*, quorum ponitur et Alm. (vide §. 9; VII, 4, 5). Nostrum e conjectura.

12. *Fuerit;* sic Turic. cum editt. ante Gryph. a sec. tamen manu *fuerat*, et sic Guelf. Camp. Reliqui *fuit.*

13. *Senis, in;* sic Turic. Guelferb. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Bad. Reliqui inserunt *et.* —Camp. Andr. pro *senis* habent *patris.* Ed.

ferundo infirmitas; denique, si fortior fuisset, aut prudentior, viveret: nec mala mente fecerunt; et ille potuit vel ex loco tumuli[1], *vel ex opere tumultuario suspicari, non esse monumentum: qui ergo puniri debent, in quibus omnia sunt homicidæ, præter*[2] *malum*[3]*?* Est interim 35
certa finitio, de qua inter utramque partem convenit: ut Cicero dicit, *Majestas*[4] *est in imperio, atque in*[5] *omni populi romani dignitate.* Quæritur tamen, *an majestas* 36
minuta sit? ut in causa Cornelii quæsitum est: sed etiam[6] similis[7] videri potest finitivæ: tamen, quia de finitione non ambigitur, judicatio[8] est qualitatis[9], atque ad eum potius statum reducenda, ad cujus forte[10] quadam venimus mentionem; sed erat[11] ordine proximus locus.

1. *Tumuli;* sic Turic. Camp. cum Goth. Stoer. Chouet. Leid. Gibs. Obr. Capper. Sed *tumulum* Guelf. Bodl. Voss. 2 (vide §. 7; item hac), Jens. cum edd. ante Stoer. et recentioribus.—*Vel ex loco... tumultuario.* « Tam ex loco quam ex tumul- « tuario opere tumuli. » Neque enim quisquam probe attendens probaverit rationem, qua *tumulum* legunt quidam, et interpretantur ejusmodi quid exstructum, quod omnem suspicionem sepulcri arceret. Non sufficit, quod tumuli fere sunt naufragio pereuntium, pater autem hic norat, filium in terra mansisse. Et *opere* præterea indiget genitivo, qui est inventus in *tumuli.*

2. *Præter.* Turic. Guelf., *propter* cum Goth. Voss. 2.

3. *Malum;* ita Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 2 (vide hac §. item; VII, 4, 4). Reliqui *manum.* — *Præter malum.* Quo tandem jure puniantur ii, qui habent quidem homicidæ per omnia speciem et effectum, sed eum summa innocentia? De *causa mortis* similem controversiam habes Quint. Decl. 289, p. 145.

4. *Majestas est in.* « Vide copio- « sam de *majestate*, et quomodo ea « minuatur, disputationem Cic. de « Invent. II, 17 seq. add. Partitt. « cap. 30. Orationum ipsarum pro « Cornelio fragmenta nihil habent, « quod huc pertineat. » Gesnerus.

5. *Omni.* Turicens., *nomini* cum Alm. a sec. manu *nomine.*

6. *Sed etiam;* sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui inserunt *hic,* sinè sensu.

7. *Sed etiam similis.* Inserendum hic, quod facile excidebat, *si* post *etiam.* Subjectum est generalius capiendum: *causa talis.*

8. *Judicatio.* Vide III, 6, 71.

9. *Qualitatis;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Almel. Voss. 2, Obr. Reliqui *qualitas.*

10. *Quadam.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *quidem* cum Voss. 2, et edd. ante Ald. Correxit Regius. Vide IV, 2, 66.

11. *Sed erat;* sic Turic. (a pr. ma-

1 CAP. IV. [1]Est autem qualitas alia de summo genere, atque ea quidem [2] non simplex: nam, et qualis sit cujusque rei natura, et quæ forma, quæritur: *an immortalis anima? an humana specie* [3] *Deus?* et de magnitudine ac numero, *quantus sol* [4]*? an unus mundus?* quæ omnia conjectura quidem colliguntur, quæstionem ta-
2 men habent in eo, *qualia sint?* Hæc et in suasoriis tractari [5] solent [6], ut, si Cæsar deliberet, *an Britanniam impugnet, quæ sit Oceani natura? an Britannia insula?* nam tum ignorabatur [7]; *quanta in ea terra* [8]*? quo numero militum aggredienda?* in consilium ferendum [9] sit: eidem qualitati succedunt facienda, ac non facienda; appetenda, vitanda: quæ in suasorias [10] quidem maxime cadunt, sed in controversiis quoque sunt frequentia:

nu) Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, Reliqui inserunt *et*.

1. *Cap. IV.* R. 7 non distinguit novum caput. ED.

2. *Ea quidem.* Solus R. 7, *eadem.* ED.

3. *An humana specie... unus mundus.* Vide VII, 3, 5; VII, 2, 6.

4. *Sol? An.* Turic. Guelf. CAMP. inserunt *et* cum Voss. 2, et edd. ante Ald. Regius expunxit. Goth. habere non videtur.

5. *Suasoriis tractari;* sic Turicens. Guelf. CAMP. cum Voss. 2, Goth. Obr. Reliqui inserunt *aliquando.*

6. *Solent.* Non dubito quin *solet* sit reponendum. Subjectum quidem nullum aptius sententiæ, quam *qualitas* ipsa.

7. *Tum ignorabatur.* Confidenter ita loqui poterat Quint. quum ante Cæsaris expeditionem nemo Britanniam explorasset, Phœnicum navigationibus diu omissis, et parum cognitis. Quid igitur ipse Cæsar B. G. l. IV, et V; de eadem prodat, quo nomine hæret hic Burmannus, nihil ad nostrum locum. Quid quod Taciti (Agr. c. 10), etiam Dionis Cassii (p. 217; Reim.) ætate vulgo credebatur sub Domitiano demum cognita insula Britannia. Nihil igitur hic Noster adulationi dedit. Suspicor in rhetorum scholis hanc Cæsaris deliberantis, *an in Britanniam transmitteret*, suasoriam non minus frequentatam, quam Alexandri, *an Oceanum navigaret.* Vide III, 8, 16.

8. *In ea terra.* Turic. (a pr. manu) *in ea in terra.* Francius prius quoque *in* expungere malit, fortasse non male.

9. *Ferendum sit.* Possis optare *ferenda sint.* Sed ad singulas has quæstiones si accommodetur, ferri potest singularis.

10. *In suasorias.* CAMP. Andr., *in suasoriis.* Vall. lib. RR. 8, 9, Goth., *in suasoriam.* ED.

hac sola differentia, quod illic[1] de futuris, hic de factis agitur. Item demonstrativæ partis omnia sunt in hoc 3
statu: factum esse constat; quale sit factum, quæritur: lis est omnis aut *de præmio*, aut *de pœna*, aut *de quantitate*: igitur primum[2] genus causæ, aut *simplex*, aut *comparativum*: illic, quid æquum; hic, quid æquius, aut quid æquissimum sit, excutitur: quum de *pœna* judicium est, a parte ejus, qui causam dicit[3], aut *defensio est criminis*, aut *imminutio*, aut *excusatio*, aut, ut quidam putant, *deprecatio*[4]: *defensio* longe poten- 4
tissima est, qua ipsum factum, quod objicitur, dicimus honestum esse: *abdicatur*[5] *aliquis*, *quod invito patre militarit*, *honores petierit*, *uxorem duxerit*: tuemur, quod fecimus: partem hanc vocant Hermagorei [6]κατ'

1. *Quod illic;* sic Turic. (a pr. manu). Reliqui *quia*. Vide VI, 4, 13.

2. *Igitur primum*. Turic. (a pr. manu) *i. egrum*. Mox *i. egregium*, et sic Camp.; sed Guelf., *egregium*, omisso *igitur*. Idem omittunt Voss. 2, Goth. sed dantes *primum*. Nihil magnopere proficias ex *egrum* illo eruens *integrum*. — *Primum*. Non satis apparet, quod hic *primum* dicatur genus, et quare. Possumus sane primum agnoscere illud, quod sit de *præmio*, quoniam sequitur mox « quum de *pœna*. » Sed nec differt ratio quærendi vel de *præmio*, vel de *pœna*, quum utrobique eadem sit divisio aut præmium vel pœnam vindicandi, aut eadem vel augendi vel minuendi. Paulo ante triplex illa partitio ne ipsa quidem plane expedita. *Quantitas*, quæ memoratur, non per se est intelligenda, sed relate ad *præmium* et *pœnam*; quo fit, ut bipertita magis, quam tripertita, sit omnis illa tractatio. Vide hujus notæ primam partem.

3. *Qui causam dicit*. Id est, rei. Vide IV, 1, 19.

4. *Deprecatio*. Vide V, 13, 5.

5. *Abdicatur... duxerit*. Simile ἀντιλήψεως exemplum Hermog., p. 13, γεωργὸς φιλοσοφοῦντα τὸν υἱὸν ἀποκηρύσσει.

6. Κατ' ἀντίληψιν. Turic. (a sec. manu) *cata antianin*. Guelf. græca omittit. Camp., κατα διάνοιαν cum Goth. Voss. 2, Vall. a pr. manu. — Hæc pro more suo omittunt RR. 7, 10, qui nomina græca non scribunt. Ed. — Κατ' ἀντίληψιν. Hæc appellatio reperitur a nobis quoque in Hermogenis Partitionibus. Vide Ernesti lexicon technol. græc. Ratio quidem ejus redditur talis a Syriano scholiaste Hermogenis, cujus ego locum mutuor ab Ernesto, l. c. p. 278: ἡ ἀντίληψις ὀνόμασται μὲν ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ὑπὸ ῥεύματος μὲν παραφερομένων, ξύλου δὲ ἢ λίθου

ἀντίληψιν, ad intellectum[1] id nomen referentes: latine

ἀντιλαμβανομένων, καὶ τὴν σωτηρίαν διὰ τούτου πορίζομένων. Fatetur hac ipsa etymologia proferenda scholiastes, se nullam a veteribus accepisse (quorum nec se tutatur auctoritate), quum tam late pateat hæc denominatio, ut nulli non accommodetur auxilio, quo reus utitur; minimeque omnium conveniat huic ipsi, de qua agimus, defensioni « longæ potentissimæ. » Quod autem, Sturmius eique accedens Ernestus ἀντίληψιν declarant quasi ἐναντίαν λῆψιν, id apud ipsum auctorem nusquam invenio, nec caret vitio fluctuantis, et nimis late patentis appellationis, cui præterea refragatur Græci sermonis proprietas.

1. *Ad intellectum... referentes.* Hæc verba multa sane obscuritate laborant. Solent a Badio inde sic se expedire interpretes, ut parenthesin accipiant ea, oppositam illam *τῷ ad verbum*. Quod ut contingat, non parcunt mutationibus. Quam quidem rationem qui tuentur, eorum nemo probabilius locum constituit Gesnero: « P. h. v. H. *n. d.* « ad verbum latine translatum id « nomen non invenio; ad intellec- « tum referentes *absolutam* appel- « lant. » Vides, præter aliquot vocum immutationem, rem geri potissimum transpositione. Ferenda hæc quidem per se, minus tamen, si sine mutatione non procedat. Relictum, ut est, locum explicare conatur Capperonnerius *ad intellectum* capiens quasi dictum: « non « de *corporea* sumptione intelligen- « tes, sed de actione mentis et *in-* « *tellectus.* » Hanc ego latinitatem non præstiterim; neque ullam comminiscor *intellectus* h. l. interpretationem, quæ conveniat (quum illa ad *verbum* relatio excludatur quibus dixi rationibus). Devenio igitur ad hujus ipsius vocabuli mutationem, quod corruptum censeo ex hoc, negligentius latinis litteris scripto: *metalepsin*. Fateor in nullo eorum, ubi usurpat Noster, locorum adeo male mulcatum comparere, sed, ut pessimum, legi *me talem sin* (VI, 3, 52). Minus tamen obscura ibi et insperata vocabuli mentio. Et quidem fuisse dictam a Græcis ἀντίληψιν cum respectu ad μετάληψιν, plane mihi persuadeo; quo nomine magis etiam rejicio memorata supra ejusdem etyma. Sic enim Hermogenes (p. 26): ἡ μετάληψις ἀεὶ ἐναντία ἐστὶ τῇ ἀντιλήψει. Non sane me fugit hoc in diverso, quam hic est, vocabulorum usu dici; sed etymum nihilo secius mihi deprehendisse videor, quod valeat ibi quoque, ubi significatio ab eo jam pridem recessit. Est præterea ἀντίληψις species qualitatis apud Hermogenem, μετάληψις autem translatio (Hermogenes p. 18. Noster III, 6, 46; IX, 2, 106), quæ quidem satis discreta videntur artis ratione, ut nullam invicem societatem partium harum suspiceris. Versatur tamen earum utraque in tuendo reo, qui factum non infitiatur. Hoc sufficit profecto ad denominationem inter has partes reciprocandam. Neque enim de nihilo est, quod monet Turnebus ille sive personatus, sive suspectus, Hermogenem in multis esse imitatum Hermagoram. Quod quum manifestis, vel in metalepsi et antilepsi, exemplis confirmetur (præter tot alia hic protinus sequentia); hæc vestigia

ad verbum translatam[1] non invenio; *absoluta* appellatur[2]: sed enim[3] de re sola quæstio, justa sit ea, necne? *Justum* omne continetur *natura*, vel *constitutione*[4]: *natura*, quod secundum[5] cujusque rei[6] dignitatem. [7]Hic sunt *pietas*, *fides*, *continentia*, et talia[8]: adjiciunt et id, quod sit *par*[9]: verum[10] id non temere intuendum est;

Hermogenis consectantes, non longe aberrabimus profecto a sententia Quintiliani, Hermagoreos hoc loco exprimentis.

1. *Latine... translatam.* Bad., *latini... translatum.* Posterius ita dare et Goth. narrat Gesn. me non refragante, nec tamen satis credulo, quum e Voss. 2, *translatam* afferant (vide VII, 3, 34; item hic §. 39).

2. *Absoluta appellatur;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Bad. quo acc. Basil. Obr. Reliqui *absolutam appellant.* — Eadem nostri. Præterea R. 13, *ea absoluta dicitur.* Ed.

3. *Sed enim.* Incommodas h. l. conjunctiones quum VV. DD. neglexissent omnes, Gesnerus medelam invenit eam, ut pro iis in textum reciperet *etenim* (et obsecuti sunt Bip.). Credebat rationem reddi, quare *absoluta* appellaretur hæc defensio, vel qualitas. Nos quidem, ejus in proximis vestigia deserentes, etiam hic assensum cohibere cogimur. Neque tamen acquiescam in recepta. *Sed* est transeuntis ad rei ipsius tractationem, postquam nomen in transitu attigerat; *enim* mutem in *hic* adverbium, vel potius *hæc*, quod referas ad *quæstio.* Vide VII, 2, 17, et 18.

4. *Constitutione.* R. 12, *consuetudine.* Ed.

5. *Quod secundum.* Turic., *q. secundam* cum Gryph.; a sec. manu *quæ secundum*, et sic Guelf. Camp. Basil. Primus Jens. inserit *fit* cum edd. ante Gryph. quod et Alm. dare narratur (vide VII, 3, 33; item hic §. 27). Reliqui *sit.*

6. *Cujusque rei dignitatem.* Turic., *cujus r. d.*; a sec. manu *cujusque r. p. d.* (ut intelligatur *rei publicæ*). — *Natura, quod... dignitatem.* Possis hærere in voce *natura*, ad quam, quid sit subaudiendum, parum liquet. Simplicissimum fuerit nominativum facere, et intelligere verbum substantivum. Sic *quod sec... dignitatem* fiet definitio *naturæ*, cui mox respondeat *constitutio est*, etc. Ablativum capere τὸ *natura* duriorem fecerit structuram, nec apertam sententiam, sive *justum est* intelligis, sive, quod minus etiam placeat, *continetur.*

7. *Hic;* sic Turic. (a pr. manu) cum Jens. eoque recentioribus ante Rusc. Reliqui *hæc.* Malim tamen *hinc.* Vide VI, 1, 42.

8. *Continentia, et talia.* Turic. (a prima manu) *et alia* cum Stoerio, eoque recentioribus ante Obrechtum.

9. *Par.* Intellige ut in hoc proverbio: *par pari refertur.* Ed. — *Adjiciunt... par.* Velut Cic. de Inv. II, 22.

10. *Par: verum.* Turic. Guelf. Camp., *perversum* cum Goth. Alm. Voss. 2, et edd. ante Ald. Correxit Regius. Vide VII, 3, 14.

nam et *vis contra vim*, et *talio*[1] nihil habent[2] adversus eum, qui prior fecit, injusti[3]; et non[4], quoniam res pares sunt, etiam id est justum, quod antecessit: illa utrinque justa[5], eadem *lex*, eadem *conditio*: ac forsitan ne sint quidem paria, quæ ulla parte sunt dissimilia:
7 *constitutio* est in *lege, more, judicato, pacto.* Alterum est defensionis genus, in quo factum per se improbabile assumptis extrinsecus auxiliis tuemur: id vocant κατ' ἀντίθεσιν[6]· latine[7] hoc quoque non[8] ad verbum trans-

1. *Talio.* Turic. Guelf. Camp., *talia* cum omnibus ante Obr. Pseudo-Turnebi est præstantissima emendatio. — Nostri omnes *talia.* Ed. — *Et talio.* « Qui membrum rupit, ni « cum eo pacit, *talio* esto. » Leges XII tabb. Vide VIII, 5, 12. Declam. Quint., 7, p. 136; « lex... « dedit cæco *talionis* actionem. » item Decl. 358, p. 356. Cujac. Observv. 9, 13: « actio... *talionis* in « schola, injuriarum in foro. »

2. *Adversus;* sic Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *adversum.*

3. *Injusti.* Turic. Guelf. Camp., *injuste* cum omnibus ante Obr. qui conjecit *injustitiæ*, receptum ipsi et cæteris. Prætuli leniorem Gesneri emendationem.

4. *Et non.* Quod optat *sed n.* Gesnerus, non opus est, quum *et* hoc referatur ad prius « *et* vis, » cui rationi non officit interjectum *et* ante *talio.* Hoc enim facile negligitur ab audiente.

5. *Utrinque justa.* Turic. Guelf. Camp., *u. ista.* Unde nihil proficias. Neque enim *illac* (vel *illic*, vide VI, 4, 21) scribendo pro *illa* apta sententia efficitur, ut *ista* ad sequentia: *lex, conditio.* Malim tamen in nostra scriptura *illic.* — *Illa... justa.* Respicit pluralis hic neutrius generis ad *par*, et est levis incuria numeri qui præcesserit. Vide tamen initium notæ.

6. Κατ' ἀντίθεσιν· sic Turic. (nisi quod per *u*, sed a sec. manu *cat et thesin*) Tarv. cum Bodl. Almel. et edd. ante Ald. item Gryph. Capper., in margine Vall. sed et complures edd. Lacunam præfert Guelf. κατανθεσιν Camp. κατ' ἀντίστασιν Ald. κατ' αἴτησιν Obr. Reliqui πρόληψιν, nisi quod Voss. 2, Vall., προσλαμπτ. quorum errorem propagarunt edd. ante Chouet. — Κατ' ἀντίθεσιν. Vide Hermog., p. 13: ἐὰν δὲ ὁμολογῇ (ὁ φεύγων) τι πεποιηκέναι, ὡς ἀδίκημα (*factum per se improbabile*), ὄνομα μὲν πάλιν γενικὸν τούτῳ ἀντίθεσις. Vide Ernesti Lex. h. v. ubi complures hoc nomine utentes demonstrantur rhetores, quos exhibet Aldi volumen alterum.

7. *Latine;* sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Bad. quo acc. Obr. Reliqui *latini* jubente Regio. Utitur sane hoc tamquam substantivo nomine, velut V, 10, 43; sed ubi promptius quam hic subaudire rhetores, vel præceptores.

8. *Non.* Turic. Guelf., *nam* cum Alm. Voss. 2, Gothan. Vall. Bad. Gesn. Bip. Nostrum primus Camp.

ferunt[1]: *assumptiva* enim dicitur *causa*. In quo genere 8
fortissimum est, si crimen causa facti tuemur, qualis est defensio Orestis, Horatii[2], Milonis: ἀντέγκλημα[3] dicitur, quia omnis nostra defensio constat ejus accusatione, qui vindicatur: *occisus est, sed latro;* [4]*exsectus, sed raptor*. Est et illa ex causis facti ducta defensio, priori 9
contraria[5], in qua neque factum ipsum per se, ut in absoluta quæstione, defenditur; neque ex contrario facto; sed ex aliqua[6] utilitate aut reipublicæ, aut hominum multorum, aut etiam ipsius adversarii, nonnunquam et nostra, si modo id erit, quod facere nostra causa fas sit: quod sub extrario[7] accusatore, et legibus agente

Vide VI, 4, 11; item hic §. 12; ubi Turic. a pr. manu *non omn.*— *Hoc quoque non.* Vide §. 5.

1. *Transferunt.* Turic., *transierunt* (cum Alm.); a sec. manu *transtulerunt*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Obr.

2. *Horatii.* Libri omnes *oratio* (nisi quod Turic. Guelf. omittunt *defensio* cum sequentibus usque ad *defensio constat*), in quo recte hæret Gesnerus. Nostrum ex conjectura. VIII, 6, 47; pro *oratio* Turic. sec. manus *oratius;* sed frequens hujusmodi confusio.—*Horatii.* Vide III, 6, 76; IV, 2, 7. Insunt in hisce personis gradus, a fabula ipsa ad fabulosam historiam, moxque ad certæ memoriæ tempora.

3. Ἀντέγκλημα..... *quia.* Id ipsum est ejus assumptivæ causæ speciei nomen technicum. Accusantur enim Clytæmnestra, soror Horatii, Clodius; nec refert, quod nova pronuntur ejusdem exempla: *latro, raptor.* Eadem ἀντεγκλήματος definitio est apud Hermogenem, p. 14. — Ἀντέγκλημα verti potest *recriminatio.* A Latinis vertitur *relatio criminis*, quia criminis causa retorquetur in eum qui passus est. Turn.

4. *Exsectus.* Turic. Guelf. Camp., *excæcatus*, cum Alm. Bodl. Voss. 2, Goth. et edd. ante Gryph. In margine quidem Basil. nostrum. Verissimam censeo emendationem, cujus sit ignarus, nisi forte Philandri, sed nomine suppresso. Vidov. (1538) *executus.* — *Exsectus.* Quum in jure romano vetitum fuerit exsecare mares (vide Dig. XLVIII, 8, 4, 2), ea maxime facti excusatio probabilis videtur, si femina, pudorem suum vindicatura, vel pater superveniens, raptorem gladio arcuerit. Et fortasse hujusmodi agitatæ sunt in scholis controversiæ, quamquam nunc quidem nullæ succurrunt.

5. *Priori contraria;* sic et Turic. a pr. manu. Ab altera quidem inserit *est*, cum Guelf. Camp. Voss. 2, Goth. Jens. (tac. Gesn.) Tarv.

6. *Ex aliqua.* Turic. Guelf. Camp., *in a.*, cum Alm. Voss. 2, Goth. et edd. ante Ald. Correxit Regius.

7. *Extrario.* Turic. (a sec. manu)

prodesse nunquam potest, in domesticis disceptationi-
10 bus potest: nam et filiis pater in[1] judicio abdicationis, et maritus uxori, si malæ tractationis accusabitur, et patri filius, si[2] dementiæ causa[3] erit, non inverecunde dicet, multum sua interfuisse[4]: in quo tamen incommoda vitantis melior, quam commoda[5] petentis, est
11 causa. Quibus similia etiam in vera rerum quæstione tractantur: nam, quæ in scholis *abdicatorum*, hæc in foro *exheredatorum* a parentibus, et bona apud centumviros[6] repetentium ratio est: quæ illic *malæ tractationis*, hic *rei uxoriæ*[7], quum quæritur, *utrius culpa divortium factum sit?* quæ illic *dementiæ*, hic *petendi*[8] *curatoris*.
12 Subjacet utilitati etiam illa defensio, si pejus[9] aliquid

extraneo, cum Camp. Guelf. et tot aliis. — *Extrario... domesticis.* Hæc proprie sibi opponuntur invicem. Vide §. 31. — Namque *extrarium* appellat *accusatorem*, qui nobis consanguineus non est, non *domesticus*. — *Lege agere* vocat ex legum præscripto actionem intendere, aut aliquid petere. Turn.

1. *Filiis pater in.* Turic., *filius* (a sec. manu *filiis*) *patrum judicio.* Guelf. Camp., *in filiis patrum j.*, ut et Goth. (err. Gesn.) cum Voss. 2.

2. *Accusabitur... filius, si.* Turic. Guelf. Camp., *a. filio s.*, cum Goth. Alm. Voss. 2, cum edd. ante Ald. inseruit necessaria Regius.

3. *Patri... dementiæ causa.* Vide Decl. Quintil. 346, p. 334: « Ad-« versus patrem ne qua sit actio « nisi dementiæ. » Item Ærodius ad Decl. Quint. 295, qui et Plat. locum e lib. XI, de legg. excitat, Bip. vol. IX, p. 155; VI, St., p. 929, D. E.

4. *Multum sua interfuisse.* Hoc spectat igitur ad postremum illud *nonnunquam et nostra.*

5. *Incommoda... commoda.* Invidiosum est adipiscendi commodi causa vexare filium, uxorem, patrem; tolerabilius, si quis aliter damnum ingens cavere nequeat.

6. *Centumviros.* Turic., *con.*; a sec. manu *consules*, et sic libri mei omnes ante Capper. — *Centumviros.* Deberi verissimam hanc scripturam magno Cujacio Capperonnerius, et post eum Gesnerus ostenderunt. Vide Cujacii Observv. IX, 13; item hic §. 20. Recte Gesnerus ablegat ad notissimum Ciceronis locum de Oratore lib. I, cap. 38, ubi et *testamentorum* mentio. Vide lib. IV, cap. 1, §. 57.

7. *Rei uxoriæ.* Id est, dotis. Vide Ern. Clav. Cic. h. v.

8. *Petendi curatoris.* Seneca pater Controv. 1, 2, p. 163: « patri « curatorem dari... quia... sit... fu-« riosus. Hoc autem in foro esse cu-« ratorem petere, quod in schola de-«mentiæ agere», citante Cujacio l. c.

9. *Pejus.* Turic. (a pr. manu) sic. Mox cum plurimis *spei.*

futurum fuit: nam in comparatione malorum, boni locum obtinet levius; ut, *si Mancinus*[1] *fœdus numantinum*[2] *sic defendat, quod periturus, nisi id factum esset, fuerit exercitus romanus:* hoc[3] genus ἀντίστασις[4] græce nominatur, *comparativum* nostri vocant. Hæc circa de- 13
fensionem facti: quæ si neque per se ipsam, neque adhibitis auxiliis dabitur, proximum est, in alium *transferre crimen,* si possumus: ideoque etiam in hos, qui jam scripti sunt[5], status visa[6] est cadere translatio; interdum ergo culpa in hominem relegatur[7]: ut, *si Gracchus*[8], *reus fœderis numantini, cujus metu*[9] *leges popu-*

1. *Mancinus.* Turic., *manus;* a sec. manu *marius,* cum aliquot edd.

2. *Fœdus numantinum.* Vide lib. III, cap. 8, §. 3.

3. *Fuerit... romanus: hoc.* Turic. (a pr. manu) cum Alm., *f. exerat r. h.* Guelf., *f. e. r. exerat: h.* Camp., *f. e. r.: et erat h.*, et sic Gothan. Voss. 2.

4. Ἀντίστασις. Hoc græce dici a *pendendo* in lance, recte monet Capper. Legitur vocabulum apud Hermog., p. 14.

5. *Qui jam scripti sunt.* Hisce salva erit sententia, si pro *jam scripti* reponas *inscripti*, potestate *non scripti* (vide III, 6, 37; item hic §. 35). *Scripti* autem genitivo casu dictum accipio. Vide lib. III, cap. 6, §§. 53, 78.

6. *Hos, qui jam.... status visa.* Turic., *os q. etiam scriptum sit s. v.;* a sec. manu *hoc quid etiam scriptum sit statim jus,* cum Guelf. (nisi quod *visa*), Camp. (nisi quod *quod*), et sic Goth. Eodem fere redeunt Alm. Colb. Voss. 2.

7. *Relegatur.* Vide VI, procem. 13; adde Vulpium ad Tibull. IV, 6, 5, ubi idem verbum, pro quo *delegare*

apud Hirtium B. G. VIII, 22, loco posito ab eodem.

8. *Gracchus.* Numantini cum Mancino pacem facere noluerunt, nisi legato Tiberio Graccho; usque adeo Numantini eum amabant: hoc nomine accusatus est Romæ Tiberius; sed ope Scipionis et populi aversa est tota accusatio a Graccho ad Mancinum. Turn.

9. *Cujus metu... videtur.* Qui solam proprietatem et convenientiam orationis spectet, malit sane abesse hæc verba, quæ ad rem quidem non faciunt; neque enim vel ad excusandum vel ad premendum fœderis numantini reum valet, quod inde orto optimatium odio Gracchus compulsus est ad ferendam legem agrariam: et hujusmodi conjunctionem legum popularium cum causa ipsa fœderis si significare volebat Quint., *videatur* scripturus erat, non *videtur.* Deinde quid est quod « videtur *fœderis* numantini « *metu* » tulisse leges? In hac tanta reprehendendi materia, tamen non audeo proscribere nixam omnium librorum auctoritate sententiam. Est ea ipsa apud Vellei. II, 2; et

lares tulisse in tribunatu videtur, missum se ab impera-
14 *tore suo diceret*[1]. Interim derivatur in rem; ut, *si is, qui testamento quid jussus non fecerit, dicat, per leges id fieri non potuisse*: hoc μετάστασιν[2] dicunt: exclusis quoque his[3], *excusatio*[4] superest: ea est aut ignorantiæ; ut, *si quis fugitivo stigmata*[5] *scripserit, eoque ingenuo judicato, neget se liberum esse eum*[6] *scisse*[7]: aut necessi-

Flor. III, 14, verbis quidem adeo dissimilibus, ut nemo inde desumptam ab interpolatore suspicetur. Si igitur tam vetustam glossam agnoscere nolis, fortasse mecum conjicies *criminis* intercidisse post *cujus*. Eodem exemplo usus est in *remotione criminis* Martianus Capella, citante ad Florum Freinshemio.

1. *Diceret... derivatur.* Turicens. Guelf. Camp. omittunt *Interim*, cum Goth. Voss. 2. Latet illud vocabulum in ipso illo *diceret*, quod hic stare nequit. Unde enim imperfectum subjunctivi, nisi invita latinitate? Vide modo « Mancinus... *de-* « *fendat*, » mox « si is.... *dicat*. » Repone igitur et hic *dicat. Interim derivatur.*

2. Μετάστασιν. Camp. Tarv., *μετάθεσιν*, cum Goth. Ald. Vall., qui tamen et nostrum dat. — Vall. lib., *μετασιν*, accentu omisso. Ed. — Μετάστασιν. Apud Hermogenem, p. 14.

3. *Exclusis quoque his.* Turic., *quoque excl.*, omisso *his*, sed a sec. manu additur, et sic Guelf. Camp. Goth. (tacente Gesn.) cum Voss. 2, quorum postremi *quoque* ad priora referentes ab *excl.* novum sensum ordiuntur. Transpositio lenis quidem medela (vide VII, 3, 28; item hic 15); sed ea nihil hoc loco proficitur. Τῷ *quoque* nullus hic proprie locus nisi post *his*, quo ablegare nemo ausus est, et durius fuerit. Esset autem in hac ipsa structura, quod minus deceret Qu. elegantiam. *Superest* quum scripsit, dativum reddere debuit huic verbo, non ablativos absolutos. Sic e prima Turic. manu eruo; *quo exclusis excusatio superest*, referens *quo* ad *hoc* præcedens.

4. *Excusatio.* Hæc est Hermogenis *συγγνώμη*, p. 15, cujus exemplum ponit Erasimiden et collegas, mortuos non sepelientes. Vide Xenoph. Hellen., p. 448, D. E.

5. *Stigmata.* Notæ quædam in fronte fugitivis inurebantur; id in liberum facere non licebat ex jure civili. Turn. — Hunc verbi usum illustrat Schultingius ad Ulpian. in Jurispr. Ante-Just., p. 565, nostri loci non immemor.

6. *Liberum esse eum;* sic Turic. (a prima manu) cum Alm. Reliqui omittunt *esse*. — *Liberum.... eum.* Nam et milites fugitivi. Vide Marcum Donatum ad Liv. XXX, 43, 11. Fugientem saltem qui viderit, poterit habere fugitivum. Nec est summo jure agendum in scholasticis hisce.

7. *Scisse.* Turic. Guelf., *fecisse*, cum Alm. et edd. (præter Camp.) ante Ald. qui, Regio jubente, *n. scisse s. e. l. fuisse.* Stoerius primus hic *scisse*. Vide I, 1, 20, ubi Guelferb.

tatis; ut, *quum miles ad commeatus diem non affuit*[1], *et dicit se fluminibus interclusum, aut valetudine. Fortuna* 15
quoque sæpe[2] substituitur culpæ: nonnunquam *male fecisse* nos, *sed bono animo* dicimus: utriusque rei multa et manifesta exempla sunt; iccirco non est eorum necessaria expositio: si omnia, quæ supra scripta sunt, deerunt, videndum, an *minui*[3] culpa possit; hic est ille, qui a quibusdam dicitur fieri, *status quantitatis*[4]. Sed 16
ea, quum sit aut *pœnæ*, aut *honoris*, ex qualitate facti constituitur: eoque nobis sub hoc esse statu videtur, sicut ejus[5] quoque, quæ *ad numerum* refertur a Græcis: nam et[6] πηλικότητα[7], et ποσότητα dicunt; nos utrumque eadem[8] appellatione complectimur. Ultima est *depre-* 17
catio[9]: quod genus causæ plerique negarunt in judicium unquam venire: quin Cicero quoque pro Q. Ligario[10] idem testari videtur, quum dicit, *Causas, Cæsar,*

Camp., *fecisse*, cum edd. ante Bad.

1. *Affuit, et dicit;* sic Turic. (a pr. manu). Reliqui omittunt *et.* — *Miles... non affuit.* Regius ablegat ad Dig. XLIX, 16, 3, 7.

2. *Quoque sæpe.* Tarv. Camp., *s. q.* (vide §§. 14, 34). Male.

3. *Minui.* R. 11, *autem minui.* Apud Burm. V. C. Alm., *an imminui.* Ed.

4. *Status quantitatis.* Vide III, 6, 23, 53, 91.

5. *Sicut ejus.* Id est: *sicut et status ejus quantitatis*, etc. Ille autem *numerus* cum ποσότητα, *quantitas* cum πηλικότητα congruit. Ed.

6. *Nam et;* sic Turic. Guelf. cum edd. ante Gesn. omittentem *et*, auctoribus Goth. (tac. Gesn.) Voss. 2, Camp.

7. Πηλικότητα. Turic., τηικοτητ; sed a sec. manu *tecotne.* In isto *ecot* sat est firmamenti pro emendatione Capperonnerii palmaria; nam ante eum omnes libri ποιότητα, quamquam corrumpentes aliquot eorum vocem. Guelf. lacunam in græcis. Mox *et* omittit solus Camp. Vide III, 6, 35. — Πηλικότητα... ποσότητα. Vide loca modo demonstrata, quibus adde ibid. §§. 50, 90, nec non lib. VII, cap. 2, §. 6.

8. *Eadem.* Omittunt Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Voss. 2. Intercidisse censeo non quidem hoc (quod Jens. primus inserit) *eadem*, sed *quanti*, haustum illud a syllaba præcedente *que.*

9. *Deprecatio.* Vide §. 3.

10. *Q. Ligario;* sic Turic. a sec. manu; a prima *proque Lig.* (vide VII, 3, 27). Omittit *Q.* Camp. Reliqui *Quinto L.* Vide VI, 3, 58; IX, 1, 2. — *Pro Q. Ligario;* capite 10.

egi multas, et quidem[1] *tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum : certe nunquam hoc modo, ignoscite, Judices, erravit, lapsus est, non putavit, si*
18 *unquam posthac*, et cætera. In senatu vero, et apud populum, et apud principem, et ubicunque juris[2] clementia[3] est, habet locum *deprecatio :* in qua plurimum valet[4], *ex ipso*, qui reus est, hæc tria in vita præcedere, si innocens[5], si bene meritus, si spes in futurum innocenter victuri, et in aliquo usu futuri; præterea, si vel aliis incommodis, vel præsenti periculo, vel pœnitentia videatur satis pœnarum dedisse : *extra*[6], nobilitas, di-
19 gnitas, propinqui, amici. In eo tamen, qui cognoscit, plurimum ponendum[7], si laus eum misericordis potius, quam reprehensio dissoluti, consecutura est : verum et in judiciis, etiamsi non toto genere causæ[8], tamen ex parte[9] magna hic locus sæpe tractatur : nam et divisio frequens est, etiamsi fecisset, ignoscendum fuisse; idque in causis dubiis sæpe prævaluit; et epilogi omnes in
20 eadem fere materia versari solent. Sed nonnunquam etiam reus hic totius summam constituit, si[10] exhere-

1. *Et quidem.* Goth. (tac. Gesn.) Guelf., *equidem*, cum Voss. 2.

2. *Ubicunque juris.* Turic. (a pr. manu) inserit *si.*

3. *Juris clementia.* Nove dictum, sed facile intellectu. Malit Gesnerus *jus clementiæ.* Hoc si voluisset Qu. scripturum fuisse puto *quibuscunque*, non *ubicunque.* De re, vide lib. V, cap. 13, §. 6.

4. *Valet.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *valent*, cum Voss. 2, et edd. ante Gryph. Vide lib. VII, cap. 2, §. 39.

5. *Si innocens.* Hoc per sphalma omisit Gesn., sequentibus Bipp.

6. *Extra.* Refer ad *ex ipso.*

7. *In eo... ponendum.* Id maxime agendum a patrono, ut suæ gloriæ interesse putet judex absolvi reum. Ad *cognoscit*, vide VII, 2, 20.

8. *Toto genere causæ.* Turic., *tot g. causa;* a sec. manu *tot genera causa*, et sic Guelf. Goth. (tacente Gesn.) Camp. cum Voss. 2.

9. *Ex parte.* Vall. lib. RR. 7, 10, 11, *ea parte.* Camp. Andr., *a parte.* Ed.

10. *Constituit, si.* Turic. (a prima manu) *constitutam vero si* (cum Alm.). An erat *constituerit*, modo potentiali?

datum a se filium pater testatus fuerit elogio[1], propterea *quod is meretricem amaverit*: nam omnis hic quæstio, an huic delicto pater debuerit ignoscere, et centumviri[2] tribuere debeant veniam; sed etiam in formulis[3], quum pœnariæ sunt actiones[4], ita causam partimur, *an commissa sit pœna*[5]*? an exigi debeat?* id autem, quod illi viderunt[6], verum est, reum a judicibus hoc defensionis modo liberari non posse. *De præmiis au-* 21
tem quæruntur duo: *an ullo sit dignus*[7], *qui petit? an tanto*[8]*?* ex duobus, *uter dignior?* ex pluribus, *quis dignissimus?* quorum tractatus ex ipso meritorum genere ducuntur; et intuebimur non *rem* tantum, sive alleganda[9], sive comparanda[10] erit; sed *personam* quoque; nam et multum interest, *tyrannum juvenis occiderit*, *an senex; vir, an femina; alienus, an conjunctus*: [11] et 22

1. *Elogio.* Proprie, in causa exheredationis ascripta. Vide Briss. de V. S. — Vox illa apud JConsultos in utramque partem accipitur. Hic in malam partem usurpatur, quasi: *pater...* hoc crimine contra filium allato, scilicet quod, etc. Ed.

2. *Centumviri.* Judices qui testamentis multisque aliis civilibus officiis præerant. Ed.

3. *Formulis.* Guelf., *formula.*

4. *Pœnariæ... actiones.* Turic., *pœnaria sit actiones*; a sec. manu *...actionis*, et sic Guelf. *Pœnaria sit actio*, Camp. cum Goth. Voss. 2, Vall. *Pœnariæ sint actionis*, Jens. cum edd. ante Ald. Omnes præter Turic. Alm. nostris verbis subjiciunt *nos.* — Vide IV, 3, 9.

5. *Commissa... pœna. Committere pœnam* locutio est jurisconsultorum, qua significant aliquid esse factum propter quod irrogari debeat pœna. Turn.

6. *Quod illi viderunt;* sic *videre* usurpavit et infra VII, 6, 4. *Illi* sunt qui « *deprecationem* negarunt « in judicium venire; » §. 17.

7. *Ullo sit dignus.* Turic., *ullo sint dignius;* a sec. manu *si ullus sit dignus*, et sic Guelf. *Si illo s. d.*, Camp.

8. *Petit? an tanto? ex.* Turic., *p. tanto ex;* a sec. manu *p. tanta ex*, et sic Guelf. *P. an tanta tanto ex*, Camp.

9. *Alleganda.* Non quidem pertinens ad impetrandum præmium, sed judicibus præmium tribuentibus petitorem commendans. Vide lib. IV, cap. 1, §. 13.

10. *Comparanda* cum alterius petitoris facto.

11. *Et locum.* Turicensis, Guelferbytanus *est et ad locum*, cum Tarvicensi, Ald. Bad. (qui in nota tamen nostram solam sequitur scripturam) Basil.

locum multipliciter, *in civitate tyrannis assueta, an libera semper; in arce, an domi:* et *quomodo* factum sit, *ferro*[1], *an veneno:* et *quo tempore, bello, an pace; quum*[2] *depositurus esset eam potestatem, an, quum aliquid novi sceleris ausurus:* habetur[3] in[4] meritis[5] *gratia,*
23 *periculum* quoque, et *difficultas*[6]. Similiter,[7] liberalitas *a quo* profecta sit, refert: nam in paupere gratior, quam in divite; dante beneficium, quam reddente; patre, quam orbo[8]: item, *quam rem* dederit, et *quo tempore*, et *quo animo*, id est, *num*[9] *in aliquam spem suam?* similiter alia: et ideo qualitas maxima[10] oratoris recipit opera, quia in utramque partem plurimum est ingenio
24 loci, nec usquam tantum affectus valent[11]. Nam[12] conjectura extrinsecus quoque adductas frequenter probationes[13] habet, et argumenta ex materia sumit[14]: quale

1. *Ferro.* Jens. Ald., *an ferro.* Ed.

2. *Pace; quum;* sic Turic. (a pr. manu). Reliqui inserunt *an.* Vide VII, 2, 39; item hic §. 42.

3. *Habetur.* Turic., *habent;* a sec. manu *habentur,* et sic Guelferbytanus, Obrechtus.

4. *In meritis.* Camp. Andr., *immeritis.* Ed.

5. *Gratia.* Tyrannicidæ apud ipsum tyrannum, ut putat Capper. Sed hoc jam dixerat §. 21, *conjunctus.* Equidem interpretor *gratiam facti,* sicut et *periculum;* quo minus indigeamus mutatione Obrechti *meriti in gratia,* nullo illa usu firmata.

6. *Et difficultas;* sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *ac difficultas.*

7. *Liberalitas.* Turic. Guelferb. Camp., *libertas.*

8. *Quam orbo.* Turic. Guelferb., *quia a morbo.* Regius præstantissime correxit, nisi forte Codd. habuit auctores, cujusmodi Goth. *Q. avunculo,* Camp., quam medelam recte aspernatur Regius. Vide lib. VII, cap. 3, §. 14.

9. *Num.* Turic. Guelf., *non,* cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. Correxit Regius. Sed Camp. omittit.

10. *Maxima.* Vall. lib. RR. 8, 9, 12, *maxime.* Ed.

11. *Valent. Nam.* Turic., *valenti jam;* a sec. manu *v. Etiam,* et sic Guelferb. Camp. cum Goth. Bodl. Voss. 2, et edd. ante Ald. Corr. Reg.

12. *Nam.* Omnes nostri *Etiam,* exc. Ald. qui *Nam.* Ed.

13. *Conjectura... probationes.* Vide VI, 4, 4, ubi, quæ hic *extrinsecus adductæ,* sunt *extra artem.*

14. *Sumit: quale quidque.* Turic. Guelferb. Goth. (tac. Gesn.) Camp. omittunt *quale,* cum Alm. Ab Aldo inde ante Gesn. post *sumit* inserunt *ut,* jubente Reg., vel *et;* male.

quidque videatur, eloquentiæ est opus[1]: hic regnat, hic imperat, hic sola vincit: huic parti[2] subjungit[3] Virginius causas abdicationis, dementiæ, malæ tractationis, orbarum nuptias indicentium[4]: nam et[5] fere sic accidit; inventique sunt, qui has materias *officiorum*[6] vocarent. Sed alios quoque nonnunquam leges[7] hæ recipiunt status: nam et conjectura est aliquando in plerisque horum, quum se vel non fecisse, vel bona mente fecisse contendunt: cujus generis exempla sunt multa: et, quid sit dementia, ac mala tractatio, finitur; [8]nam

1. *Eloquentiæ est opus.* Hoc ordine Turic. Guelf. Goth. (tacente Gesn.) Camp. Reliqui *e. o. e.* Sed *eloquentia* Codd. (de Goth. Jens. tac. Gesn.) et libri ante Gryphium omnes.

2. *Huic parti.* Quod *in conjectura* fecit, ut controversias statui applicaret, idem nunc quoque exsequitur *in qualitate;* sed tamen Virginium reprehendit, qui has causas in *qualitatem* semper cadere existimarit, quum frequenter in alios quoque status incidant. Turn.

3. *Subjungit.* Malis sane *subjicit* ob rationes expositas ad III, 3, 6. *Virginium* vide lib. IV, c. 1, §. 23.

4. *Indicentium.* Turic., *indictium* (cum Alm.); sed a sec. manu *inditium*, et sic Guelf. (nisi quod *c* pro *t*) Voss. 2. *Judicium*, Goth. Camp. — Illud *indicendi* verbum proprium est in hoc negotio, de quo vide VII, 1, 14. Orbæ enim indicunt nuptias proximo sibi propinquo. Vide §. 39; item Decl., vol. IV, Bip. p. 381, ad quem locum consulendus est Burmannus.

5. *Nam et fere;* sic Turic. Guelf. Goth. (err. Gesn.) Camp. Ab Aldo inde (exc. Badio) post *et* adjiciunt *judicium*, quod uncis jam sepsit Gesn. male tamen *et* quoque proscribens, omissum illud a Jens. et edd. ante Ald. quo acc. Bad. — *Fere sic accidit*, ut hæ causæ incidant in statum qualitatis; quia mores potissimum et animus litigatoris in hisce controversiis excutiuntur, conjecturæ in iisdem rarior est usus.

6. *Materias officiorum.* Versantur totæ in ethices præceptis, ut eas agendo cogaris fere philosophus fieri et de filii, patris, mariti *officiis* disputare.

7. *Leges hæ;* sic Turicensis, Guelferbytanus, Camp. Goth. Jens. cum edd. ante Gryph. Reliquæ *hæc leges.* Verum Turicens. Camp., *hæc* quoque. — Ne quis forte *lites* reponendum censeat, tenendum est omnes hasce controversias suis contineri legibus.

8. *Nam juris quæstiones.* Hæc quidem omnia usque ad finem paragraphi 26 multum habent et difficultatis ad intelligendum, et duritiæ ad structuram. Nec facile inconsulta varietate librorum ratio ulla emendandi vel iniri poterit vel probari. Quapropter eo ablegans fac-

juris quæstiones plerumque leges[1] præcurrere[2] solent,
26 et, ex quibus causis[3] non fiat[4], statutum[5]. Quod ta-

torem hic illud solum agam, ut aliqua sententiæ Quintilianeæ dispiciatur lux, omnia verborum menda nequaquam sperans a me posse curari. Tenor argumentationis eo quidem deducit, ut post reliquos status legalium quoque quæstionum ratio habeatur, eæque ipsæ non prorsus alienæ ostendantur ab hujusmodi materiis. Has igitur quæstiones, *juris* quoque dici apparet loco V, 10, 44. Vide hic §§. 36, 39. Et frequentata multum est transitio per *Nam*, qualis hic fit. *Leges* autem, ut modo vidimus, sunt ipsæ illæ materiarum hujusmodi in scholis obtinentium. Quæ quidem quomodo aut quam rem *præcurrere* dicantur, fateor me plane latere. Hoc igitur verbum tentare libet et inde efficere vel *præferre*, vel, quod clarius, minus tamen verisimile idem, *præbere*. Illud acceperim ea potestate, de qua egimus ad VI, 2, 14. Neque enim nimis durum fuerit, si lex dicatur *præferre* eam juris quæstionem, cui occasionem dederit, quam quasi ipsa fronte ostendat. Jam, lenius quam priores huic loco medentes, transponens voces ita scribam: « Nam leges juris plerum- « que quæstiones *præferre* solent, « *sed* ex quibus causæ non fiat *con-* « *stitutio* » (vel *status*, si illud nimis remotum videatur ab usu Quintil. vide III, 6, 2). « Quod tamen » (adversativa conjunctio eo spectat, quod, etiamsi statum fere facere non debeant hæ quæstiones, tamen, si nulla relinquatur facti defendendi ratio, iis solis utendum sit ad cavendam *abdicationem*, recusandam *malæ tractationis* pœnam, tollendum *dementiæ* judicium) « facto defendi non poterit, jure ni- « tetur: et » (jam recensentur exceptiones illæ juris, per quas excludantur hæ, in quibus versamur, actiones) « quot » (neque enim placet cum Burm. et Gesnero scribere *quos*) « et quibus causis... non per- « mittatur. » Ita defuncti sumus qualicunque loci curatione, nihil agentes discerpendo nec lacerando, potuimusque, id quod gratulari solent bonis criticis, uncis crudelibus parcere. Fateor ab initio mihi non sufficere structuram; debebat enim post *Nam* statim subjungi, de quo ageret scriptor, *juris quæstiones*, quod ut contingat, retinenda erit Regiana illa transpositio, quæ nunc recepta est. Sed dici non potest quam dura mihi ea videatur.

1. *Quæstiones plerumque leges*. Turic. Guelf. Camp., *leges pl. quæstiones*, cum libris omnibus ante Gryph., quum nostrum ordinem suasisset jam Regius.

2. *Præcurrere*. Turic. (a pr. manu) *præcurre*.

3. *Causis*. Tur., *causæ*, cum Obr.

4. *Fiat*. Turic. (a secunda manu) Guelf. Camp., *fiant*. Hoc multorum Codd. esse refertur, inter quos Voss. 2 (quum Goth. omittat *n. f. st.*) et Alm. qui non solet recedere a pr. Turic. manu.

5. *Statutum*. Turic., *stat°*. Guelf. Camp., *status*, cum plurimis et scriptis et excusis. Jens. tamen *statutus*, et post eum mei editi nostrum, quod Regius conjecit, quum in libro suo invenisse videatur Jenson. scripturam, alteram autem *status* non probaret.

men facto defendi non poterit[1], jure nitetur: et [2]quot, et quibus causis abdicare non liceat; et in quæ crimina malæ tractationis actio non[3] detur; et cui accusare dementiæ non permittatur. Abdicationum[4] formæ sunt 27
duæ: altera criminis perfecti[5], ut, si abdicetur[6] *raptor, adulter:* altera velut[7] pendentis[8], et adhuc in conditione positi; quales sunt, *in quibus abdicatur filius, quia non*[9] *pareat patri:* illa semper asperam abdicantis[10] actionem habet (immutabile est enim, quod factum est); hæc[11] ex parte blandam, et suadenti similem; mavult enim pater corrigere, quam[12] abdicare: at pro filiis in utroque genere summissam[13], et ad [14]satisfaciendum compositam. A quo dissensuros scio, qui libenter patres 28
figura[15] lædunt: quod non ausim dicere nunquam esse

1. *Non poterit.* Turic. Guelferb. Camp. omittunt *non.*

2. *Quot.* Turic., *quod*, cum Goth. Obr. Post hanc vocem pro *et* dat *ex* Camp.

3. *Actio non.* Turic. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Camp. omittunt *non*, cum edd. ante Obr. Hic quidem, ut et modo, in vicinia syllabæ continentis vocalem *o*, quæ sæpe officit negationi. Vide VI, 3, 71.

4. *Abdicationum.* Solebant Græci filios suos ob delictum aliquod abdicare atque e conspectu removere, et tum filii dicebantur ἐκπίπτειν τοῦ γένους: quum autem cum patre in gratiam redirent, ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὸ γένος. Vide Casaub. ad Diog. Laert., et Meurs. Commentar. ad Lyophron, pag. 205. Pareus.

5. *Perfecti.* Turic. Guelf., *perfectæ.*

6. *Abdicetur.* Turic. cum Alm., *abduceretur.* Guelferb., *abdicaretur.* Camp., *adduceretur.* Vide VI, 2, 24.

7. *Adulter: altera velut.* Turic. Guelf. Camp., *adulter velut.* Alm. dare narratur *ad. alit imperfecti* (vide §§. 5, 33). Reliqui, in quibus Goth. *ad. altera imperfecti velut.*

8. *Pendentis.* Turic. (a sec. man.) Guelf. Camp., *pendentes.*

9. *Quia non;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Voss. 2, et edd. ante Gryph. quo acc. Obr. Reliqui *qui n.* — Omnes nostri *qui non.* Ed.

10. *Abdicantis.* R. 12, *abdicationis.* Ed.

11. *Hæc.* Tur. Guelf. Camp. omittunt cum Alm.

12. *Corrigere, quam.* Tur. Guelf. Camp. omittunt cum Alm. An primitus erat: « mavult e. p. *non* abdicare? »

13. *Summissam;* sic Turic. Guelf. Camp. et vett. non *subm.*

14. *Satisfaciendum.* Vide VI, 1, 50.

15. *Patres figura.* Expressimus egregiam et fortasse in toto Quin-

faciendum (potest enim materia incidere, quæ hoc exigat); certe[1] vitandum[2] est, quoties aliter agi potest:
29 sed *de figuris* alio libro[3] tractabimus[4]. Non dissimiles autem abdicationum actionibus sunt *malæ tractationis actiones*[5]: nam et[6] ipsæ[7] habent eamdem in accusationibus moderationem: *dementiæ* quoque *judicia* aut propter id[8], quod factum est, aut propter id, quod
30 adhuc fieri, vel non fieri potest, instituuntur. Et actor in eo, quod factum est, liberum habet impetum, sic tamen, ut factum accuset; ipsius patris, tamquam valetudine lapsi, misereatur; in eo vero, cujus libera mutatio est, diu roget et suadeat, et novissime dementiam rationi[9] queratur obstare[10], non mores: quos quanto

til. præstantissimam Gesneri emendationem, quam et ipse et Bip. receperant pro omnium librorum *patris figuram*. — « Quid esset *figura*, « pulchre exposuit Noster IX, 2, « 65 seqq. Sæpe multumque acci- « dit, ut rhetores *patrem figura læ- « dant*, h. e. jaciant in illum aliquid « prima specie non criminosum, « sed cui occultior insit flagitii si- « gnificatio. » Gesnerus.

1. *Certe*. Jens. cum edd. eo recentioribus ante Obr., *cæterum*.

2. *Vitandum*. Turic. Guelferb. Camp., *videndum*, cum libris omnibus ante Obr., vide VIII, 2, 3, indicante Burm. Nugatur Capper. vulgatam damnandam esse negans; quali in malas scripturas æquitate nunquam pervenietur ad emendatam scriptorum lectionem. — Omnes nostri *videndum*. Ed.

3. *Libro*. Camp., *loco*, cum Obr. Vide III, 6, 59. — *Alio libro*. Lib. IX.

4. *Tractabimus*. Turic. Guelferb. Camp., *tractav.*, cum Jens. (tacente Gesn.) Tarv.

5. *Tractationis actiones*. Si quid aure callemus Quintilianeam elegantiam, non ille posuit *actiones*, sed allitum fuit a somnolento librario. Turicensis habet a pr. manu *actionis*, quo manifestior etiam secure repetentis negligentia.

6. *Nam et*. Vide mihi quoties et quam continuo posuerit hæc sua *nam* et *nam et*, §§. 19, 20, 23, 24 bis, 25 bis, 29. Vide VII, 2, 55.

7. *Ipsæ*. Turicens., *ipsam*, cum Jenson. eoque recentioribus ante Rusc. quo acc. Ald. A sec. manu Turic., *ipsa*, cum Guelferb. Camp. Nostrum est a Regio.

8. *Aut propter id.... propter id*. Turic. Guelf. Camp. omittunt interjecta τοῦ *propter*, cum altero ipso, ut et Goth. et edd. ante Rusc. Inseruit Regius. In Vall. superscripta. — Omittunt etiam nostri, except. Vall. lib. a sec. manu antiq. Jens. ab emend. Ald. Ed.

9. *Rationi*. RR. 7, 11, *ratione*. Ed.

10. *Obstare*. Turic. Guelf. omittunt.

magis in præteritum laudaverit, tanto facilius probabit morbo esse mutatos. Reus, quoties causa patietur, debe- 31
bit esse in defensione moderatus, quia fere ira et concitatio[1] furori sunt similia: omnibus his commune est, quod rei non semper defensione facti, sed excusatione ac venia frequenter utuntur: est enim domestica disceptatio, in qua et semel peccasse, et per errorem, et levius, quam objiciatur, absolutioni[2] nonnunquam sufficit. Sed alia quoque multa controversiarum genera in 32
qualitatem cadunt: *injuriarum;* quamquam enim reus aliquando fecisse negat[3], plerumque tamen hæc actio facto atque animo[4] continetur. De accusatore consti- 33
tuendo, quæ judicia *divinationes*[5] vocantur: in quo genere Cicero quidem, qui mandantibus[6] sociis Verrem accusabat[7], hac usus est divisione: spectandum, a quo[8] maxime agi velint hi, quorum de ultione quæ-

1. *Ira et concitatio;* sic Turicens. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Alm. et edd. ante Basil. Reliqui inserunt *contentio* post *ira*. Novitium illud *et* præmissum tertio, ut modo §. 27, *adult. alt. vel.* Vide lib. I, c. 11, §. 14, not. 1. — Nostri omnes *contentio*. Ed. — *Ira et concitatio... similia*. Subjectum neutrum præcedentibus femininis animadvertit Burm. et, præter aliorum, Nostri hæc loca ponit VI, 2, 11; XI, 2, 36. Vide Drakenb. ad Liv. XXXII, 29, 5. In masculinis idem. Vide Burm. ad Decl., p. 440.

2. *Absolutioni*. Turic. (qui et *defensio* modo a pr. manu) Guelferb. Camp., *absolutio*, cum edd. ante Rusc. Correxit Regius.

3. *Fecisse negat*. Vide VII, 1, 60.

4. *Facto atque animo*. Securius etiam hic usurpatum *facti* vocabulum; nam in negando proprie *facti* status, sed hic, id quod recte monet Capperonnerius, et expressit Gedoynus, his contineri dicitur *qualitate* facti et animi. Vide §§. 36, 37, 44.

5. *Divinationes*. Turic. Guelferb. Camp., *divinationis*, cum Gothano, Voss. 2, Jens. Tarv. Poterat a Qu. esse genitivus.

6. *Mandantibus*. Turic. Guelf., *mandatis*, cum Alm.

7. *Accusabat*. Turic. Guelf., *defendebant*, cum Goth. Voss. 2, Alm., nisi quod hi tres *defendebat* (vide §§. 27, 36). Mire!

8. *Spectandum, a quo*. Turicens. omittit *a*, cum Alm.; a sec. manu *spectandumque quid*, et sic Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Colb. Voss. 2, et edd. ante Rusc. Sine *que* Loc. Venet.

ritur : a quo[1] minime velit[2] is, qui accusatur. Frequentissimæ tamen hæ sunt quæstiones, *uter majores causas habeat, uter plus industriæ aut virium*[3] *sit allaturus ad accusandum, uter id fide meliore*[4] *facturus. Tutelæ* præterea : in quo judicio solet quæri, an alia de re, quam de calculis, cognosci oporteat : *an fides præstari*[5] *debeat tantum*, non etiam consilium et eventus[6] : cui simile est *male gestæ procurationis* : in foro[7] *negotiorum gestorum*[8] : nam et *mandati* actio est. Præter hæc finguntur in scholis et *inscripti*[9] *maleficii*[10], in quibus aut hoc

1. *A quo.* Turicens. (a secunda manu), Guelferb. Camp., *aut quid*, cum aliis.

2. *Minime velit.* Turic. Guelf., *maxime v.*, cum Camp. (nisi quod *nolit*), Voss. 2, Colb.

3. *Aut virium.* Turic. (a pr. manu) *an v.*, cum Alm.

4. *Fide meliore;* sic Turicens. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *m. f.* (vide §§. 15, 41). — Post *meliore* Ald. inserit *sit.* Ed.

5. *Fides præstari.* Turic. Guelf. Camp., *fidem præstare*, cum Goth. Voss. 2, Alm. — *Fidem præstare*, accipiendum pro fideliter se gerere in alicujus rei administratione. Apud Cic. vero in Topic., *fidem dare* interpretantur pro satisdare, et fidejussores præbere. Turn.

6. *Eventus.* Turic. (a pr. manu) *eventum*, cum Almel. An volebat Quint. intelligi *tutorem?*

7. *Procurationis : in foro.* Turic. inserit *quæ* post *proc.* Obr., *p. quæ in f. n. g. etiam e. m. a. e.*

8. *In foro negotiorum gestorum.* Hoc subjiciendo scriptor indicat *male gestæ procurationis* controversiam esse scholasticam.

9. *Inscripti.* Turic. Guelf. Camp., *scripti*, cum omnibus omnino libris ante Capper. cui accessit Gesn. repetitus a Bipp. Si Capper. (quæ est Burmanni Epist., p. 16, criminatio) emendationem sublegit Ærodio ad Declam. 344, ipsi rursus gloriam invidit Gesnerus, ut et sæpius ubi sequitur eumdem, nulla, ut opinor, malignitate ductus, sed Burmannianam reveritus auctoritatem et acrimoniam. Nemo tantus sit in litteris, cujus adversarium laudare reformidemus, sicubi meretur.

10. *Inscripti maleficii.* Genitivum repete ab eo quod intelligitur *causæ* (vide §. 13). Est autem *inscripti maleficii* actio in schola, quod in foro *stellionatus*, docente in Observv. Cujacio (IX, 13; vide eumdem X, 26; it. Turneb. Advers. X, 6); i. e., « fraudis quæ propriam « significationem non habet et in « proprium delicti nomen non ca« dit. » Vide Briss. V. S. Cyrus rhetor in Aldi rhetorr. 1, p. 458, ἄγραφον ἀδίκημα appellat, citante Capperonnerio. Loca Declamm. Quintt. huc pertinentia habes 252, p. 28 seqq.; 344, p. 327 seqq.; 370, p. 371 seq. Vide et Senecam patrem, p. 428.

quæritur, *an inscriptum*[1] *sit?* aut hoc, *an*[2] *maleficium sit?* raro utrumque: *male gestæ legationis*[3] apud Græcos et veris causis frequens: ubi juris loco[4] quæri solet, *an omnino aliter agere, quam mandatum sit, liceat?* et *quousque sit legatus?* quoniam[5] alii[6] in renunciando sunt[7]: ut in Hejo[8], qui testimonium in Verrem dixerat post perlatam legationem. Plurimum tamen est in eo, 37 *quale* sit factum: *reipublicæ læsæ*[9]: hinc moventur

1. *Inscriptum;* sic Capper. Reliqui *scriptum*. Vide V, 4, 2. — Etiam Nicolaus Faber (ad Senecam patr., p. 233, Paris. 1613) reponit *inscripti*. A Flor. autem manifesto exhibetur *an inscriptum* pro vulgato *an scriptum*. — Omnes nostri *scriptum*. Ed.

2. *An inscriptum.... an maleficium.* « Pleræque controversiæ sub « hac lege positæ duas quæstiones « habent: ...*an inscriptum* sit quod « objicitur, et *an maleficium* sit. » Decl. Quint. 252, p. 28.

3. *Male gestæ legationis.* Vide lib. IV, cap. 4, §. 5.

4. *Juris loco.* I. e., nomine quæstionum legalium, ut et mox *juris cavillationes.*

5. *Quoniam.* RR. 7, 10, 11, *quomodo.* Ed.

6. *Alii.* Turic. Guelferb. Camp., *aliæ*, cum Goth. et edd. ante Rusc. quo acc. Ald. Bas. Leid. Gibs. Obr. Non equidem cuiquam credam Alm. dare *alii*, quod conjecit Regius (vide §. 33; item mox). — Omnes nostri *aliæ*. Ed.

7. *Alii in renunciando sunt.* Hoc nemo intelligat. Idonea exemplorum copia, quæ nunc quidem potest e lexicis peti, Burmannus ostendit *renunciare* esse legatorum in patriam reversorum. Adde Drakenb. ad Epitom. Liv. XLVII. Inde ipse efficit *alii in renunciando fiunt*, ut igitur (modo ejus mentem recte capiam) mutentur legati dum renuncient suis. Sed antiqua scriptura quum sit *aliæ*, fuerit hæc fortasse Quintiliani sententia: *quoniam aliæ* (intellige *legationes*) *in nunciando, aliæ in renunciando sunt;* i. e., aliæ legationes continentur nunciando seu perferendo mandata tantum, aliæ renunciando demum finem habent. Et pro *sunt* fortasse reposueris *desinunt.*

8. *Ut in Hejo.* Turic., *et in hoc.* Guelf., *in hoc,* sine *ut.* Camp., *u. i. hoc,* cum Stoer. et recentioribus ante Burm. Sed Goth. (tac. Gesn.) *in eo*, cum Voss. 2, et edd. ante Gryph. exc. Bad. qui cum Gryph., *ut is.* Burmannus ex Alm. affert *et in Hejo* insigni, si vere, a Turicensi differentia (vide modo; item VII, 5, 3). — *Ut in Hejo.* Vide Cicer. in Verr. IV, 8. Referenda autem sunt hæc verba ad « ubi... quæri solet » ita ut « quoniam... sunt » sint parenthesis loco nec structuram afficiant. Alioqui durum fuerit repetere præpositionem *in*, « *in* re- « nunc. » « *in* Hejo, » nec potestate plane eadem.

9. *Reipublicæ læsæ.* Exemplum scholasticæ hujusmodi, citante Bur-

quidem mille juris cavillationes: *quid sit rempublicam lædere?* et, *læserit, an non*[1] *profuerit?* et, *ab ipso, an propter ipsum læsa sit*[2]*?* in facto tamen plurimum[3] inest: *ingrati* quoque; in quo genere quæritur, *an is, cum quo agitur, acceperit beneficium?* quod raro negandum
38 est; ingratus est enim, qui negat[4]. *Quantum*[5] *acceperit? an reddiderit? an protinus, qui non*[6] *reddidit, ingratus sit? an potuerit reddere? an id, quod exigebatur, debuerit*[7]*? quo animo sit?* simpliciores illæ, *injusti repudii*[8], sub qua lege controversiæ illud proprium habent, quod a parte[9] accusantis defensio est,
39 et defendentis[10] accusatio. Præterea, quum quis rationem mortis[11] in senatu reddit, ubi una quæstio est juris,

mann., habes apud Senecam patrem Suasor. 2, p. 21. Sed et apud eumdem, p. 344, 355, 492, 495; adde apud Curium Fortunat., p. Pithœi 40. — *Hinc.* Non dubito quin recte det Gothanus (solus quidem meorum liber) *hic* pro *hinc*. Neque enim *ex* causa hac moventur cavillationes, sed *in* causa, et videtur *movendi* verbum fraudi fuisse librariis, de quo vide III, 6, 10.

1. *Læserit an non;* sic Turicens. cum Alm.; a sec. ille manu *læseritne an*, sine *non*, et sic reliqui.

2. *Læsa sit.* Turic., *læsit*, cum Alm.

3. *Inest.* Turic. Guelferb. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *est*, cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Ald. quo acc. Obr. Burmannus et hic et II, 17, 41, vindicat nostrum exemplis aliorum et hisce ipsis et VI, 3, 12, quibus adde III, 4, 11; IX, 4, 26. Decebat etiam variari, quum modo fuisset « Pl. *est* in eo. » — Nullibi *inest* apud nostros; RR. 7, 11, *interest*. Cæteri *est*. Ed.

4. *Negat... reddiderit;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Alm. et edd. ante Bad. quo acc. Basil. Reliqui *n. an q. a. r.*

5. *Quantum... an.* Sunt duæ quæstiones, nec relativi loco habendum pronomen, sed interrogativi.

6. *Non reddidit;* sic Turic. Guelf. Camp. (nisi quod hic *reddit*) Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Tarv. Ald. Obr. Reliqui *n. reddiderit.*

7. *Exigebatur, debuerit.* Malim inseri *facere*, neque enim de pecunia solvenda agitur. Facile intercidebat.

8. *Injusti repudii.* Ejusmodi controversia est Quintil. Declam. 251, p. 26; 262, p. 67.

9. *A parte.* Turic., *aperte*, cum Goth. Voss. 2. Sed Tarv., *a patre*, ut et Jens. (tacente Gesn.) sed per compendium, quod inveniebat Regius. Nostrum jam Camp. et multi per compendium, velut Guelf. Vide lib. VI, cap. 3, §. 70.

10. *Et defendentis.* Malim *a def.*

11. *Rationem mortis in senatu.* Vi-

an is demum prohibendus sit, qui mori vult, ut se legum actionibus subtrahat; cætera qualitatis : finguntur et *testamenta,* in quibus de sola quæratur, ut in controversia [1], quam supra exposui [2], in qua de parte patrimonii quarta, quam pater dignissimo ex filiis reliquerat, contendunt philosophus, medicus, orator : quod idem [3] accidit, si orbæ nuptias indicant [4] pares [5] gradu, et si inter propinquos de idoneo quæratur [6]. Sed nec omnes mihi

de IX, 2, 85 : « Thema hoc declamatorium est, ductum a Massiliensium lege, apud quos venenum publice servabatur, quod haurire licebat ei, qui in senatu rationem mortis suæ reddidisset. » Vide Valer. Maxim., lib. II, c. 6, ex. 7. » Turneb. i. e. Pseudo-Turneb. : « Fortunatianus in rhetorr. « Pith., p. 50, *reddere causas voluntariæ mortis;* ipse Quint. XI, 1, « 56 : *jus mortis a senatu petere.* » Capper. Ad postremum locum Gesnerus ablegat ad Decl. Quint. 4, p. 65; item 337, p. 299. Huc maxime pertinent ea, p. 300, « de eo « cognoscitur, turpes sint causæ an « ex injuria... fortunæ proficiscan« tur... Aliquis metu judicii mori « vult? dignus est, qui insepultus « abjiciatur. Aliquis conscientia tur« pis alicujus flagitii admissi, prius« quam prodatur, mori vult? di« gnus est, qui insepultus abjicia« tur. Adversus hunc scripta lex « est; hac cavetur de hoc. » De *demum*, vide VI, procem. 11.

1. *Quæratur, ut in controversia*; sic Turic. Guelf. cum Alm. Reliqui inserunt *voluntate* post *qu.* Goth. vicissim omittit *ut in contr.* — Inserunt quoque *voluntate*, Vall. lib. RR. 8, 9, 12, Jens. Ed. — *De sola quæratur*, intellige: *qualitate.* Quum enim *dignissimo* reliquerit, id unice quæritur, quis dignissimus, i. e., *qualis* quisque trium.

2. *Supra exposui.* VII, 1, 38.

3. *Quod idem;* sic et VII, 10, 2; III, 7, 25; V, 10, 62. Aliquot edd. hic quidem *item.*

4. *Indicant;* sic Turic. Guelf. *Judicant,* Camp. *Vendicant,* Gothan. Voss. 2 (vide §. 4; VII, 10, 2), cum Burm. (probante tamen nostrum in Add.) eoque recentioribus. Necessarius conjunctivus et Regius jam vidit producendam penultimam. — *Orbæ... indicant.* Vide §. 24. — Hoc thema declamatorium est ductum ex lege Atheniensium, apud quos appellatur ἐπίκληρος virgo quæ sola hereditatem obtinet, quum sit orba; jus autem erat ut cognati et propinqui ejus nuptias peterent. Turn.

5. *Pares.* Turic., *patres.* Guelf., *partes;* hic etiam *gladii* pro *gradu.*

6. *Et si... idoneo quæratur.* Hic aliam non designari controversiam teneo, sed difficultatem modo novam in eadem τῆς ἐπικλήρου causa, ut ad *idoneo* intelligatur *marito*, quod et Capper. suadet. Fortasse tamen *orbæ* illæ sunt pauperes, virum petentes; hic inter *propinquos* quæritur quem maxime deceat opulentam heredem ducere.

40

persequi materias in animo est (fingi enim adhuc possunt), nec communes sunt earum quæstiones[1], quia positionibus[2] mutantur: hoc tantum[3] admiror, Flavum[4], cujus apud me merito[5] summa est auctoritas, quum artem scholæ tantum componeret, tam anguste
41 materiam qualitatis terminasse[6]. Quantitas quoque, ut

1. *Earum quæstiones.* Hic quidem *quæstionum* nomine contineri non puto solas *juris* quæstiones, sed omnino id designari, quod alioqui *status* vocabulo.

2. *Positionibus.* Vide II, 10, 15, sed eo discrimine, quod ibi magis tota materia intelligitur, hic additæ singulis περιστάσεις, quod monet Capper.

3. *Tantum.* Malim *tamen.*

4. *Flavum.* Turic., *flavom.* Reliqui *Flavium.* Vide II, 14, 2. Virginium hic intelligi nequaquam dubito, et plane sum in ea sententia, ut omnibus Qu. locis, ubi *Flavii*, ut nunc est, mentio, agnoscam unum et solum Virginium Flavum, rhetorem; neque enim quidquam in iis tangitur, quod non optime conveniat in librum rhetoricum vel rhetorem. Fateor consensum illum Senecæ et Quintiliani de vocabulo *essentia* valde premi et prope elidi ab hac animadversione; sed et alioqui satis contorte ex Flavio, vel Flavo Quintilianeo, efficitur ille Senecæ Fabianus et tutius opinor, modestius certe, diversa tradi tenebimus de auctore vocis *essentia*, quam unum ad alterum copulandis et coacervandis nominibus adigemus. Mos fuisse videtur veteribus receptus, ut in eodem homine nunc usurparent nomen, nunc cognomen, maxime ad variandam orationem (qualis est locus Taciti Ann. XV, 71, 6, satis leviter nunc sollicitatus a novissimis editoribus). Rhetorem illum celeberrimum simul atque agnovimus (vide III, 1, 21), jam nulla dubitatio in *Flavo*, pro quo *Flavium* nemo nobis obtrudat. Et Turic. quidem XI, 3, 126, iterum *flavos* dat, mira archaïsmi constantia (vide I, 7, 26). Vide et VIII, 3, 33. — *Flavum.* Idem est quem modo §. 24, appellaverat nomine gentili *Virginium.* Hunc ergo miratur Quint., tam paucas scholasticas, quum tamen scholis scriberet, subjecisse statui qualitatis. Neque est quod pugnare putes hunc cum illo loco, ubi parum recte qualitatis tantum statui subjungere quatuor illas materias scholasticas dicebatur Virginius. Illam jam reprehensionem omisit Quint. expositam ad §. 26, finem usque. Mox recensum agens scholasticarum, quæ sub qualitatem cadant, negat tamen sibi omnes persequendas, sed parum multas a Virginio relatas testatur.

5. *Cujus... merito summa.* Turic., *c. me summa.* Alm. *apud* habere negatur; a sec. manu ille *c. merito s.*, et sic Guelf. Camp. cum Gothan. Voss. 2. Equidem Quint. manum sic restituo: *c. apud me s.* sine *merito*, quod cum illo *apud me* dedecet Qu. orationem. — Florentinus id ipsum dat, quod optabat Spald. *cujus apud me summa*, sine τῷ *merito.*

6. *Qualitatis terminasse.* Turic.

dixi[1], plerumque, etiamsi[2] non semper, plerumque tamen[3] eidem[4] subjacet, seu modi[5] est, seu numeri: sed modus aliquando constat æstimatione facti, *quanta sit culpa, quantumve beneficium?* aliquando jure, quum id in controversiam venit, *qua quis lege puniendus, vel honorandus sit? Stuprator decem*[6] *millia dare*[7] *debeat*, 42 quæ pœna huic crimini constituta est, *an, quia stupratus se suspendit, capite puniri, tamquam causa*[8] *mortis?* quo in genere falluntur, qui ita dicunt, tamquam inter duas leges quæratur: nam in decem[9] millibus nulla controversia est, quæ nec petuntur[10]. Judicium redditur, 43 *an reus causa sit mortis?* in conjecturam quoque eadem species cadit, quum *perpetuo*[11], *an quinquennali, sit*

(a pr. manu), *qualitati sunt minasse*. Alm. variare tantum narratur dando *minasse*.

1. *Ut dixi*. §. 16.

2. *Dixi, plerumque etiamsi;* sic Turic. Guelf. Camp. Gothan. Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. 2. Vall. et edd. ante Burman. exc. Basil. Reliqui omittunt *plerumque* iterationem gravati, quam nonnihil ad ornatum facere recte monet Bad.

3. *Plerumque tamen;* sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tacente Gesn.) cum veteribus. Basil. primus *t. p.* (vide 34, 44). Reliquas edd. varietates prætereo.

4. *Eidem*. Turic. Guelf., *item*. Camp., *recte*, cum Goth. Vall. (nisi quod *recto*) Voss. 2. Mox Jens. et vett. edd. jungunt utrumque.

5. *Modi... numeri*. Turic. (a pr. manu *modis*) Guelf. Camp., *modus... numerus*, cum Goth. (tac. Gesn.) Voss. 2.

6. *Stuprator decem;* sic Turic. Guelf. cum Goth. Alm. Voss. 2, et edd. ante Gryph. Camp. non notavi. Reliqui inserunt *an*, quod Basil. amandat ante *Stuprator* (vide §. 22).

7. *Millia dare*. Turicens. (a sec. manu) Guelf. Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, inserunt *an*. — *Decem millia dare*. Vide IV, 2, 69. — Phrasis hæc est Latinis peculiaris, in qua subintelligere debemus assium vel æris. Hoc est circa 300 Gall. libr. Turn.

8. *Causa*. RR. 7, 10, 11, *causam;* male, ut patet: irrepsit illa *m* ex vicinitate alterius *m* initio *mortis*. Ed.

9. *In decem;* sic Turic. (a pr. quidem manu omittit præpositionem) Guelferbytanus (nisi quod præmittit etiam *ut*) Camp. cum Gothano, Voss. 2, Obrechto. Reliqui *de d*. Vide VII, 2, 15.

10. *Nec petuntur*. Turic., *non p.* cum Obr. Non placet. — Præterea R. 11, *et petuntur*. Ed.

11. *Quum, perpetuo*. Goth., *num p.* cum Voss. 2.

exsilio multandus? in controversiam venerit[1]; *num*[2] *prudens cædem commiserit?* quæritur: illa quoque, quæ ex
44 numero ducitur, pendet ex jure: *An Thrasybulo triginta præmia*[3] *debeantur?* et, *quum duo fures pecuniam abstulerunt, separatim quadruplum quisque, an* [4]*duplum debeat?* sed hic quoque factum[5] æstimatur, et tamen[6] jus ipsum pendet ex qualitate.

1 CAP. V[7]. Qui neque fecisse se negabit[8], neque aliud esse, quod fecerit, dicet, neque factum defendet, necesse est, in suo jure consistat: in quo plerumque *actionis* est *quæstio*[9]: quæ non semper eadem est, ut[10] quidam
2 putaverunt: nam et judicium[11] antecedit, qualia sunt

1. *Venerit;* sic Turicens. Guelf. CAMP. cum libris omnibus ante Gesn. qui e Goth. solo *venit*.

2. *Num.* Turic. (a pr. manu), *nam*. Non expedita quidem est hæc tota §. Gesnerus aliquid juvare ratus scribendo *venit* accommodate ad illud quod mox est *quæritur*, duriritiem structuræ nimis abruptæ non sustulit. Equidem Turic. secutus hæc eruam: *cadet* (quod mollius videtur relate ad futur. exactum *venerit*) *c. p. a. q. e. s. m. i. c. venerit. nam p. necne c. c. quæritur*. Nisi forte post *nam* malis inserere *an*, omisso mox *necne*. Sed insuavior ista ratio. *Ea species* autem tenendum plane est ut referatur ad *quantitatem*.

3. *Thrasybulo triginta præmia.* Vide III, 6, 26. — Thrasyb. sustulit triginta tyrannos qui a Lacedæmoniis urbi Athenarum impositi fuerant. TURN.

4. *Quadruplum... an duplum.* « Tractat hanc speciem vir summus « Bynkersh. Obss. 5, 8 (p. 143, vol. « I) », Gesnerus. — Ex jure civili fur manifestarius *quadruplum* solvere debet, non manifestarius duntaxat *duplum*. Si duo igitur, quum furarentur pecuniam, deprehensi sunt, quæstio est an uterque *quadruplum* solvere debeat. TURN.

5. *Quoque factum;* sic Turicens. Guelf. cum Obr. Reliqui *f. q.* (vide §. 41; VII, 8, 1). — *Factum*. i. e. qualitas facti. Vide §. 32.

6. *Jus*. i. e. juris quæstio, vel legalis quæstio.

7. Cap. V. Hic R. 10, CAMP. And. caput non distinguunt. ED.

8. *Negabit.* Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.), *negavit*. CAMP. Tarv., *negaverit*. Correxit Regius.

9. *Actionis... quæstio*. Vide V, 13, 8.

10. *Quæstio... ut quidam*. Turic., *quæ quæstio* (et sic etiam Guelf.) *ea non semper est ut quid*. a sec. manu *eadem*, et sic hac parte etiam CAMP.

11. *Putaverunt... judicium*. Tur. Guelferb. CAMP. interjecta omittunt cum Voss. 2, Gothan. et edd. ante Ald. Regius inseruit. Exploratum mihi non est, an in Codd. sit *est* ante

præturæ curiosa[1] consilia[2], quum de jure accusatoris ambigitur; et in ipsis frequentissime judiciis versatur: est enim[3] duplex ejus disceptationis conditio, quod aut *intentio*, aut *præscriptio*[4] habet controversiam: ac fuerunt, qui præscriptionis statum[5] facerent, tamquam ea non iisdem omnibus, quibus cæteræ leges, quæstionibus contineretur. Quum ex præscriptione[6] lis pendet, de 3
ipsa re quæri[7] non est necesse: [8]ignominioso [9]filius præscribit[10]; de eo solo[11] judicatio est, *an liceat?* quoties tamen poterimus, efficiendum est, ut de re[12] quoque

ut quidam, sed esse puto, quum defectus vocis notetur nullus. Suspicor tamen Quint. manum hanc fere fuisse: *est quæstio. Ea non semper, ut quidam putaverunt, judicium antecedit q.... ambig. et* (nisi forte malis *sed et*, vel *etiam*) *in ipsis, etc.*

1. *Præturæ curiosa.* Turic. (a pr. manu), *prætoræ curosa.*

2. *præturæ curiosa consilia.* « Deliberat enim prætor, an det actionem petenti, et quam det. » Gesnerus. — Quum autem de his rebus maxima cura prætor deliberet, *curiosa* dicuntur *consilia.* Ed.

3. *Est enim.* Nexum parum assequor, et malim *e. autem.* Vide V, 14, 7.

4. *Intentio... præscriptio;* sic opponuntur *intentio* (accusatoris) et *depulsio* (defensoris), VI, 4, 2. *Præscriptio* enim inservit depellendo, de qua ipsa vide III, 6, 72, ubi eadem fere leguntur, quæ continuo hic habes.

5. *Præscriptionis statum.* Ex hoc liquet Fabio non esse statum *translationem*, sed duntaxat quæstionem quamdam: itaque in *præscriptione* reperiuntur omnes *status legales.* Vide Fab. lib. III, cap. 8. Turn.

6. *Præscriptione.* Turic., *præstine.* Guelf., *pstine.*

7. *Re quæri.* Turic. Guelf., *requiri*, cum Jens. Tarv.

8. *Ignominioso.* Vide VII, 1, 8. Recte autem monet Capper. *patri abdicanti* hoc modo *præscribi*, ut mox ad *liceat* sit intelligendum *agere abdicationis causam*, ea enim sola est in scholis patrum adversus filios. Sic et Decl. Quint. 346, pater filio præscribit alia, quam dementiæ, controversia cum eo acturo, quæ sola est filiorum adversus patres. Hujus maxime exempli est Decl. 250, ubi itidem ignominioso præscribitur, etsi non patri. Sed ipsa nostra causa III, 6, 77.

9. *Ignominioso filius;* sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Vall. Alm. (quum tamen in Turic. nihil notetur. Vide VII, 4, 36; VII, 6, 11) cum edd. ante Rusc. quo acc. Bad. Reliqui inserunt *patri*, jubente Regio. — *Patri* non reperimus. Omitti potest, quia includitur in τῷ *filius.* Ed.

10. *Præscribit.* Turic. Guelf., *describit.*

11. *Solo.* Tur. Guelf. Camp., *loco*, cum plurimis. Regius correxit.

12. *Re;* sic Turic. a pr. manu, a

bene sentiat: sic enim juri nostro libentius [1]indulgebit: ut in[2] sponsionibus[3], quæ ex interdictis[4] fiunt, etiamsi non proprietatis est quæstio, sed tantum possessionis: tamen non solum possedisse nos, sed etiam nostrum
4 possedisse, docere[5] oportebit. Sed frequentius etiam quæritur de *intentione: vir fortis optet, quod volet:* nego illi dandum, quidquid optaverit: non habeo præscriptionem, sed tamen voluntate contra verba, præscriptionis modo, utor: in utroque autem genere[6] status
5 idem fit[7]. Porro *lex* omnis aut *tribuit,* aut *adimit,* aut *punit,* aut *jubet,* aut *vetat,* aut *permittit:* litem habet aut *propter se* ipsam, aut *propter*[8] *alteram*; [9]quæstionem aut *in scripto,* aut[10] *in voluntate*: in scripto, aut *aper-*
6 *tum* est, aut *obscurum*, aut *ambiguum.* Quod de legibus dico, idem accipi volo de testamentis, pactis, stipulationibus, omni denique scripto: idem de voce: et, quo-

sec. *reo*, ut et Guelf. Camp. cum aliis et edd. ante Rusc.

1. *Sentiat... indulgebit*, scil. judex, qui subauditur satis ἀπὸ κοινοῦ.

2. *Ut in*. Turicens. Guelf. Camp. omittunt *ut* cum Goth.

3. *In sponsionibus*. H. e. in litibus, quæ fiunt interveniente sponsione, qualis est apud Ciceronem, citante Gesnero, pro Cæcin. c. 8, qui et ad Briss. ablegat de Form. p. 348. De *interdictis*, vide III, 6, 71, et *sponsiones*, vide II, 10, 5.

4. *Interdictis*. Interdicta prætoria sæpenumero fiunt de possessionibus, ut docet Justinianus; igitur si quis a te petat fundum, utarisque præscriptione, dicens non posse in te actionem hoc nomine institui, quod diu fundum possederis, optimum tamen erit ut etiam te proprietarium, nec solum te possessionis jure tuearis. Turn.

5. *Docere*. Turic. Guelf. Camp. omittunt cum Goth.

6. *In utroque... genere*. « Id est, « sive ipsa *intentio*, sive *præscriptio* « controversiam habeat. » Capper. Res autem ipsa est eadem, de qua disputatur III, 6, 70 seqq.

7. *Idem fit*. Turic. (a pr. manu), *sit*, quod invenit Regius, et fortasse præstat.

8. *Litem... alteram*. Lex *habet litem*, i. e. liti dat occasionem vel *propter se ipsam*, si quæratur quomodo interpretanda sit; vel *propter alteram*, si cum altera pugnare videatur. Ed.

9. *Quæstionem;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 2, et edd. ante Rusc. Reliqui *Quæstio est*, jubente Regio.

10. *In scripto, aut*. Turic. (a pr. manu), *in scriptum aut*. Malim *scriptum* omissa præpositione.

niam [1] quatuor ejus [2] generis quæstiones, vel status facimus [3], singulos percurram.

Cap. VI [4]. *Scripti et voluntatis* frequentissima inter 1
consultos [5] quæstio est, et pars magna controversi [6] juris hinc pendet: quo minus id in scholis accidere mirum est, ubi etiam ex industria fingitur: ejus genus unum est, in quo et de *scripto* et de *voluntate* quæritur. Id tum acci- 2
dit, quum est in lege aliqua obscuritas, et in [7] ea aut uterque [8] suam interpretationem confirmat [9], adversarii subvertit: ut hic [10], *Fur quadruplum solvat: duo surripuerunt pariter decem millia; petuntur ab utroque quadragena; illi postulant, ut vicena conferant:* nam et actor dicit, hoc esse quadruplum quod petat, et rei [11] hoc, quod offerant: voluntas quoque utrinque defenditur. Aut [12], quum 3
de altero intellectu certum est, de altero dubium: *ex meretrice* [13] *natus ne concionetur: quæ filium habebat,*

1. *Quoniam.* Vall. lib. RR. 8, 9, 10, Camp., *quomodo.* Ed.

2. *Ejus;* sic Turic. Guelf. Camp. cum edd. ante Basil. Reliqui *hujus.*

3. *Facimus.* Malim *fecimus* (Ita VII, 10, 2. Turic. a pr. manu *fecit* pro *facit*). Divisit autem legitimarum quæstionum genus in quatuor species III, 6, 68, remota translatione, ut et Hermagoras ibid. §. 61. Vide VII, 10, 9.

4. *Cap.* VI. Caput non distinguunt R. 10, Camp. Andr. Ed.

5. *Consultos.* R. 13, *jureconsultos.* Ed. — *Consultos;* sic dici non addito *juris* docet Brissonius h. v.

6. *Controversi;* sic Turic. (a pr. manu) cum Alm. Reliqui *controversiæ.*

7. *Obscuritas et in.* Turic. Guelf. Camp. Gothan. Jens. (tac. Gesn.) omittunt *et* cum edd. ante Rusc. quo acc. Ald. Nec tamen hoc invexit Regius. Si mox pro *aut uterque* legamus *autem u.* facile earebimus τῷ *et.* Sed alia inde difficultas.

8. *Aut uterque. Aut* referri debet ad §. 3. *Aut quum,* etc., quamquam non plane congruit structura, ubi prius *quum* ponitur sine *aut,* in altero membro cum eodem.

9. *Confirmat, adversarii;* sic Turic., a sec. tamen manu inserit *aut,* cum plurimis, nisi quod Goth. Voss. 2, cum Gesn. Bip. *et.*

10. *Ut hic.* Videbatur sibi adhuc versari in loco VII, 4, 44.

11. *Rei.* RR. 9, 11, omittunt. Camp., *reus.* Ed.

12. *Aut, quum.* Guelf., *ut quum.*

13. *Ex meretrice... ne concionetur.* Hoc statutum habet Hermogenes p. 16. τὸν ἐξ ἑταίρας μὴ λέγειν. Similis lex III, 11, 13. Illa quidem Athenien-

prostare cœpit : prohibetur adolescens concione : nam de ejus filio, quæ ante partum meretrix fuit, certum est[1]; an eadem hujus causa sit, dubium est : quia ex
4 hac natus, et hæc meretrix est. Solet et illud [2]quæri, quo referatur, quod scriptum est, *Bis de eadem re sit actio:* id est, hoc *bis* ad actorem, an ad actionem[3]? hæc ex jure obscuro : alterum genus est ex manifesto : quod qui[4] solum viderunt, hunc *statum plani*[5] *et voluntatis* appellarunt[6] : in hoc altera pars scripto nititur, altera
5 voluntate. Sed contra scriptum tribus generibus occurritur : unum est, in quo semper id servari[7] non posse ex ipso patet : *liberi parentes alant*[8], *aut vinciantur* : non enim alligabitur infans : hinc[9] erit ad alia transitus, et
6 divisio, *num quisquis non aluerit? num hic?* [10]Propter

sium fuit, vid. Æsch. in Timarch. p. 55. Rsk. τὰ πατρῷα κατεδηδοκώς, et ea ipsa cujus actio est in Timarchum τὸν πεπορνευμένον ἢ ἡταιρηκότα μὴ δημηγορεῖν huic nostræ in scholas inferendæ occasionem fortasse fecit.

1. *Meretrix fuit, certum est.* Turicensis *m. est c. fuit.*

2. *Quæri.* Turic. Guelf. omittunt. Absorptum hoc a *quo re.*

3. *an ad actionem.* Turic. omittit *ad* cum Alm. (ut et mox c. 7, 7, bis cum Guelf.). Burm. ablegat ad VI, 3, 11, recte ille. — *Bis... actio.* Vide Decl. Quint. 266, p. 80.

4. *Quod qui.* Turic. *qui* omittit, a secunda autem manu *quod* et sic Guelf. Camp. cum multis. Apparet origo erroris.

5. *Plani.* Quo sensu dicimur *planum* aliquid *facere*, quod manifesto ostendimus, hic quoque appellatus videtur status, de quo agimus *expressi*, ejus quod disertis verbis declaramus, *et* occultæ, quæ sub verbis latet, *voluntatis.*

6. *Appellarunt;* sic Turic. Guelf. Camp. Goth. (tac. Gesn.) Reliqui *appellaverunt.*

7. *Semper id servari;* sic Camp. Reliqui fere *semper* post *serv.* et multum fluctuant libri in ordinandis hisce.

8. *Liberi parentes alant.* Vide VII, 1, 55.

9. *Hinc.* Turic. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *hic*, cum edd. ante Rusc. exc. Camp. Lubricum hic quidem de scriptura judicium. Vide VII, 4, 37.

10. *Propter hoc.* Non satis apparet hujus consilii ratio. Eruas sane : « ne igitur nimis facilem habeant « studiosi tractationem, solent qui- « dam præceptores ejusmodi propo- « nere themata, quorum argumenta « ipsis causæ finibus coerceantur. » Sed obscurius hoc indicatur abrupto illo *propter hoc* (vide not. inf.).

hoc proponunt[1] quidam tale genus controversiarum, in quo nullum argumentum est, quod ex lege ipsa peti possit, sed de eo tantum, de quo lis est, quærendum sit: *peregrinus*[2], *si murum ascenderit, capite puniatur: quum hostes murum ascendissent, peregrinus eos depulit: petitur ad supplicium.* Non erunt hic separatæ quæstiones, *an quisquis? an hic?* quia nullum potest afferri argumentum contra scriptum vehementius eo, quod in lite est: sed hoc tantum[3], *an ne servandæ quidem civitatis causa?* ergo et æquitate et[4] voluntate pugnandum: fieri tamen potest, ut ex aliis legibus exempla ducamus, per quæ appareat, semper stari scripto non posse: ut Cicero *pro Cæcina*[5] fecit. Tertium, quum in ipsis[6] verbis legis reperimus aliquid, per quod probemus, aliud legumlatorem voluisse[7], ut in hac controversia: *Qui* 7 8

Etiam hoc tenendum interpreti, designari hic alterum genus, quo contra scriptum occurritur, eoque minus idoneum *propter hoc.*

1. *Proponunt.* Turic. Guelf. omittunt cum Vall. et Voss. 2. Sed Goth. hic quidem etiam omittit, quum habuisset antea loco τοῦ *propter* et sic Camp. nisi forte bis habet *proponunt.* An fuit *præter hoc prop.?* Obr. ratio post *propter hoc* interrogationem signantis, novamque sententiam ordientis a *proponunt* non ferenda.

2. *Peregrinus.* Vide IV, 4, 4. Sed ipsum exemplum est apud Hermogenem, pag. 16. Benedictus Ægius Spoletinus ad Aldinam secundam in Vaticana bibl. hæc allevit ex Aristot. Rhet. I, 13, 14, p. Buhl. 144: ἀνάγκη ἁπλῶς εἰπεῖν· ὅστις κἂν δικαίως ἔχων ἐπάρηται τὴν χεῖρα, ἢ πατάξῃ, κατὰ μὲν τὸν γεγραμμένον νόμον ἄνομός ἐστι καὶ ἀδικεῖ, κατὰ δὲ τὸ ἀληθὲς οὐκ ἀδικεῖ. Apparet vestigium nostræ ipsius controversiæ.

3. *Hoc tantum.* Displicet neutrum *hoc* ita absolute positum, neque enim referri debet ad *argumentum.* Malim itaque *hæc*, ut respiciat ad *quæstiones.*

4. *Ergo et æquitate et.* Turicens. Flor., *e. æquitem et*, a sec. manu uterque *e. et si quid est ex*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. — *Et æq. et voluntate.* Fortasse melius abfuerit prius *et*, neque enim magna diversitas hic *æquitatis* et *voluntatis*, quæ intelligitur *legumlatoris.*

5. *Cicero pro Cæcina*, a capite inde 14, sed præsertim 18, 19.

6. *In ipsis.* Turicens. Flor. Guelf. (hic etiam *quum*) Camp. omittunt præpositionem cum Jens. Tarv.

7. *Voluisse.* Turicensis, Florentinus (a prima manu uterque) *fuisse*, cum Almelovenio.

nocte cum ferro deprehensus[1] *fuerit, alligetur: cum annulo ferreo inventum magistratus alligavit:* hic quia est verbum in lege *deprehensus*[2], satis etiam significatum
9 videtur, non contineri lege, nisi noxium ferrum: sed ut, qui voluntate nitetur, scriptum, quoties poterit, infirmare debebit: ita[3], qui scriptum tuebitur, adjuvare se etiam voluntate tentabit: in testamentis et illa accidunt, ut voluntas manifesta sit, scriptum nihil sit: ut in judicio Curiano[4], in quo nota L. Crassi et Scævolæ
10 fuit contentio: *substitutus heres erat, si postumus ante tutelæ suæ*[5] *annos*[6] *decessisset: non est natus:* propinqui bona sibi vindicabant: quis dubitaret, quin ea voluntas fuisset testantis, ut is non nato filio heres esset, qui
11 mortuo? sed non[7] scripserat. Id quoque, quod huic contrarium est, accidit nuper, ut esset scriptum, quod appareret scriptorem noluisse: *Qui*[8] *sestertium*[9] *numum quinque millia legaverat, quum emendaret*[10] *sublatis sestertiis numis, argenti pondo posuit*[11], *quinque millia*

1. *Deprehensus;* sic Jenson. Adl. *Deprehensum* cæteri. Ed.

2. *Deprehensus.* Verbum *deprehendi* apud Latinos in malam semper partem accipitur, quum quis scilicet in scelere aut facinore deprehenditur. Inde igitur colligitur sententia legislatoris. Turn.

3. *Ita.* Turic. Flor. Guelf. Camp. omittunt cum Goth. Voss. 2.

4. *In judicio Curiano.* Vide Cic. de Or. I, 39; II, 32, pro Cæc. c. 18.

5. *Suæ.* Plerique nost. omitt. Ed.

6. *Ante tutelæ suæ annos.* Cic. de Orat. I, 39, « antequam in *suam* « tutelam venisset. »

7. *Sed non;* sic Turicens. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Obr. Reliqui inserunt *hoc.*

8. *Sestertium.* Libri mei ante Jens. omnes (exc. Goth.) *sestertia* vel *sextertia.* Vide IX, 2, 47.

9. *Numum.* Omnes nostri *nummum.* Ed.

10. *Emendaret sublatis;* sic Turic. Guelf. Reliqui inserunt *testamentum.* — Inserunt quoque Vall. lib. a sec. manu antiq. RR. 7, 8, 9, 11, 12, Camp. Andr. Jens. Ald. Ed.

11. *Argenti pondo posuit.* Turic. omittit *pondo* pro eoque habet *ue* suprascriptum voci *posuit* præmissa littera, quæ legi vix potest. Alm. dare narratur *a. pondere pos.* Et sic Flor. sed a sec. manu *a. pondera quæp.* Guelf., *argentique pos.* Camp., *a. pondo quæ pos.* Goth., *a. pondoque p.*, cum Voss. 2.

manserunt[1]: apparuit tamen, *quinque pondo* dari[2] voluisse: quia[3] ille in argento legato modus[4] et inauditus erat, et incredibilis. Sub hoc etiam[5] statu generales sunt 12
quæstiones, *scripto*, *an voluntate standum sit? quæ fuerit scribentis voluntas?* tractatus[6] omnes qualitatis aut conjecturæ, de quibus satis dictum arbitror.

CAP. VII. Proximum est *de legibus contrariis* dicere, 1
quia inter omnes artium scriptores constitit[7], in *Antinomia*[8] duos esse *scripti* et *voluntatis* status; neque immerito: quia, quum lex legi obstet[9], et utrinque[10] contra scriptum dicitur, et quæstio est de voluntate: in[11] utraque id ambigitur, *an utique illa lege*[12] *sit utendum?* Omnibus 2

1. *Manserunt;* sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) CAMP. cum Voss. 2. Reliqui *remanserunt.*

2. *Quinque pondo dari.* De *pondo*, vide I, 5, 15, et Gronov. de Pec. vet. p. 33, ubi docet *millia* sic strui, ut intelligatur *librarum.*

3. *Quia.* Turic. Flor. Guelf. CAMP., *quæ*, cum Jens. Tarv.

4. *Legato modus.* Turicens. Flor. (hic a prima manu), *legi timodus.* Guelf., *legittomo diis.* Suspicor verum esse: *legati m.*

5. *Etiam.* RR. 7, 11, omittunt. ED.

6. *Tractatus.* Quæcunque huc adhibentur argumenta, nullo alio fonte peti possunt, quam ut aut verisimilia doceas esse, quæ dicas, quod est *conjecturæ*, aut justa, quod est *qualitatis.* De his autem egit c. 2, 4; *tractatus* vide et V, 12, 7; VII, 8, 7.

7. *Constitit.* Turic. Guelf. Flor., *consistit* cum Jens. Tarv. sed CAMP., *consistat* et sic Alm. (vide VII, 6, 11; item hic 4). Nostrum Obr. sed et Leid. sic alicubi legi testatur. Reliqui *constat.*

8. *Antinomia.* Quum in antinomia, i. e., legum oppositione, utraque pars legem afferat suam, duplex est scriptum, sed pro sententia legis observanda utriusque, quoque oppugnatur. Est igitur duplex *scriptum* et *sententia.* TURN.

9. *Obstet, et;* sic Turic. (a sec. manu) Guelferb. cum Obr. Reliqui omittunt *et.*

10. *Et utrinque... et.* Ambigas, utrum melius ordinetur *utrinque et... et.*

11. *In utraque.* Non satis constitutum habeo, quo referendum sit femininum hoc; nam ad *legem* vix probo. *Quæstionem* quidem facile intelligas, ut sit utrique litigatorum sua de voluntate quæstio: sed ne hoc quidem placet. Nisi forte tricis hisce imprudens irretior, et caligo ad lucem, satius duxerim reponere *in utroque*, quod aut sit neutrum designans partim quæ dicuntur contra scriptum, partim quæ de voluntate quæruntur, aut masculinum, spectans ad *duos status.*

12. *Illa lege.* Obr., *ita l.* malo.

autem manifestum est, nunquam esse legem legi contrariam jure ipso; quia, si diversum jus esset[1], alterum altero abrogaretur[2]; sed eas casu[3] collidi, et eventu: colliduntur autem aut[4] *pares inter se;* ut, si optio tyrannicidæ et viri fortis comparentur, utrique data, quod velit, petendi potestate; hic *meritorum, temporis, præmii* collatio est: aut *secum ipsæ*[5], ut duorum fortium, duorum tyrannicidarum, duarum[6] raptarum: in quibus non potest esse alia quæstio, quam temporis, *utra prior* sit: aut qualitatis[7], *utra justior*[8] sit *petitio.* Diversæ quoque leges confligunt, aut similes:[9] *diversæ*, quibus etiam citra adversam legem contradici possit, ut in hac controversia, *Magistratus*[10] *ab arce ne discedat*[11], *Vir fortis optato, quæ volet*[12], vel alia nulla ob-

1 *Jus esset.* Turic. Guelf. Camp., *jussisset* cum Alm. Voss. 2, Goth. Vall. et edd. ante Ald. Correxit Regius.

2. *Abrogaretur.* Turic. (a pr. manu) *obrogaretur,* mero errore ob *o* antecedens.

3. *Casu.* Vall. lib. a sec. manu, antiq. R. 12, *usu.* Non spernenda lectio. Ed.

4. *Aut.* R. 9, Camp., *ut.* Non male. Ed.

5. *Secum ipsæ.* Est enim apud declamatores *ut rapta eligat raptoris indotata nuptias aut mortem.* Si quis igitur eadem nocte duas rapuerit quarum altera nuptias optet, altera mortem, *antinomia* erit. Turn.

6. *Duarum.* Turic. Guelf. Camp. Gothan. (err. Gesn.) omittunt cum Almel. Voss. 2, Vall. et edd. ante Bad. Rectissime inseruit Regius.

7. *Aut qualitatis.* Turic. Guelf. Camp., *an q.*, cum edd. ante Ald. exc. Veneta.

8. *Justior.* Turic., *istorum,* cum edd. ante Ald. (exc. Camp. et Venet.) Guelf., *istarum.* Goth. Vall. nostrum, quod hinc petiisse Regium arguit Bad.

9. *Similes: diversæ.* Turic., *similia ut duæ.* (Alm., *simil: desiversæ ut duæ.* Vide §§. 1, 5); a sec. manu *similes aut duæ,* et sic Guelf. Camp. cum Gothan. Voss. 2, et edd. ante Ald. Correxit Regius.

10. *Magistratus.* Recte videtur monere Capper. *magistr.* hic intelligi στρατηγὸν, qualis antiqua fuit *prætoris* significatio.

11. *Discedat.* Turic., *discordat.*

12. *Optato, quæ volet.* Turicens. omittit. Contra Guelf. hæc ignorat: *vel al. nul. obst.*, cum Bal. et edd. aliquot apud Burm. Sed Camp. et Guelf. nostra hoc ordine *quæ volet optato;* unde aliqua intercidendi occasio apparet. — Præterea RR. 7, 11, omittunt etiam *vir fortis.* Ed.

stante[1] quæri potest, *an, quidquid optarit, accipere debeat?* et in magistratu[2] multa dicentur, quibus scriptum expugnatur, *Si incendium in arce fuerit, si in hostes decurrendum*[3]: *Similes*[4], contra quas nihil opponi potest, nisi lex altera: *Tyrannicidæ imago in gymnasio ponatur*: contra, *Mulieris imago*[5] *in gymnasio ne ponatur*[6]: *Mulier tyrannum occidit*: nam neque mulieris imago ullo alio[7] casu poni potest, neque tyrannicidæ ullo alio casu summoveri[8]. *Impares* sunt, quum alteri multa opponi[9] possunt, alteri nihil[10], nisi quod in lite est, ut, quum *vir fortis impunitatem desertoris petit*: nam contra legem viri fortis, ut supra ostendi, multa dicuntur: adversus desertores scripta non potest, nisi optione[11], subverti: item, *confessum*[12] est ex utraque

1. *Vel... obstante.* Hæc omittit R. 10. Ed.

2. *In magistratu;* sic Turic. Guelf. Camp. Flor. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. Reliquæ *a m.* jubente Regio. Vide VII, 4, 42.

3. *Hostes decurrendum.* Turicens. (a pr. manu) *nostris recurr.* Alm., *nos. rec.* Verbum autem *rec.* scribitur in omnibus ante Obr. An fuit *in armis decurr.?* Vide VI, 3, 90.

4. *Similes.* Omittunt MSS. mei omnes (de Goth. tac. Gesn.) et edd. ante Ald. cum Voss. 2, Vall. et Bad. Inseruit Regius, sensu, si quid video, exigente, neque tamen sine audacia. Vide modo *diversæ* §. 4. —Nostri quoque omittunt. Ed.

5. *In gymnasio ponatur: contra, mulieris imago.* Turic. Guelf. omittunt. Regius inseruit, et habet jam Locat. sed et Camp. et Vall. ascripta hæc verba ab eadem manu, item Goth. Voss. 2, nisi quod *non* uterque pro *ne* (tac. Gesn.).

6. *Tyrannicidæ... ponatur.* Sunt hæ leges declamatoriæ. Ed.

7. *Imago ullo alio.* Turic., *i. nulla al.* (Alm., *ulla a.* Vide §§. 4, 9); a sec. manu *i. nulla a.*, et sic Camp. cum edd. ante Ald. Sed Camp. et mox *nullo.*

8. *Summoveri;* sic Camp. et edd. ante Burm.

9. *Multa opponi.* Turic. Guelf. Camp. Flor., *m. quæ poni.* Obr., *m. quæ opponi.* Nostrum Gothan. (tac. Gesn.) Voss. 2. Reliqui *m. sunt quæ opponi.*

10. *Alteri nihil.* Turic. Guelferb. inserunt *si*, cum Jens. Tarv.

11. *Optione.* Turic. a sec. manu *optionem*, et sic multi. Guelf. etiam *opinionem.* Vide lib. VII, cap. 1, §. 22. Sed mox *subvertit* omnes edd. ante Reg. et Ald. — Nostri *optionem.* Ed.

12. *Confessum.* Tur. Guelf., *conversum* (in illo quidem videbatur erasa syllaba *tro*) cum Alm. *Con-*

parte jus[1], aut *dubium*: si *confessum*[2] est, hæc fere quæruntur: *Utra lex potentior*[3]*? ad deos*[4] *pertineat, an ad homines? ad rempublicam*[5]*, an ad privatos? de honore, an de pœna*[6]*? de magnis rebus, an de parvis? permittat,* 8 *an vetet, an imperet*[7]*?* Solet tractari et, *utra sit antiquior: sed vel potentissimum*[8]*, utra minus perdat?* ut in desertore, et viro forti, quod illo[9] non occiso lex tota tollatur; occiso, sit reliqua viro forti alia optio: plurimum tamen est in hoc, *Utrum fieri sit melius, atque*[10] *æquius?* de quo nihil præcipi, nisi proposita ma- 9 teria, potest. Si *dubium;* aut alteri, aut invicem utrique de jure fit controversia, ut in re tali, *Patri in filium, patrono in libertum manus injectio*[11] *sit: liberti heredem*

cessum Camp. A Gryphio inde præmittunt *aut*, quod omittendum duxi auctoribus veteribus.

1. *Jus.* Turic., *jurem;* a sec. manu *jure*, et sic. Guelf.

2. *Confessum.* Turic. Guelferb. Camp., *concessum*, cum Goth. Obr.

3. *Lex potentior.* Quæ plus efficiat et ordinet, quam altera. Vide VII, 3, 28; VII, 8, 7; et dicta ad V, 7, 37; ubi et locus Decl. excitatur huc pertinens.

4. *Ad deos.* Turic., *ad eas;* a sec. manu *an a. d.*, cum Guelf. Camp. et aliis.

5. *Ad rempublicam.* R. 13, ponit ubique *an* ante τὸ *ad.* Ed.

6. *De pœna? de.* Tur., *deponende.* Alm., *deponenda de.* Ille a sec. manu *deponendo.*

7. *Permittat... imperet.* Vide cap. 5, §. 5.

8. *Sed vel potentissimum;* sic Camp. *Si velut potentissimum*, Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Obr. cum Voss. 2, Vall. Bad. Cap. nisi quod postremi tres MSS. *sed. Sed* (a sec. *si*) *velut potentissimum* Flor. Obr. Capp., *et.* Reliqui *et velut potentissima.* — *Sed vel potentissimum.* Illud maxime ad rem pertinet, eamque, ut Horatius loquitur, optime et fortissime secat, si ostendatur altera lex minus perdere. Vide modo ad §. 7. Eadem ratio est apud Hermogenem p. 74, citante Capp.

9. *Quod illo.* Turic., *quo;* a sec. manu additur *m*, fuerit igitur *quom, quum*, et hoc placet conveniente sic magis subjunctivo in oratione non obliqua. Sed Camp., *quomodo*, ut et margo Bas. Fuerit igitur *quoniam* in Turic.; id enim permutatur cum *quomodo*, velut VII, 5, 6, in Guelf. et Camp.

10. *Atque.* R. 11, *an.* Male. Ed.

11. *Manus injectio.* Juris vocabulum vide, si tanti, apud Brisson. V. S. — *Manum injicere.* Est jurisconsultis, non expectata judicis auctoritate aut potestate, rem ut sibi debitam aut propriam vindicare. Porro ex jure romano patres magnam habent in filios potestatem ut ap-

sequantur[1]: *liberti filium quidam fecit heredem, invicem petitur manus injectio:* et patronus[2] negat jus[3] patris illi fuisse, quia ipse[4] in manu patroni fuerit. Duplices leges, sicut duæ, colliduntur: ut, *Nothus ante legitimum natus, legitimus sit; post legitimum, tantum*[5] *civis:* quod de legibus, idem de senatusconsultis dictum: quæ si aut[6] inter se pugnent, aut obstent legibus, non tamen aliud sit ejus status nomen.

CAP. VIII. *Syllogismus*[7] habet aliquid simile scripto et voluntati, quia semper pars in eo altera scripto nititur: sed hoc interest, quod illic dicitur contra[8] scriptum, hic supra[9] scriptum; illic, qui verba defendit, hoc agit,

paret ex titulo de propria potestate. TURN.

1. *Sequantur.* Almel., *sequuntur.* Nihil tale notatum ex Turic. (Vide §. 5; VII, 9, 5). An fuit *sequuntor?*

2. *Patronus.* Novus ille, ut recte monet Capper., patronus, factus testamento, qui jam sui patris est patronus. Longe aberravit Gedoynus.

3. *Negat jus.* Turic. Guelf., *negatus.* Goth. (err. Gesn.) CAMP., *negatur,* cum Voss. 2. Sed Turic. a. pr. manu *pater* pro *patronus.*

4. *Quia ipse.* Elegantius legas *qui ipse.*

5. *Nothus... civis.* Vide III, 6, 96.

6. *Si aut.* Turic Guelferb. Goth. (tac. Gesn.) CAMP., *sic a.*, cum Jens. Tarv. Voss. 2. Correxit Regius.

7. *Syllogismus.* Vide V, 10, 6.

8. *Dicitur contra scriptum;* sic Turic. CAMP. Flor. Reliqui *c. s. d.* (vide VII, 5, 44; item mox).

9. *Supra;* sic Turic. CAMP. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, et edd. ante Ald. Reliqui *super,* jubente Regio, qui *supra* et *infra* de loco dici monet. Guelf. addicere videtur vulgatæ. — *Supra scriptum.* Non prorsus liquet sententia, neque refert multum, *super* scribas an quod expressimus. Usus tamen in libris Quintiliani servatus etiam aliis locis tuetur nostram rationem, velut XII, 10, 8; IX, 2, 33; VIII, 4, 3, seqq. et Decl. Vol. IV, p. 81. « Non « *contra* legem aliquam... quia *su-* « *pra* jura omnia sit. » Saltem *super* pro *de* non debebat accipi, quod haud dubie factum a Regio, in structura accusativi. Videtur Quintilianus hanc in syllogismo disputationem censere institutam de re supra omne scriptum collocata, eodem modo quo genus est supra species. Eo pertinet etiam quod mox ait caveri, ne *aliud* fiat, quam scriptum sit, i. e., ut res geratur ex consilio legis certæ, quæ comprehendit, et continet omnes leges sibi subjectas singulas, sive jam latæ sunt, sive ex eadem ratione feruntur, vel ferri possunt in posterum. De *super* an *supra*, vide Duker. ad Liv. II, 18, 3. Etiam alliteratio quædam commendat hic *supra* relatum ad *contra.*

ut fiat utique, quod scriptum est; hic, ne[1] aliud, quam scriptum est: ejus nonnulla etiam cum *finitione* conjunctio[2]: nam sæpe, si *finitio* infirma est, in *syllogis-*
2 *mum* delabitur. Sit enim lex, *Venefica capite puniatur: sæpe secubanti amatorium*[3] *dedit*[4]*: repudiavit*[5]*: per propinquos rogata, ut rediret, non est reversa: suspendit se maritus: mulier veneficii rea est:* fortissima est actio dicentis amatorium venenum esse: id erit *finitio;* quæ si parum[6] valebit, fiet *syllogismus*, ad quem, velut remissa priore contentione, veniemus: *an perinde*[7] *pu-*
3 *niri debeat, ac si virum veneno necasset?* Ergo hic status ducit ex eo, quod scriptum est, id, quod incertum est[8]: quod quoniam ratione[9] colligitur, *ratiocinativus*

1. *Hic, ne.* Turic., *ne hic;* a sec. manu *nec hic*, et sic Guelf. (vide modo, item VII, 9, 14) male.

2. *Conjunctio.* Turic. Guelferb. Camp., *conjectio*, cum Vall. Voss. 2, Jens. Tarv. Sed Turicens. a sec. manu *connectio*, Gothan. *connexio* (vide VII, 3, 13; VII, 9, 5). Ald. Bad., *cognatio.*

3. *Sæpe secubanti amatorium.* Turic., *s. severantia moritorium*, cum Alm.; a sec. manu *spe perseverandi a.*, et sic Obr. *Spe perscrutandi a.* Guelf. cum Bodl. et duabus vel tribus apud Burm. ut et in margine aliarum. *Separanti a.* (sine *sæpe*) Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Gryph. sed hi omnes etiam *sæpe.* Nostrum primus Gryph. (nec scio unde); verissime.

4. *Dedit: repudiavit;* sic Turic. Guelf. Obr. Reliqui inserunt *eumdem.* Badius solus quidem « Ergo, inquit, etiam vir ab uxore repudiari potest. » Non ego credulus illis: quamquam repudium dare dicitur et uxor. Vide Brisson. h. v.; item Schulting Jurisprud. Ante-Just., p. 851. Sed nulla justa causa erat mulieri, at marito.

5. *Repudiavit.* Ex veterum more et subjectum (vir secubans) et objectum (mulier amatorium propinans) intelligenda lectori relinquuntur, sicuti nec ab initio *aliqua*, vel *quædam* ponere opus habuit scriptor. De re vide VII, 3, 10.

6. *Quæ si parum.* Turic. (a pr, manu) *quod s. p.* Non displicet propter antecedens *id*, quod etiam fieri poterat *ea.*

7. *An perinde.* Turic., *an proinde;* a secunda manu *at inde*, et sic Camp.

8. *Quod incertum est.* Turicens, Guelf. hæc omittunt cum Alm. — *Incertum.* Fortasse malis *inscriptum;* sed obstat §. 6, ubi id majus ostenditur, ducere ex scripto quod scriptum non sit.

9. *Ratione;* sic Turic. Guelferb. Camp. Flor. cum Goth. Bodl. Voss. 2, et edd. ante Bad. quo acc. Obr. Reliqui *ratiocinatione*, jubente Regio.

dicitur: in has autem fere species venit, *An quod semel jus est, idem et sæpius? incesti damnata*[1], *et præcipitata de saxo, vixit*[2]: *repetitur. An quod in uno, et in pluribus*[3]*? qui duos uno tempore tyrannos occidit, duo præmia petit. An quod ante, et postea? raptor profugit, rapta nupsit, reverso illo petit optionem. An quod in toto, idem in parte? aratrum accipere*[4] *pignori non licet, vomerem accepit*[5]. *An quod in parte, idem in toto? lanas evehere*[6] *Tarento non licet, oves vexit.* In his syllogismis scripto alter nititur, alter non satis cautum esse dicit[7]: *postulo ut præcipitetur incesta, lex est;*

1. *Incesti damnata.* Vide eamdem controversiam apud Senecam patrem, p. 92, ubi et usus vocabuli *vixit* pro eis, *servata est, non obiit.* — Olim *incesti* damnatæ apud Romanos vel defodiebantur, vel sæpe de saxo Tarpeio præcipitabantur, quæ solennis erat apud Romanos pœna. Turn.

2. *Vixit: repetitur.* Camp., *justa reperitur.*

3. *Et in pluribus.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) omittunt *et*, cum Voss. 2, et edd. ante Basil. quo acc. Obr.

4. *Aratrum accipere.* Juris clementia est cautum ne id quod creditoris minimo esse emolumento, debitori vero maximo detrimento in pignus cedat, cujusmodi est *aratrum*, quo agricolæ magna ex parte vitam tolerant et familiam sustinent. Turn.

5. *Accepit;* sic libri omnes præter Leid. Burm. Gesn. Bip. Nec tamen illi per sphalma, *accipit.*

6. *Evehere;* sic Turic. a pr. manu cum Alm. Reliqui *vehere.* Flor., *lana se veheret* (a sec. *lanas evehere*) *Tarento* (a sec. *a Tarento*).—*Lanas*... *Tarento.* « Sic Trimalchio « arietes a Tarento emerat apud « Petron., c. 38, ubi vide. » Burm. — Columella, L. 11, ait *pecus græcum*, quod tarentinum dicitur, mollissimam et delicatissimam ferre lanam. Quo igitur tempore Tarentini florebant, neque Romanis erant subditi, quum essent cultus delicatioris studiosiores, hanc tulerunt legem, vel hæc lex ficta est a declamatoribus. Turn.

7. *Syllogismus scripto alter nititur... dicit.* Turic., *s. et s. nititur an s. c. e. d.*, cum Alm.; a sec. manu *s. e. s. n. an s. c. esset d.*, et sic Guelf. nisi quod *syllogismus* et *ex.* Camp., *s. ex s. n. an s. c. actor d.*, cum Gothan. Voss. 2, nisi quod hi *syllogismus.* Jens., *syllogismus e. s. n. alter s. c. e. d.*, cum edd. ante Bad. nisi quod post Tarv., *syllogismis*, excepto Aldo. *Alter* utrobique vides abesse a Codd. Utrum *syllogismis* sit in Turic. fateor me hærere, propior tamen credenti. Si secundo loco *alter* inveniretur in MS. antiquiore, salva res esset, ut bis continuaretur vox per chiasmum. Nunc meliorem, non bonam qui-

et *rapta optionem petit*, et *in ove lanæ sunt*: similiter
6 alia[1]. Sed, quia[2] responderi potest, *Non est scriptum, ut bis*[3] *præcipitetur damnata*[4], *ut quandoque*[5] *rapta optet, ut tyrannicida duo præmia accipiat, nihil de vomere cautum, nihil de ovibus*: ex eo, quod manifestum, colligitur quod dubium est: majoris pugnæ est ex scripto ducere, quod scriptum non est[6]: *qui patrem occiderit*,

dem, constitutionem hanc censeo: *In his syllogismus et scripto nititur et non de his* (valde enim incongruum illud *satis*, etsi tueatur se eo quod infra est §. 7, sed ibi paulo alia ratio, ni fallor) *cautum esse d.* Displicet *et non dicit* pro *nec dicit* vel *et negat*, displicet *syllogismus* qui aliquid *dicit*. Sed tamen et VII, 10, 3, *disputat... syllogismus*. Deterius tamen *in his syllogismis*, quum nulli alii opponantur, nam eo nonnisi contorte trahas *majoris pugnæ* (§. 6) et indoctum fuerit has species appellare *syllogismos* plurali numero. — *In his syllogismis... dicit*. Sententia satis apparet etiam adjuvantibus, quæ continuo subjiciuntur, exemplis.

1. *Alia*. Turic. Guelferb. Camp., *alias*, cum Gothano. (tacente Gesnero) et multis, bene correctum a Regio.

2. *Quia*. R. 9, *quoniam*. Ed. — *Sed, quia*. Fateor *quia*, quod tamen a librorum nullo abest, mihi quam maxime importunum videri. Quæ enim ista est sententiarum connexio: Propterea quod responderi possunt hæc vel illa, ex manifesto colligitur dubium? si abjeceris conjunctionem, et ab vocabulo *ex* ordiaris novum sensum, qui doceat jam esse factum, quod indixerat scriptor (§. 3), existet sana oratio, brevibus incisis rem expediens non sine elegantia.

3. *Bis*; sic Ald. et aliquot editi. Turic., *vis*, cum Alm. (a sec. manu *viretis*, vel *juretis*, vel tale quid, nihil enim certi apparet). Guelferb. Camp., *vivus*, cum editt. ante Ald. Flor., *jus* (a sec. *vivus*). Reliqui *sæpius* auctoribus Goth. Vall.

4. *Damnata*. Tur. Guelf. Camp., *damnatus*, cum omnibus, opinor, MSS. et libris ante Ald.

5. *Quandoque*; sic Turic. (etsi *quantoque* a pr. manu) Guelf. quamquam hic per compendium, ut et Goth. Flor. cum Voss. 2, Jenson. Tarv. Mox, Regio etiam jubente, *quando*, a Badio inde *quandocunque*, quod tamen et in Camp. vidisse videor. Turic. etiam, et altero loco Camp., *ut... ut*, ubi reliqui *aut.... aut*. — *Quandoque*; sic dici a scriptoribus pro *quandocunque* larga exemplorum copia docent Gronovius et Drakenborchius ad Liv. I, 31, 4. Sed vide caventem Wolfium ad Sueton. Cæs. 26.

6. *Scriptum non est: qui*. Turic., *s. n.* (*est* a sec. demum manu additur) *an quia hoc quid* (a sec. manu *a. q. homo qui*). Guelf., *s. n. e. an q.* Jens., *s. n. e. an quia hoc et hoc q.*, cum edd. ante Gryph. — *Scriptum non est: qui*. Quod vetustiores editiones inserunt hic (ante *qui*):

culeo insuatur[1]*; matrem occidit*[2]*: ex domo in jus*[3] *educere ne liceat; ex tabernaculo*[4] *eduxit.* In hoc genere 7
hæc quæruntur: *An, quoties propria lex non est, simili sit utendum? an id, de quo agitur, ei, de quo scriptum est, simile sit?* Simile autem et majus est, et par, et minus: in illo[5] priore, *an satis lege cautum sit? an et, si*[6] *parum cautum est, hac sit utendum?* In utroque *de voluntate legumlatoris:* sed *de æquo* tractatus potentissimi.

Cap. IX. *Amphiboliæ*[7] species sunt innumerabiles, 1
adeo, ut philosophorum quibusdam[8] nullum videatur esse verbum, quod non plura significet: genera admodum pauca. Aut enim vocibus accidit singulis, aut con- 2
junctis; singula afferunt errorem, quum pluribus rebus aut hominibus eadem appellatio est (ὁμωνυμία[9] dicitur),

An quia hoc et hoc nequaquam contemnendum duco. Saltem glossa fuerit antiquissima, nec sententia ipsa habet quidquam aut verbis aut sensu Quintiliani indignum.

1. *Culeo insuatur.* De supplicio parricidæ vide Cicer. pro Sex. Roscio Amerino, n. 70, 71, 72. Ed.

2. *Qui patrem... matrem occidit.* Vide V, 10, 88.

3. *Domo in jus.* Tur., *dominius;* a sec. manu *domo ejus,* et sic Guelf. Camp. cum Goth.

4. *Ex tabernaculo.* Turic. Guelf. Camp. Flor. (a sec. *ex tabernaculo*) *extra tabernacula,* cum Jenson. et edd. ante Gryph. Is cum reliquis *tabernaculis,* exc. Obr. qui *tabernaculo.* Goth., *ex tabernacula.* Nostrum conjecit Gesnerus. — Omnes nostri *extra tabernacula.* Ed.

5. *Illo.* Libri ante Basil. mei et scripti et excusi *illa,* quod ad legem *propriam* modo dictam retuleris; neque tamen ullus mox *in utraque,* et est sane nonnisi una lex, altera mente fingi potest et concipi, sed nulla comparet. Mox ante Regium et Aldum mei omnes itidem *hoc,* non *hac.* Fortasse defendas integram MSS. constitutionem hac fere sententia: « In illa priore (i. e. « quæ jam prius fuit) lege verba ex- « penduntur, an forte insit id ipsum « de quo agimus, et, si minus, ta- « men et *hoc* (facto) sit utendum, « tamquam exemplo legi subjecto. » Sic malim cum Turic., *cautum,* et *hoc.* Badius quidem subaudit *hoc,* scil. *jure.* — Omnes nostri *in illa priore.* Ed.

6. *Et, si.* Nostri omnes *etsi.* Ed.

7. *Amphiboliæ.* Turic. Guelferb. Camp., *amphibologiæ,* et sic in reliquis locis cum plurimis vett.

8. *Philosophorum quibusdam.* Recte citant Gell. N. A. XI, 12.

9. Ὁμωνυμία. Verbum græcum

ut *Gallus;* avem[1] enim, an gentem[2], an nomen, an fortunam corporis[3] significet, incertum est: et *Ajax*, Telamonis, an Oilei filius[4]: verba quoque quædam
3 diversos intellectus habent, ut *cerno*[5]. Quæ ambiguitas plurimis modis accidit; unde fere lites, præcipue ex testamentis, quum de libertate[6], aut etiam de hereditate contendunt ii, quibus idem nomen est; aut, quid sit
4 legatum, quæritur. Alterum est, in quo alia integro verbo significatio est, alia diviso: ut *ingenua*, et *armamentum*, et *Corvinum*, ineptæ sane cavillationis[7], ex qua[8] tamen Græci controversias ducunt: inde [9]αὐλητρὶς

omittunt pro more suo RR. 7, 10. Ὁμωνύμα; sic RR. 9, 12, Camp. Andr. Ed. — *Dicitur.* Camp. Andr., *dicuntur.* Ed.

1. *Avem.* Hoc, ut ὄρνιν a Græcis, proprie quoque dici, notum. Vide not. initium ad I, 12; 7.

2. *Gallus; avem enim, an gentem.* Turic., *g. autem in g.*; a sec. manu *g. utrum enim g.*, et sic Guelf. Camp. (nisi quod hic *avis* inserit post *nomen*) cum Alm. Flor., *g. autem an.* Reliqui *g. utrum enim avem an g.* Nostrum e conjectura.

3. *Fortunam corporis.* Id ait propter gallos qui sunt Cybelis sacerdotis. His autem samia testa exsecantur virilia. Turn.

4. *Filius.* Malis *filium.*

5. *Ut cerno.* Juvet hic, si cui vacat, comparare asperitatem Burmanni in exagitando Ludolfo Kustero, qui de hoc verbo scripsit contra Perizonium (Invenies hæc omnia in edit. Minervæ Sanctianæ Lugd. 1789, p. 696... 717; et ad calcem libri 813... 832), cum Gesneriana utriusque nominis reverentia. Vellem tertium nobis datum Capperonnerium, qui reducem ad catholica sacra Kusterum amicum suum vindicasset! Sed ille pepercit huic occasioni Burmannum castigandi, tacitus recidens notam, imperitior nescio an moderatior. *Cernere* vide et VIII, 3, 18.—Nonne satius fuisset diversos intellectus τοῦ cernere explanare? Hi porro sunt: *Cernere bello, cernere hereditatem, cernere farinam*, etc. Ed.

6. *De libertate.* Quoniam toties manumittuntur servi per testamenta.

7. *Cavillationis*; sic Turic. Flor. (a pr. manu). Reliqui *cavillationes.*

8. *Ex qua;* sic Turic. Guelferb. Camp. cum Goth. et edd. ante Gryph. Reliqui *e. quo*, Regio jam jubente.

9. Αὐλητρὶς *illa.* Vide Diog. Laert. VII, 62. Theon. progymn. pag. 35. Hanc quæstiunculam ad veteris pronunciationis controversiam a Camerario male tractam recte secernit inde Checus p. (apud Havercamp. in Sylloge) 420, seqq. Sed idem docuit Leopard. Emendd. II, 4.—Fingunt rhetores græci hanc legem: αὐλητρὶς si ceciderit, publicetur. Ambiguitas est igitur: si enim integram accipias dictionem, de tibicina intelligetur: sin autem dividas, intellige-

illa vulgata, quum quæritur, *Utrum aula, quæ ter ceciderit, an tibicina, si ceciderit, debeat publicari.* [1]Tertia est ex compositis, ut si quis corpus suum [2]inocculto loco[3] poni jubeat, circaque monumentum multum agri ab heredibus in tutelam cinerum, ut solent[4], leget[5], sit litis occasio *inoccultum*[6]. Sic apud Græ-

tur de aula quæ ter ceciderit. Turn. — Hic iterum deficit R. 11. Ed.

1. *Tertia.* Scil. *amphibolia,* eleganter variatum pro *tertium genus.*

2. *Inocculto.* Ita junctim ut scribatur, cogit præcepti ratio, quum sit exemplum vocabuli *compositi.*

3. *Loco.* Hic deficit Vall. lib. Ed.

4. *Solent;* sic Turic. Flor. Guelf. Gothan. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, Obr. Reliqui *solet.* Frustra Burmannus ablegat ad IV, 2, 1; quem vide et ad Decl. 335, p. 692, suæ ed.

5. *Ab heredibus... leget.* Nota in jure locutio, de qua vide Brissonnium et Lexica. Talia autem agri circa monumentum legata non insolita, et exemplum affert Crusius in Probabb. p. 95; e Pithœi catalectis in Burm. Anthol. Vol. II, p. 59. « Fundorum spatiis cinerum est « possessio major. » Ablegat item Burm. ad Petron. c. 71; et ad indicem 17, Gruteriani thesauri, ubi frequentes agri sepulcris in custodiam additi.

6. *Sit litis... inoccultum.* Turic. Ambr. 1, Guelf., *s. litus occasio cultum,* cum Bodl. Bal. et edd. ante Aldum exc. Camp. qui *s. hoc littus cultum.* Goth., *s. litus hoc casu cultum,* cum Voss. 2, Vall. (vide VII, 8, 1; VIII, Prœm. 9). Flor., *s. litus occasio cultum sic caput.* Mitto edd. ab Aldo inde varietates, quæ VV. DD. præferunt commenta. Almel., dare narratur *s. litus occultum* (quod quo minus credas, vide VII, 7, 9; item hic §. 10). Equidem omnes Codd. (præter Goth. et si quis ejus ordinis) dare arbitror quæ Turic. Hujus autem rationi præsentissimam medelam adhibuit Crusius, sine qua ne orationis quidem structura procedit, accipientibus vulgo *sit... cultum* pro elogio testamenti, quum verba *sit... occas.* sint Quintil. ipsius et *sit* pro *fuerit.* Multa tentando pervenit eo vir doctus, ut reponeret, *sit litis occasio ex inocculto,* probante Gesnero, sed ipso pressius sequente antiquam manum, et ex *io cultum* extundente *io ĭocultum.* In omni hoc loco tenendum, falso accusari a plerisque portentosam librorum inconstantiam, quæ est in novitiis edd. solis. —*Sit litis occasio inoccultum.* « Qui « enim ex heredibus graventur fortassis celebrem prædii partem monumento defuncti destinare, contendere poterant, voluisse ipsum « *in occulto loco* humari. Et ratio« nem haberent isti insolentiam ver« bi *inoccultum* » (cujus tamen multa est in aliis vocabulis similitudo, ut *inobrutus, inoffensus*). « Adver« sarii autem poterant hæc oppugnare, ex eo, quod multum agri « ad tutelam cinerum legarit, posse « intelligi, testatorem non postulare « obscuram in loco occulto sepul« turam. » Crusius ibid. p. 94. Maluit autem Quin. neutrum ponere

cos[1] contendit Λέων et Πανταλέων, quum scriptura dubia est, bona omnia Λέοντι, an bona Πανταλέοντι relicta sint: in conjunctis[2] plus ambiguitatis: fit autem *per casus;* ut,

7 Aio te[3], Æacida, Romanos vincere posse.

Per collocationem, ubi dubium[4] est, quid quo referri oporteat: ac frequentissime, quum id, quod medium est, utrinque possit trahi, ut de Troilo Virgilius[5], *Lora tenens*[6] *tamen*.... Hic, utrum, quod teneat tamen lora, an, quamvis teneat, tamen trahatur, quæri potest.

8 Unde controversia illa, testamento quidam jussit *poni statuam auream hastam tenentem:* quæritur, statua hastam tenens aurea esse debeat, an hasta esse aurea in statua alterius materiæ? Fit per *flexum*[7] idem magis,

Quinquaginta[8] ubi erant centum inde occidit Achilles.

nominandi casu, ne cogeretur vel *in inocculto* scribere vel iterare vocem *locus*.

1. *Sic apud Græcos.* Hoc ipsum exemplum est apud Hermogenem p. 18, quare fontem horum et præceptorum et exemplorum suspiceris Hermagoram. Vide VII, 4, 4.

2. *In conjunctis.* Discernit, et recte, *integra* (§. 4), *composita* (§. 5), *conjuncta*.

3. *Aio te.* Versus Ennianus. Vide Cic. de Divin. II, 56. — Hoc de Pyrrho, Epirotarum rege. Scribit enim Ennius Pyrrhum in Annalibus Apollinem consuluisse de belli eventu quod adversus Romanos erat gesturus, hoc que responsum tulisse. Turn.

4. *Ubi dubium.* Turic., *ut dubium*.

5. *Virgilius.* Æneid. lib. I, 477.

6. *Tenens.* Turic. (a pr. manu) *tenentis*, non quidem male.

7. *Flexum.* Vocis hunc esse *flexum*, quo et aliena, quæ se contingant, distineantur, et continuentur jungi debentia, facile apparet, et est idem vocabulum I, 8, 1. Fortasse tamen inversa constructio potius intelligitur quam *vocis* flexus.

8. *Quinquaginta.* Turic. Guelf. Camp., *ita*, cum Voss. 2, Gothan. Unde Jens. habuerit verissimum illud suum *quinq.* adhuc requiro.— *Quinquaginta.* Apud nostros frustra quæsivimus. Ed.—*Quinquaginta... Achilles.* « Græcus versus ex« stat apud Aristot. sophist. elench. « I, 4 (p. Buhl. 529): πεντήκοντ' ἀν« δρῶν ἑκατὸν λίπε δῖος Ἀχιλλεύς. » Capper. Aut memoriter referens corrupisse carmen Quint. putandus est, aut in græco reponendum στάς; quamquam et sententia fert utrumque vocabulum. Hoc autem exemplo utor ad fidem faciendam conjecturæ meæ ἀθετούσης ad lib. III, cap. 1, §. 14. Nam ne hic quidem

Sæpe, utri duorum antecedentium sermo subjunctus 9
sit, in dubio[1] est: unde et[2] controversia, *Heres*[3] *meus uxori meæ dare damnas*[4] *esto argenti, quod elegerit, pondo centum:* uter eligat, quæritur: verum id, quod ex his primum est, *mutatione casuum,* sequens *divisione verborum* aut *translatione*[5] emendatur, tertium *adjectione.* Accusativi geminatione facta amphibolia 10
solvitur ablativo: ut illud, *Lachetem audivi*[6] *percussisse Demeam,* fiat, *a Lachete percussum Demeam:* sed ablativo ipsi, ut in primo diximus[7], inest naturalis amphibolia: *cælo decurrit aperto*[8]*:* utrum per apertum cælum, an quum apertum esset. *Divisio*[9] respiratione 11
et mora constat: *statuam,* deinde, *auream hastam:* vel *statuam auream,* deinde, *hastam: adjectio* talis est, *argentum, quod elegerit ipse,* ut heres intelligatur: vel *ipsa,* ut uxor: *adjectione* facta amphibolia, qualis sit, *Nos flentes*[10] *illos deprehendimus, detractione* solvetur.

libebat Quintiliano græca ipsa ponere, sed versum procudere maluit latinum. Vide V, 14, 4 (ubi Demosthenis græca non posuit). VI, 1, 14; VIII, 6, 64.

1. *Dubio.* Turic. Guelf. Camp., *dubium.*

2. *Unde et;* sic Turic. Guelferb. Flor. Reliqui *u. est.*

3. *Heres meus.* Exemplum idem ap. Cic. de Inv. II, 40, ad Her. I, 12.

4. *Damnas.* Turic. Guelf., *dampnans;* sed mox (§. 12) a pr. manu ille nostrum. Camp., *damnatus,* ut et mox, vix sine argutiis librarii.— Dictio hæc *damnas* elegantissime usurpatur a jurisconsultis, cujus usus manavit a duodecim tabulis, quæ antiquis conscriptæ sunt verbis: est igitur, *damnatus sit et cogatur.* Turn.

5. *Translatione.* Pro hoc *transmutationem* dixit I, 5, 12, 13.

6. *Lachetem audivi.* Vide VIII, 2, 16. Etiam interpretibus hujusmodi accusativi negotia solent facessere, veluti apud Demosthen. in Mid. p. Rskii 537.

7. *In primo diximus.* Lib. I, cap. 7, §. 3. Eamdem vero, quam hic, ablativi difficultatem ibi non tangit.

8. *Cælo decurrit aperto.* Non dubito quin parum memor Quint. voluerit dare Virgilianum *pelago decurrit aperto,* Æneid. V, 212, quem vers. designat Capp. Vide IX, 4, 85.

9. *Divisio.* Turicens., *divo,* cum Almel. sed et Guelf. (vide §. 5; lib. VII, cap. 10, §. 3).

10. *Nos flentes.* Tur. et libri ante Bad. omnes *nunc f.* Suum hic de conjectura dedit. Et sane bonum

12 Pluribus verbis emendandum, ubi est id, quod, quo referatur, dubium est, et ipsum est ambiguum : *heres meus dare illi damnas esto omnia sua*[1] : id quod genus incidit Cicero loquens de C. Fannio[2] : *Is soceri instituto, quem, quia cooptatus in augurum collegium non erat, non admodum diligebat: præsertim quum ille Q. Scævolam sibi minorem natu generum prætulisset :* nam id *sibi*[3] et ad socerum referri, et ad Fannium potest.

13 Productio quoque scripto, et correptio in dubio relicta, causa est ambiguitatis : ut in hoc[4], *Cato :* aliud[5] enim

ambiguum, et in quo detractatione nihil ex sensu pereat. Facilius tamen corrigetur *hunc*, ubi ambiguum *flere* an *deprehendere* regat *hunc*. Neque enim dicat aliquis, opinor, vel omisso seu *hunc* seu *nos* tamen remanere ambiguum in *flentes*, accusativo an nominativo. Positus arcet nominativum.

1. *Omnia sua.* « Dubium est, quo « referatur τὸ *sua*, utrum ad τὸ *heres*, « an ad τὸ *illi :* præterea hoc ipsum « vocabulum *sua* est ambiguum ; « nam multa et diversa significare « potest, ut sua bona, prædia, man« cipia, ædificia, vasa. » Capper. Hujus interpretationis, solius quidem quæ tentata sit loci non adeo expediti, partem posteriorem claudicare arbitror. Quid enim dubium in multitudine rerum comprehensarum voce *sua ?* Nempe nihil horum quæ recenset Capper., excludetur. An *sua* poterat designare et quæ quis effecisset, et quæ habuisset? An ambiguum est *illi*, ut *cui* dari debeat, ignoretur? In exemplo Ciceroniano saltem una et sola est relationis obscuritas ; ipsa illa inanis, ut aliquot jam VV. DD. censuerunt. Tolleretur enim sermo latinus, si talia essent obscura. Nemo dicet etiam in *ille* hæreri posse, intelligaturne *Fannius* an socer. Nec satis tersa oratio in proximo sensu, stipato tribus illis *est*, quorum unum ut compendifaciam, legere malim : *ubi id, quod quo r. d. e., et i. a. e.* Sic *et* ante *ipsum* significabit *etiam*, non *atque*.

2. *Fannio.* Turicens., *Fanniæ ;* a sec. manu *Fannia*, cum Jens. Tarv. *Faunia*, Guelf. et sic mox quoque in accusativo, ubi rectum tenet Turicens. ut videtur. Reliqui edd. ante Burm., *Fannii soc. instit.* omisso *is*, quod habet a pr. manu Turic. cum Goth. Guelf. Voss. 2 ; a secunda *in* pro *is*. — *Cicero... de C. Fannio.* Vide Brut. cap. 26.

3. *Id sibi.* Turic. Guelferb. Camp. omittunt *id*, cum Alm. Obr.

4. *Ut in hoc, Cato.* Brevi ergo ultima erit nominis proprii nominativus, longa appellativi tertius vel sextus casus. Correptio illa nominativorum in *o* seculi fortasse Qu. demum fuit. Vide Vossium de Arte Gramm. II, 27, p. 273 seqq. hoc loco non utentem. Sed vide « Varro vocat. » VIII, 6, 73.

5. *Aliud.* Turic. Guelf., *alium*,

ostendit brevis secunda syllaba casu nominativo, aliud eadem syllaba producta casu dativo aut ablativo[1]: plurimæ præterea sunt aliæ species, quas persequi nihil necesse est. Nec refert[2], quomodo sit facta[3] amphibo- 14
lia, aut quo resolvatur: duas enim res significari manifestum est; et, quod ad scriptum vocemve pertinet, in utramque par est partem[4]; ideoque frustra præcipitur, ut in hoc statu vocem ipsam ad nostram partem conemur vertere; nam, si id fieri potest, amphibolia non est[5]. Amphiboliæ autem omnis in his erit quæstio, ali- 15
quando, *Uter sit secundum naturam magis sermo?* semper, *utrum sit æquius? utrum is, qui scripsit ac dixit, sic voluerit*[6]? Quarum in utramque partem satis ex his, quæ de conjectura et qualitate diximus[7], præceptum est.

Cap. X[8]. Est autem quædam inter hos status[9] cog- 1
natio: nam et in *finitione*, quæ sit voluntas [10]nominis,

cum Gothan. Voss. 2, Jens. et edd. ante Ald.

1. *Nominativo... ablativo.* Omnia hæc post *nom.*, cum ipsa voce *abl.* omittuntur a Turic. Guelferb. cum Alm. Jens. In hac quidem *pro eo aliud* plerique præter Goth. (tac. Gesn.) qui *alium*.

2. *Refert.* Turic. Guelf. Camp., *feror*, cum Alm. Goth. Voss. 2. Ubi quid lateat non exputo. Est tamen in MSS. quidem meis omnibus.

3. *Sit facta;* sic Turic. Guelferb. Camp. Flor. Reliqui *f. s.* (Vide VII, 8, 1; VII, 10, 14).

4. *In utramque par est partem.* Hæc oratio nihil desiderandum relinquit. Subjectum, quo destitui sibi visus Gesnerus, malebat *easque pares in utr.*, est in illo ipso *quod... pertinet.*

5. *Non est.* Turic. (a sec. manu) omittit *non*, et sic Guelf. Gothan. (tac. Gesn.) Camp. cum Voss. 2.

6. *Qui scripsit... voluerit.* Turic., *q. s. ac si v.*, cum Alm. *Q. s. ac d. v.*, Guelf. cum Goth. (err. Gesn.) Voss. 2. *Q. scripserit an qui dixerit v.*, Camp. *Q. s. a. si d. sic v.*, Jens. Tarv. Flor. Reliqui ante Bad.: *q. s. a. sic d. sic v.* Basil. nostram, tersam inprimis et emendatam scripturam. Vulgata *q. sic s. a. sic d. sic v.* nimis onerata istis *sic.*

7. *Satis... diximus, præceptum est.* Vide VII, 6, fine.

8. *Cap. X.* Caput non distinguunt R. 10, Camp. Andr. Ed.

9. *Hos status.* Non quidem duos, de quibus modo, sed omnes omnino, in primis tamen legales quatuor.

10. *Volunt. nominis.* Vide VI, 2, 9.

quæritur; et in *syllogismo*[1], qui secundus a [2]finitione status est, spectatur[3], quid voluerit scriptor; et ex contrariis legibus[4] duos esse *scripti* et *voluntatis* status apparet: rursus et *finitio* quodammodo est *amphibolia*, quum in duas partes diducatur[5] intellectus nominis.

2 *Scriptum* et *voluntas* habet in verbis[6] vocis[7] quæstionem, quod idem in *antinomia*[8] petitur[9]: ideoque omnia hæc[10] quidam *scriptum* et *voluntatem* esse dixerunt: alii in scripto et voluntate amphiboliam esse, quæ[11] facit quæstionem; sed distincta sunt: aliud est enim obscu-

1. *Et in syllogismo.* Turic., *ut i. s.*, cum Gothan. Voss. 2. Mihi nondum liquet, *ut* meliusne sit quam *et*, interjectis illis de syllogismo et oppositis sibi invicem modo *finit. contrarr. legg.* non tribus membris, ut in recepta scriptura, factis.

2. *Secundus a finitione.* Vide VII, 8, 1, *Delabitur.* In hisce et sequentibus multæ sunt leviorum, sed ad rem facientium, particularum varietates, de quibus, cujus interest, videat notas.

3. *Est, spectatur.* Turic. inserit *qua;* a sec. manu *quo*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Vall. et edd. ante Ald. Regius expunxit. Sed vereor ut satis caute. Prima Turic. manus respicit ad *finitionem*, et hæc scriptura, quamvis visa iterare jam dicta, Quintiliani videtur.

4. *Et ex contrariis legibus.* Turic., *et contrariis leges;* a sec. manu *et e contrariis legibus.* Puto fuisse: *et contrarias leges*, ut hoc sit pro appellatione status, velut græcum *antinomia*, et mox *scriptum et voluntas*, itidem nominativi.

5. *Diducatur.* RR. 7, 10, 12, Camp. Andr., *deducatur.* Nota citari hic et a Capperonio et a Burmanno Vall. lib. in quo hæc desunt, ut supra declaravimus. Ed.

6. *In verbis vocis.* Turic., *in urbis jocis.* Guelf., *i. v. jocis.* An fuit *legis* (nam *locis* est in *jocis*)? Sed *lex* non semper est scripti et voluntatis, nisi quod testamenta sunt leges. An *juris?* Ejicere *vocis* malit Gesn.

7. *Quæstionem.* Turic. (a prima manu), *quæstione.* A Voss. 2, abesse narratur *habet*, nihil tale in Goth. (vide VII, 4, 39, item hic 4.)

8. *In antinom.* Turicens. Guelf. Camp. Gothan. Jens. (tac. Gesn.) omittunt præpositionem cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Rusc. Inseruit Regius.

9. *Scriptum et.... petitur.* Hæc non esse sana vel *vocis* importuno vocabulo deprehendas. Id quoque male me habet, quod *antinomia* (de *in* vide not. super.) idem *peti* dicitur. Quid tandem *petitur?* An ulla *quæstio* potest *peti?* Eruat sagacior.

10. *Omnia hæc.* Commodum huc Turnebus ille affert locum Ciceronis de Oratore lib. II, cap. 26, *ex scripti interpretatione... contentio... nulla potest esse nisi ex ambiguo controversia.*

11. *Facit.* Malis *faciat.*

rum jus, aliud ambiguum. Igitur *finitio* in natura ipsa 3
nominis quæstionem habet generalem[1], et quæ esse
etiam citra[2] complexum causæ possit[3]: *scriptum* et
voluntas de eo disputat verbo[4], quod est in lege; *syllo-*
gismus de eo, quod non est: *amphiboliæ* lis in diver-
sum trahit[5]; *legum contrariarum* ex diverso pugna est.
Neque immerito et recepta est a doctissimis hæc diffe- 4
rentia, et apud plurimos ac prudentissimos durat; et
de hoc quidem genere disceptationis[6], etiamsi non
omnia, tradi tamen aliqua potuerunt. Sunt alia, quæ, 5
nisi proposita, de qua dicendum[7] est, materia, viam
docendi[8] non præbeant: non enim causa universa[9] in
quæstiones ac locos diducenda[10] est; sed hæ ipsæ partes

1. *Finitio... generalem.* Fab. quoque docuit L. III, *finitione* nihil nisi in universum quæri et comprehendi. TURN.

2. *Citra.* RR. 10, 13, CAMP. Andr., *circa.* ED.

3. *Possit.* RR. 7, 10, 13, CAMP. Andr., *possunt.* ED.

4. *Verbo.* Turic., *vere;* a sec. manu *vero* et sic Guelf. *Jure,* Alm. (vide VII, 9, 10, hic 7). — R. 13, omittit *verbo.* ED.

5. *Trahit.* Scil. verbum. Neque enim necessarium videtur plura mutare. Alioqui dicas fuisse: *Amphibolia leges in div.*

6. *Disceptationis.* Turicens. (a pr. manu) CAMP., *disceptionis.* Bad. sec. Basil. Stoer. Chouet. Leid. Gibs., *dispositionis.* Pro nostra præter reliquos meos etiam Bodl. Bal. non memoratur Alm. Omnia hæc *et de hoc potuerunt* omittunt Goth. Voss. 2 (vide §. 2, 6). Equidem verum censeo *dispositionis.* Occasio erroris, qualem cognovimus VI, 4, 5, *recipere, respicere* permutantur, itidem *discip. dispic.* Gradus scripturarum hi: *disposit. dispect. discept.* Nimis jam tota hac tractatione sui propositi oblitus erat Qu. ut qui ipsarum rerum, et inventionis, multo magis præcepta dederit, quam, quod profitebatur, dispositionis. Hic in fine totius negotii et peroratione quasi hujus institutionum suarum partis, ad eam redire saltem, necesse erat. *Disceptationis* nimis late patebat et omnem controversiarum campum comprehendebat. Nec quidquam mox memoratur nisi *dispositio* et *ordo* §. 5.

7. *Dicendum.* Turic. (a sec. manu), *dictum,* et sic Guelferb. CAMP. cum Goth.

8. *Docendi.* R. 9, et apud Burm. Voss. 2, *dicendi.* ED.

9. *Universa.* Goth. Voss. 2, *diversa.* An fuit *modo universa?* neque enim illa conjunctione libens careas.

10. *Ac locos diducenda.* Turic., *ac locoas dic.;* a sec. manu *a. locos duc.,* et sic Guelf. CAMP. cum Goth. Voss.

habent rursus ordinem suum: nam et in proœmio primum est aliquid, et secundum, ac deinceps: et *quæstio* omnis ac locus habet suam dispositionem, ut theses
6 etiam simplices[1]. Nisi[2] forte satis erit dividendi peritus[3], qui controversiam in hæc diduxerit[4], *an omne præmium*[5] *viro forti dandum sit, an ex privato, an nuptiæ, an ea, quæ nupta sit, an hæc*[6]*?* deinde, quum fuerit de prima quæstione dicendum, passim, et ut quidque in mentem veniet, miscuerit? non primum in ea scierit esse tractandum, *verbis legum standum sit,*
7 *an voluntate?* hujus ipsius particulæ aliquod initium fecerit? deinde, proxima subnectens, struxerit[7] orationem, ut pars hominis est manus, ejus digiti, illorum quoque articuli[8]? est hoc[9], quod scriptor[10] demonstrare
8 non possit, nisi certa, definitaque materia. Sed quid una faciet[11], aut altera? quin immo centum ac mille, in

2, cum edd. ante Ald. corrigente Regio. Alm., *dicenda.*

1. *Simplices.* Tarv. Ald., *simplex,* perperam argutando, quum vulgo in MSS. et vett. edd. esset *thesis* pro *theses.* — *Theses... simplices.* Vide III, 5, 5, 6. Sic Cic. de Inv. II, 57, « necessitudines quasdam » appellat « *simplices* et absolutas. »

2. *Nisi.* Turic. Guelf. Camp., *si,* cum Alm. Bodl. Goth. Voss. 2, et edd. ante Bad. Hic ex Regii emendatione *Ac si,* cum plurimis, mox aliæ *An sic.* Nostrum Obr. egregie, nec referens inter sua κατορθώματα, quorum unum hoc censeo ex præstantissimis.

3. *Dividendi peritus.* Turic., *dividendi perit;* a sec. manu *dividendo perdat,* et sic Guelferb. Camp. cum Goth. Voss. 2.

4. *Diduxerit.* Turic. Guelf. Camp., *dixerit,* cum edd. ante Ald. corrigente palmaria plane conjectura Regio. Goth. Voss. 2, *duxerit.*

5. *An om. pr... an hæc.* Ipsam hanc controversiam vide VII, 1, 24.

6. *An hæc.* Turic., *a. hæ;* a sec. manu *a. et,* et sic Guelf. Camp. Voss. 2. Sed Gothan., *a. etiam.* (Vide §§. 4, 13).

7. *Struxerit.* Turic. Guelf., *struxit.* Male.

8. *Ut pars... articuli.* Egregia et quantivis pretii similitudo. Vid. §. 16.

9. *Est hoc;* sic Turic.; a sec. manu inserit *et,* et sic reliqui. Guelf. tamen *et est hoc.* Alm., *Hoc est,* cum Flor. (a pr. manu), quod omnium maxime placet (vide §§. 3, 10). Ita V, 10, 109.

10. *Scriptor,* qualis nunc ego.

11. *Faciet;* sic Turic. a pr. manu cum Alm. Reliqui *faciat.*

re infinita[1]? Præceptoris est, in alio atque alio genere quotidie ostendere, quis ordo sit rerum, et quæ copulatio; ut paulatim fiat usus, et ad similia transitus: tradi enim omnia[2], quæ ars efficit, non possunt. Nam quis 9
pictor[3] omnia, quæ in rerum natura sunt, adumbrare didicit? sed percepta semel imitandi ratione, assimulabit[4], quidquid acceperit: quis[5] non faber vasculum aliquod, quale nunquam viderat, fecit[6]? quædam vero non docentium sunt, sed discentium[7]. Nam[8] medicus, 10
quid in quoque valetudinis genere faciendum sit, quid quibusque[9] signis providendum, docebit; vim sen-

1. *Infinita.* Turic. Camp. Flor., *finita quæ materia*, cum Goth. (err. Gesn.) Voss. 2, cum edd. ante Ald. qui, ex Regii conjectura, *infinita atque materia*, cum reliquis. Turic. Flor. (a sec. manu) *finitaque materia*. Rollinus *atque materia* omisisse narratur a Capper. Ego in Harletis exemplo invenio *ac materia*. Jam pridem indignam Quintiliano censui hanc appendiculam, natam ex iis quæ modo *definitaque materia*, quæ et Capperonnerii ratio. Guelf. omnia hæc *Sed quid... atque materia* omittit.

2. *Tradi enim omnia.* Hæc sumpta e Cicerone videbantur Almelovenio de Or. II, 16.

3. *Pictor... faber... medicus.* Similem, nec minus elegantem opificum commemorationem habes II, 21, 15 seqq.

4. *Assimulabit.* Guelferb. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Tarv., *assimilabit*, cum Vall. Bip. at hoc nolebat Regius, quem multi posteriorum male deseruerunt. Optimum Badium recte dubitantem de vocali *i* in hoc verbo confirmat Burm. et lectorem ablegat ad sua in Ovi l. Metam. III, 158. E Capper. nimium sibi sumente et *optumum*, *maxumum* comparante quærere libeat, an sit dicturus *similare*? Harduini quidem Plinius fluctuat in hac voce, a critico non curatus (vide lib. VI, cap. 3, §. 57).

5. *Quis non;* sic Turicens. Guelf. Camp. Flor. cum Obr. Inserunt *enim* Gothan. et edd. ante Burm. præter Ald. Reliqui *quid enim? non* cujus rationis elegantiam hinc alienam Burmannus agnovisset, si attendisset seriem orationis: *Quis pictor, quis non faber.* Bip. jam *Quis*, sed retento *enim*.

6. *Fecit;* sic Turicens. Alm. Flor. (a pr. manu). Reliqui *facit*.

7. *Nam medicus;* sic Turic. Guelf. Flor. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. exc. Camp. quo acc. Bad. Reliqui inserunt *et*.

8. *Medicus.* Turic. Camp. Flor., *medici*, mox tamen solus Camp., *docebunt*. Guelf., *medicum*.

9. *Quibusque;* sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Flor. cum Alm. Voss. 2, Basil. A Jens. inde ante Bad., *quibusve*. Reliqui *quibus* jubente Regio. — *Quibusque*. Cave

tiendi pulsus venarum, caloris motus[1], spiritus meatum, coloris distantiam, quæ sua cujusque sunt, ingenium[2] dabit: quare plurima[3] petamus[4] a nobis, et cum causis deliberemus, cogitemusque, homines ante
11 invenisse artem, quam docuisse. Illa enim potentissima est quæque vere dicitur *œconomica*[5] totius causæ[6] *dispositio*, quæ non constitui[7], nisi velut in re præsente, potest[8]: ubi assumendum procœmium, ubi omittendum? ubi utendum expositione continua, ubi partita? ubi ab initiis incipiendum, ubi more Homerico[9] e [10]mediis,
12 vel ultimis? ubi omnino non exponendum? quando a nostris, quando ab adversariorum propositionibus incipiamus? quando a firmissimis probationibus, quando a levioribus? qua in causa[11] præponendæ procœmiis

adjunctam credas particulam *que*, sed confer cum *quoque*, quod modo erat.

1. *Caloris motus.* Turic. Guelf., *coloris modus.* — R. 10, *coloris modos.* Ed.

2. *Ingenium.* Turic. (a pr. manu), *ingenii non.* Ex Alm. affertur *ingenium non.* Non credo (vide §. 7, 14). Alioqui legam: *Num med... docebit?... ingenium non dabit?*

3. *Plurima... a nobis.* Non a præceptore, vel artium libellis. Vide lib. V, cap. 13, §. 59.

4. *Petamus.* Turic. Guelf., *petimus*, cum Jens. Tarv. Male. *Deliberamus* Turic. nonnisi a sec. manu cum Camp. Jens. Tarv. Correxit hæc Regius.

5. *OEconomica.* Vide lib. III, cap. 3, §. 9.

6. *Causæ.* Camp. Andr., *thesis.* Ed.

7. *Quæ non constitui;* sic Turic. Flor. (a prima quidem manu *quo modo c.* Vide VI, 3, 71) Guelferb. Camp. Reliqui omittunt *non.* Ex Alm. falsa afferuntur.

8. *Præsente, potest;* sic Turicens. Guelf. Camp. Flor. Reliqui inserunt *non* et præter Turic. veteresque edd. dant *præsenti.* Vide VI, 2, 31; II, 15, 21.

9. *More Homerico.* Vide V, 12, 14. — Poetæ, ut docet Macrob. in Saturn. solent *a mediis* incipere, deinde captata occasione, quod omissum est, inserere: ut Virgilius incepit a profectione ex Sicilia, Homerus Odysseam incepit a medio, nimirum a navigatione Ulyssis ab Ogygia insula; Iliadem vero ab ultimis incepit, i. e. a decimo anno belli trojani. Turn. — Idem dici potest de recentiorum poematibus. Editor.

10. *E mediis;* sic Turic. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, Flor. et edd. ante Ald. exc. Camp. Reliqui *a med.* jubente Regio.

11. *Qua in causa;* sic Turic. (a pr.

quæstiones? qua præparatione præmuniendæ? quid judicis animus accipere possit statim dictum, quo paulatim deducendus? singulis, an universis [1] opponenda refutatio? reservandi perorationi, an per totam actionem [2] diffundendi affectus? de jure prius, an de æquitate dicendum? anteacta [3] crimina, an de quibus judicium est, prius objicere vel diluere conveniat? Si multi- 13
plices causæ erunt, quis ordo faciendus, quæ testimonia, tabulæve, cujusque generis in actione recitandæ [4], quæ reservandæ [5]? Hæc est velut imperatoria [6] virtus [7] copias suas partientis ad casus præliorum, retinentis partes propter castella tuenda [8], custodiendasve urbes, petendos commeatus, obsidenda itinera, mari denique ac terra dividentis. Sed hæc in oratione [9] præstabit, [10] cui 14

manu *quia in causa*) Guelf. Camp. cum edd. ante Ald. quo acc. Bad. Reliqui *quando in causa*. — *Præponendæ;* sic Turicens. (a secunda manu) Camp. cum Ald. et hoc volebat Gesnerus. Reliqui *propon*. — *Præponendæ... quæstiones*. Vide IV, 2, 25. Altera tamen scriptura *proponendæ* habet etiam quo se commendet, si ad *procem*. intelligas præpositionem *in*, quæ est Capperonnerii ratio. Vide IV, 1, 23 seqq. Sed omnes has disponendi varietates in prioribus jam suo quamque loco tetigit.

1. *Opponenda*. R. 10, *apponenda*. Editor.

2. *Actionem;* sic Turic. Guelferb. Flor. cum Bodl. Bal. Obr. Reliqui *orationem*, quod nec sonus permittit. Vid. IV, 1, 32. Camp., *causam*, mire.

3. *Dicendum? anteacta;* sic Turic. (a pr. manu). Reliqui inserunt *an*. Guelf. omittit *ante*, *an* ponit. Flor., *dicit dum ante* (a prima manu).

4. *Recitandæ*. Goth. (err. Gesn.), *tractandæ*, cum Voss. 2 (vide §. 6; VIII, Pro. 8).

5. *Reservandæ*, altercationi, puto.

6. *Imperatoria*. R. 9, Camp. Andr., *imperatoris*. Ed.

7. *Velut imperatoria virtus*. Vide VI, 4, 17. Mirifice cedunt Fabio militares similitudines.

8. *Propter... tuenda*. Turic., *per... tuendas;* a sec. manu *per... tuenda*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 2, et edd. ante Bad.

9. *Præstabit*. Turic. Flor., *præstavit*, cum Alm.; a sec. illi duo manu *præstant*, et sic Guelf. cum Bodl. Bal. Reliqui *præstat*. Nostrum conjecit Burmannus.

10. *Cui omnia;* sic Turic. Guelf. Camp. Flor. cum Goth. Bodl. Bal. (nisi quod hi duo *cum*) Voss. 2, et edd. ante Ald. qui cum reliquis *o. c.* (vide VII, 9, 14; hic 17). Transposuit Regius male. Huic eum-

omnia affuerint[1], *natura, doctrina, studium:* quare nemo exspectet, ut alieno tantum labore sit disertus: vigilandum ducat, iterum enitendum, [2]pallendum: est facienda sua cuique vis, sua[3] ratio; non respiciendum[4] ad hæc, sed in promptu habenda; nec tamquam tradita, sed tamquam innata[5]. Nam viam[6] demonstrare velociter ars potest, si qua est; verum ars satis præstat, si copias eloquentiæ ponit in medio; nostrum est uti eis scire. Reliqua partium[7] est demum dispositio; et in his ipsis primus aliquis sensus, et secundus, et tertius;

que secutis respondeo cum Quint. ipso (V, 14, 20) « sed omnia hæc « tria sunt. »

1. *Omnia affuerint.* Ea deinde recenset, per appositionem. Cavet enim ne quis uno horum speret se oratorem futurum, qualis est in secundo libro disputatio, c. 19.

2. *Pallendum.* Vid. I, 2, 18. Hoc verbum exquisitius mihi videtur, quam quod libeat mutare altero *callendi*, qualis est loci constitutio quam suadet magnus Valckenaerius ad Phœnissas Eur. p. 194. Sic enim legi velit: *callendum est usu, facienda sua cuique vis, sua ratio.*

3. *Vis, sua;* sic Alm. (quamquam diffido. Vide §. 10; VIII, Pro. 9) Gothan. et edd. a Jens. inde ante Basil. quo acc. Gryph. *Visus usus sua.* Turic.; a sec. manu *vis usus sua* et sic reliqui. — Solus R. 10 inserit *usus* post *vis.* Ed.

4. *Respiciendum.* Hic est timidi *respicere* et sibi diffidentis; at cauti et prudentis III, 11, 26. Nostri sensus et V, 10, 101.

5. *Innata.* An fuit *nata?* ut Ciceronis *lex nata*, non *innata.* Pro Mil. c. 4; Orator. c. 49.

6. *Nam viam... qua est.* Turic., *N. demonstrari potest viam velocitas suiquæ* (vel *suique*) *est;* a sec. manu *N. viam demonstrare* (cætera non notantur a conferente) *si qua est:* a tert. deletur *viam.* Guelf., *N. v. dem. p. velocitas si qua est,* cum Camp. et edd. ante Ald. item Goth. Voss. 2. Hæc dantur ex Alm., *demonstrari potest velocitas suique est.* Nostrum reposuit Regius, qui multum abest ut restituerit manum Qu. tam ad sententiam quam ad orationis decorem. Nihil exputo. Possit subnasci tale quid: *Nam demonstrari potest via velocitas si cui est eundi, verum.* Vel: *Nam demonstrare viam velut potest si cui est ars, verum.* Neutrum placet. Sententia aliquatenus pellucet; ipsa verba Quint. despero. — Nostri omnes *demonstrare potest velocitas.* Ed.

7. *Reliqua partium.* Turic., *reque enim artium;* a sec. manu *Reliqua artium*, et sic Guelferb. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 2, et edd. ante Ald. nisi quod illæ inserunt *enim.* Fuit sane *neque enim est partium*, ultimum vocabulum recte reponente Regio. Sed hiulca tamen argumentatio, ut orationi aliquid excidisse suspiceris.

qui non modo, ut sint ordine [1]collocati, [2]laborandum est, sed ut inter se juncti, atque ita cohærentes, ne commissura pelluceat[3]; corpus sit, non membra. Quod 17
ita continget, si et, quid in quoque[4] conveniat viderimus, et ut verba verbis applicemus[5], non pugnantia, sed quæ invicem complectantur: ita non res diversæ distantibus ex locis quasi invicem ignotæ [6]collidentur, sed aliqua societate cum prioribus ac sequentibus se copulaque[7] tenebunt; ac videbitur non solum composita oratio, sed etiam continua: verum longius [8]fortasse progredior fallente transitu, et a dispositione ad elocutionis præcepta labor[9], quod proximus liber inchoabit.

1. *Collocati.* Camp. Andr. Voss. 2, *collati.* Ed.

2. *Laborandum;* sic Turic. Flor. RR. 7, 10, et apud Burm. V. C. Alm. etc., *elaborandum.* Vide VIII, Pro. 15. Ed.

3. *Ne commissura pelluceat.* Hic laus ea, quæ plerumque est compositionis, transfertur ad dispositionem, vide II, 5, 9, ibique locum Persii in nota.

4. *Quid in quoque.* Turic., *quod quoque,* cum Alm.; a sec. manu *quid quaque,* et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Gryph. Suspicor: *cui quidque*, vel, si ferri possit loci adverbium, *quo quidque.* — Nullibi reperimus τὸ *in.* Ed.

5. *Verba... applicemus.* Hoc loco Fab. etiam dispositionem ponit in verbis; debita enim verborum collocatio et junctura dispositione quadam constat. Est hoc tamen magis elocutionis ut paulo post Fab. significabit. Turn.

6. *Non res... ignotæ collidentur.* Libri omnes ante Bad., *res non... i. c.* Ab hoc inde, Regio jubente, *res... i. non c.* Equidem transposui prius (vide §. 14; VIII, Pro. 15). Flor., *res non d.... i. collidantur.* — Vall. lib. a prima manu, RR. 8, 9, 12, a sec. manu, et apud Burm. Voss. 2, *colligantur.* Ed.

7. *Se copulaque.* Turicensis *se scopula;* a secunda manu *s. copulos.* Camp., *copulas,* cum Basil. Reliquæ editt. ante Bad., *s. copula.* Correxit Regius.

8. *Longius.* Vide tertii libri finem.

9. *Labor.* RR. 7, 10, Camp. Andr., *laboro.* Ed.

DE INSTITUTIONE ORATORIA

LIBRI OCTAVI ARGUMENTUM.

Procemium. — Cap. I. Quæ in elocutione spectanda. — II. De perspicuitate. — III. De ornatu. — IV. De amplificatione. — V. De generibus sententiarum. — VI. De tropis.

M. FABII QUINTILIANI

ORATORIÆ

INSTITUTIONIS

LIBER VIII.

PROŒMIUM.

His fere, quæ in proximos quinque libros collata sunt, 1
ratio *inveniendi,* atque inventa *disponendi,* continetur[1]:
quam ut per omnes numeros[2] penitus cognoscere,[3] ad
summam scientiæ[4] necessarium est, ita[5] incipientibus
brevius ac simplicius tradi[6] magis convenit: aut enim 2
difficultate institutionis tam numerosæ[7] atque per-

1. *Continetur.* Turic. Guelf., *continentur,* cum edd. ante Bad. exc. Camp. Nostrum et Goth. Vall. Correxit Regius.

2. *Per omnes numeros.* Hæc phrasis ducta est ab opinione Pythagoræ, qui existimavit omnia constare *numeris et numeris* perfici: unde quod *absolutum* est, dicitur habere suos *numeros.* Turn.

3. *Cognoscere, ad.* Quod hic inserunt a Jenson. inde ante Ald. *et,* nec MSS. habent, nec Camp.

4. *Ad summam scientiæ.* Usus vocis *summæ* qualis hic, frequens in Institutionibus et Declamm. Quint. Vide I; Proœm. 19; VI, 2, 1; VII, 4, 20.

5. *Ita.* Turic. Guelferb. omittunt cum Alm. Male.

6. *Tradi.* Guelf. Camp. omittunt cum Gothan. Fortasse nec male.

7. *Numerosæ.* Turic. Guelf., *innumerosæ,* cum Jens. Tarv. Correxit Regius. Ex Palatini vestigiis (neque enim ipsam hujus scripturam affert) Gebh., *sinuosæ,* usus loco II, 4, 3. Male.—R. 7, *injuriosæ.* Ed. — *Numerosæ.* Vide lib. V, cap. 10, §. 10.

plexæ deterreri solent: aut eo tempore, quo præcipue alenda[1] ingenia, atque indulgentia quadam enutrienda sunt, asperiorum tractatu rerum atteruntur: aut, si hæc sola didicerint[2], satis se ad eloquentiam instructos arbitrantur: aut, quasi ad certas quasdam dicendi leges
3 alligati, conatum omnem reformidant[3]: unde existimant accidisse ut, qui diligentissimi artium scriptores exstiterunt[4], ab eloquentia longissime[5] fuerint: via tamen opus est incipientibus, sed ea plana, et quum ad ingrediendum, tum ad demonstrandum expedita: eligat itaque peritus ille præceptor ex omnibus optima, et tradat ea demum in præsentia quæ placent[6], remota refutandi cætera mora: sequuntur enim discipuli, quo duxeris[7]: mox cum robore discendi[8] crescet etiam eru-
4 ditio. Iidem primo solum iter credant esse, in quod inducentur, mox illud[9] cognituri etiam optimum: sunt autem neque obscura, neque ad percipiendum[10] diffi-

1. *Alenda.* Guelf., *colenda*, cum Bodl.

2. *Didicerint.* Turic. (quamquam per compendium) Guelferb., *didicerunt*, cum Goth. Jens. Tarv.

3. *Conatum... reformidant.* Vide V, 10, 101.

4. *Exstiterunt.* Turic. (a pr. manu) *exstiterint.*

5. *Ab eloquentia longissime.* Vide II, 15, 35; III, 1, 18.—Carneades apud Ciceronem, de Oratore, lib. I. Pith.

6. *Quæ placent.* Hæc omisit Goth.; nec male omissa esse arbitratur Gesnerus. Non autem merito. Ed. — *Quæ placent.* Id est, quæ probat ipse, ne forte quis auscultet codici Gothano hæc omittenti.

7. *Quo duxeris.* Turic., *quod vexeris*; a sec manu *quo vexeris*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Alm. (qui tamen recedit in priore, quod obscuriore ponit compendio). *Quo rexeris*, Obr. Male.

8. *Discendi.* Turic. (a pr. manu) *dicendi*, cum Alm.

9. *Mox illud.* Turic. (a sec. manu) Guelferb. Camp. inserunt *post*, cum Goth.

10. *Neque ad percipiendum.* Hic quidem scripturam, ab aliquot modo edd. (Jenson. Tarv. Loc. Rusc.) prælatam, potiorem censeo nostra; ut *præcipiendum* legatur. Quis enim ferat « *neque* obscura, *neque* ad « percipiendum difficilia? » Num quidquam igitur interest in hac disjunctione? *præcipiendum* si fuerit, eadem erit ratio quæ modo (§. 3) « ad *ingrediendum*, ad *demonstran-* « *dum.* »

cilia, quæ scriptores diversis opinionibus pertinaciter tuendis involverunt: itaque in toto artis hujusce tractatu difficilius est[1] judicare, quid doceas, quam quum judicaris, docere; præcipueque in duabus his partibus[2] perquam sunt pauca, circá quæ si is, qui instituetur[3], non repugnaverit[4], pronum ad cætera habiturus est cursum. Nempe enim plurimum in hoc laboris 6 exhausimus, ut ostenderemus[5] rhetoricen *bene dicendi scientiam, et utilem, et artem, et virtutem esse;* materiam ejus *res omnes,* de quibus dicendum esset; tum et eas[6] in tribus fere generibus, *demonstrativo, deliberativo, judicialique* reperiri: orationem porro omnem constare *rebus, et verbis*: in rebus intuendam *inventionem*; in verbis *elocutionem*, in utraque[7] *collocationem*[8]: quæ *memoria* complecteretur, *actio* commendaret. Oratoris officium, *docendi, movendi, delectandi* 7 partibus contineri; ex quibus ad docendum, *expositio* et *argumentatio;* ad movendum, *affectus* pertinerent:

1. *Difficilius est.* Turicens. (a pr. manu) omittit *est*, cum Alm.

2. *In duabus his partibus.* « Inven- « tione et dispositione. » Capper.

3. *Instituetur.* Turic. Guelf., *instituitur*, cum Goth. et edd. (exc. Camp.) ante Basileensem, quo accedit Obrechtus.—Solus B. 10, *instituetur.* Ed.

4. *Non repugnaverit.* Docilem se præbuerit; neque enim de voluntate potius intelligendum, quam de ingenio, quo docentem sequatur discipulus. Vide I, 12, 9.

5. *Ut ostenderemus.* Nihil attinet, id quod est facillimum unicuique tractanti Quint., retro hic legere vestigia locorum, quos indicat scriptor a se in superioribus tractatos.

6. *Tum et eas.* Hæc omittit R. 10. Tò *tum* omittunt plerique nostri. Ed.

7. *Utraque;* sic Tur. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 2, et editt. ante Bad. Reliqui *utrisque.*—*Utrisque.* Nullibi reperimus. Ed. — *In utraque.* Hæc quum sit constans veterum librorum scriptura, referemus ad *inv. et eloc.* quum recentiores dent *utriusque*, intelligentes *res et verba.* Sed eodem redit, quoniam conjunxit *eloc.* cum *verbis*, *inv.* cum *rebus.*

8. *Collocation.* Secutus est Cic. in partitt. Est enim *collocatio* duplex, quædam *verborum*, quædam *rerum.* Rerum collocatio est *dispositio*, verborum autem apta est *compositio*, quæ subjungitur *elocutioni.* Turn.

quos per omnem quidem causam, sed maxime[1] tamen in ingressu[2] ac fine dominari: nam *delectationem*, quamvis in utroque sit eorum[3], magis tamen proprias
8 *in elocutione* partes habere. *Quæstiones* alias *infinitas*, alias *finitas*, quæ personis, locis, temporibus continerentur[4]; in omni porro materia tria esse quærenda, *an sit? quid sit? quale sit?* His adjiciebamus, *demonstrativam* laude ac vituperatione constare; in ea, quæ ab ipso[5], de quo diceremus, quæ post eum acta essent, intuendum; hoc opus tractatu *honestorum utiliumque*
9 constare[6]: *suasoriis* accedere tertiam partem[7] ex conjectura, *possetne fieri?* et, *an esset futurum?* de quo deliberaretur[8]: hic præcipue diximus spectandum, *quis, apud quem, quid?* diceret: *judicialium* causarum alias in singulis, alias in pluribus controversiis consistere; et in quibusdam sufficere modo *intentionem*, modo *depulsionem;* porro *depulsionem* omnem[9] infi-

1. *Sed maxime.* Turic. Guelferb. Camp., *et m.*

2. *In ingressu.* Τὸ *in* omittit Camp. Ed.

3. *In utroque... eorum.* Et in rebus et in verbis.

4. *Continerentur.* Guelf. Camp., *continentur.* — Eadem nostri. Ed.

5. *Ab ipso.* Goth., *ante ipsum*, um Voss. 2, argutantibus librariis, sicut et modo (§. 7), ubi horum uterque *egressu* pro *ingressu* (vide VII, 10, 13; item mox). Quamquam speciem quæras Gothanæ lectioni forsitan ex III, 7, 10. Tum sic legas: *ante ipsum d. q. d. quæ ab ipso, quæ post eum* cæt. — Eadem nostri. Ed.

6. *Hoc opus... constare.* Vide lib. III, cap. 4, §. 16.

7. *Tertiam partem.* « Nimirum « duas habent communes cum *de-* « *monstrativa*, de *honestis* ac de « *utilibus.* » Gesnerus.

8. *Deliberaretur.* Post *deliberaretur* Vallæ lib. (qui rursus apparuit) RR. 8, 9, inserunt *et definitionem.* R. 12 ponit punctum post *deliberaretur*, et inserit *definitione* cum puncto. Ed.

9. *Et in quibusdam... depulsionem omnem.* Turic. Guelf. Camp., *e. i. q. intentionem modo d. p. o.* (Turic. Guelf. dant *omne* pro *omnem*) cum Goth. (err. Gesn.) Bodl. Almel. et editt. ante Bad. quo acc. Obr. nisi quod *depuls.* inserit post *porro.* Voss. 2, omnia hæc a *consistere* inde ad *porro* (non subjecto *depulsionem*) dicitur omittere, deserto ille Goth. suo. (vide modo, item §. 12). Badius quidem de suo addidit *suffioere*

tiatione[1] duplici, *factumne, et an hoc factum esset?* præterea *defensione* ac *translatione*[2] constare: *quæstionem* aut ex facto, aut ex scripto esse; *ex facto*, de rerum[3] fide, proprietate[4], qualitate; *ex scripto*[5], de

modo, scripturam supine receptam a reliquis. Sententia inde nascens nulla plane est. Quando enim ulla causa potest aut intentione carere aut depulsione? Nedum ut usquam in superioribus tale quid dixerit Noster, quod tamen demonstrare debebat emendator Badius, anquirere autem recentiores. Ponam quomodo hæc tam portentosa interpretari sibi visus sit Gedoynus : *et qu'en quelques-unes il suffit de se porter simplement pour demandeur ou pour défendeur.* Nititur Badius loco III, 9, 1; aptissimo illo, si quis convellere cupiat ipsius scripturam. Obrechtus reducens veterem constitutionem verborum dirimendo eam adjuvare conatus est: *et in quibusdam intentionem; modo depulsionem.* Accepit profecto *in quibusdam* et *modo* sibi opposita, quo more variari invicem relata docuimus ad VI, 2, 12. Sed ne hoc quidem proficit, quum desit infinitivus reddendus accusativis *intent. depuls.* quem si intellexit Obr., *constare* in fine, nihil egit. Pseudo-Turnebus optans: « modo intent. *et* « dep. » tangi censet partim conjecturales causas, in quibus sit prima duntaxat *intent.* et *depuls.*, partim *qualitatis*, quæ flagitent rationem et firmamentum (vide III, c. 11). Nec presse Codd. sequitur hic nec probabilem sensum præstat. Ego curare locum despero cum Regio. Hæc tamen accedere suspicor ad manum Quintiliani: *Consistere, in quibus tamen intentionem esse omnino et depulsionem, depulsionem porro omnem.* Loca quo respicitur sunt et III, 9, 1; et III, 10, 1.—Τὸ *sufficere.* Apud nostros non reperimus. Ed.

1. *Infitiatione... constare.* Vide III, 6, 83.

2. *Ac translatione.* Turic., *a. latratatione.* Guelf.Flor.,*a. latratione,* cum Alm. (vide VII, 10, 14; it. hic §. 14); sed *a. jactatione* Flor. a sec. manu. *An detractatione,* Goth. (err. Gesn.) cum Voss. 2, Vall. (in priore quidem voce hi non memorati. Vide VII, 9, 5; item hic §. 30). *Et tractatione,* Camp. *Ac altercatione* edd. ante Bad. pr. qui expressit Vallensem scripturam, quum altera nostram det. Regius aut hoc aut *actione* suadet. — Eadem nostri. Ed.

3. *Aut ex facto... facto, de rerum.* Turic. Guelf. Camp., *a. ex scripto esse aut ex facto de rer.*, cum Goth. (tac. Gesn.) Alm. Voss. 2 (nisi quod *aut* post *esse* omittunt conferentes) et edd. ante Ald. Hic nihil aliud nisi inserit post *ex f.* iterum *ex f.* Bad. pr. nostram dat, nisi quod omittit *ex* post *esse.* Equidem suspicor fuisse: *a. e. scripto esse a. e. facto. Facto de rer.* quum mox libri omnes ante Bad. sec. *ex* omittant ante *scripto.* — *Aut ex scripto esse, aut ex facto. De rerum fide,* etc.; sic omnes nostri Codd. Ed.

4. *Proprietate.* Vide III, 6, 53. — *Propriet.* appellat *finitivum statum;* propterea quod definitio explicat rei *propriet.* et vocabuli. Turn.

5. *Ex scripto.* Τὸ *ex* omittunt om-

verborum vi, aut voluntate; in quibus vis tum causarum, tum actionum [1] inspici soleat, quæque aut scripti et voluntatis, aut ratiocinativæ [2], aut ambiguitatis, aut
11 legum [3] contrariarum specie continetur [4]. In omni porro causa judiciali quinque esse partes, quarum *exordio* conciliari audientem, *narratione* [5] causam proponi,

nes nostri, except. Jens. ab emend. Ed.

1. *Vis tum... tum actionum.* Monet Quint. et in scripto multam esse rationalium statuum partem, neque ibi solas juris cavillationes agi, sed causæ cujusque qualitatem sæpe expendi, quod per capita libri septimi extrema quinque satis ostendit. Jam vero, quod toties (VII, 2, 55), subit gravari et hic vitium iterati ejusdem vocabuli: quum enim vix bene desierit « de verborum *vi* » dicere, recurrit en « *vis* causarum et « actionum. » Nec quidquam aget hic emendator. *Vis*, posteriore loco, est *natura*, *indoles*, ut sæpissime apud Nostrum.

2. *Ratiocinativæ.* Turic. Guelf. (nisi quod hic cum syllaba *ci*) Camp., *rationativa*, cum Gothan. (hic ut Guelf.) Voss. 2 *Ambiguitate*, Goth., probante Gesnero, me non item.— Eadem nostri. Ed.

3. *Legum.* Turic. Guelf. Camp., *rerum*, cum Goth. Bal. Voss. 2, et edd. ante Ald. Correxit Regius. — Pro *legum* omnes nostri habent *rerum*. Ed.

4. *Continetur.* R. 13 solus *continentur*. Ed. — *Quæque... continetur;* sic quidem libri omnes (nam quod solus Voss. 2, *quippe* narratur dare, nihil ad rem), nec hæserunt VV. DD.; ex quibus tamen libenter quæram, quo retulerint *quæque?* Eodem profecto quo *in quibus* i. e. ad « verba et voluntatem. » Sed subjicitur *continetur*, ut cogamur agnoscere singularem; nec sententia fert illam conjungendi rationem. Sed imperatur tamen eadem adjuncto illo *que*. Et quare *soleat* conjunctivus est, *continetur* indicativus? Qui cæcum incedentem, manuque iter explorantem (non sine plurima tamen offensione) spectare cupiat, eum Gedoyni versionem consulere jubeo. Nihil equidem video nisi ut cum damno sane elegantiæ *quæ* (relativum sine *que*, continuatum illud post modo positum *in quibus*, neque tamen eodem relatum) scribatur et *continentur*. Ita dicentur *contineri actiones* quatuor illarum quæstionum *specie;* et quidem nunc dicentur, unde repeto quod indicativus comparet *continentur*, non *contineantur*. Neque enim sic corrigere velim. Si forte quis *quæque... continetur* conjungat cum *vi actionum*, salvam censens scripturam, is in alios se laqueos induet.

5. *Narratione... memoriam.* Turic. Guelf. Camp., *n. proposita confirmari refutatione aut memoriam*, cum libris omnibus ante Ald. qui primus obsecutus Regio inseruit necessaria ad sensum, quæ mox Badius, lectore tamen non monito, paulo aliter constituit. Reg. « causam narr. proponi, confirmatione « proposita confirmari, confutatione « ne, etc. » minus eleganter sane,

confirmatione roborari, *refutatione* dissolvi, *peroratione* aut memoriam refici[1], aut animos moveri. His argu- 12
mentandi et afficiendi locos, et quibus generibus concitari, placari, [2] resolvi [3] judices [4] oporteret, [5] adjecimus: accessit ratio divisionis [6]: credere modo qui discet, velit, certam [7] quamdam viam esse, in qua multa etiam

sed propius Codd. scripturam. Manum hic Quint. restituere nemo sibi sumpserit. Magis tamen ad eam accedere hæc putem: « audientem « doceri narr. proposita, confirmari « probatione, ref. dissolvi, etc. » Præter ea quæ nimium sunt immutata, *roborari* levius positum est, quo in hac re uti Quint. non memini, nam aliud est mox §. 28; in memoria, et *robur* X, 3, 10.

1. *Memoriam refici;* sic Turicens. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Almel. et edd. ante Bad. quo acc. Obr. Reliqui inserunt *judicis*, Regio jubente.

2. *Resolvi*. Vide IV, 2, 19.

3. *Judices*. RR. 7, 10, 12, 13, *judex*. Ed.

4. *Oporteret;* sic Ambr. 1. *Oportere*, Flor. Turic. (a pr. manu uterque). Reliqui *oportet*. — Vall. lib. RR. 7, 8, 9, 10, 12, Camp. Andr. Jens. Ald., *oportet*. Ed.

5. *Adjecimus*. RR. 7, 12, Camp. Andr., *adjiciemus*. Ed.

6. *Divisionis*. Ita Fabius appellat distributionem *thematis* et *causæ* in capita sua: quæ res dispositionem orationis efficit. Ea dicitur παραγχείρησις, de qua præcepit lib. VII Fabius. Turn.

7. *Velit, certam... in qua*. Turicens., *vellit tetram quædam variam est et i. q.*, cum Alm. nisi quod ex hoc *velit* et *varia*, nec *et;* a sec. ille manu *vel littera quædam varia esse in q.*, et sic Guelf. cum tribus Vaticanis N° 577, 1555, 1557; et Neapolitano Regio. *Velut tertia quædam varia esse in*, Camp. cum Guelf. facere narratur Voss. 2; sed Goth. (err. Gesn.) *velit tertia quædam varia est et i. q.* Flor., *v. tetram* (a sec. manu *tertiam*) *quædam varia esse et i. q.* Ambr. 1, *v. certa quædam varia* (in margine *t via*) *est et i. q.* Frugi esse receptam, quæ ab Jensono inde obtinet, nemo attentior dixerit. *Certam viam* credi quam maxime vetat Quintil. multis locis (velut V, 14, 31; VII, Procem. 4, 7, 10 extremo toto, XII, 2, 26) nec in tali potissimum multa possunt præstari sine doctrina. *Quædam* qui potuerit convenienter inserere reliquæ orationi, is maxime emendasse videbitur. Interim hoc cum cæteris statuam corruptum ex *quamdam*, quum accusativus in cæteris sit antiquissimorum. Hinc eruam: *terram quamdam variam esse et in qua*. Subjectum quidem fluctuat, et est ἀπὸ κοινοῦ intelligenda omnis hæc πραγματεία, *eloquentia*. *Terram* (solum) *variam* h. e. ad varia frugum genera edenda habilem, non unius totam ubique indolis, exemplis astruere non datur, sed invenio in nostro ipso loco. *Soli varietas* apud Plinium est, nec ignota alibi. Id tamen attributum maxime congruit consilio scriptoris; nec aptum fuerit *validam*. Quod tamen vel præcipue

sine doctrina præstare[1] debeat per se[2] ipsa natura, ut hæc, de quibus dixi, non tam inventa a præceptoribus, quam, quum fierent, observata esse videantur.
13 Plus[3] exigunt laboris et curæ, quæ sequuntur: hinc enim[4] jam *elocutionis* rationem tractabimus, partem operis, ut inter omnes oratores convenit, difficillimam: nam et M. Antonius, cujus supra habuimus[5] mentionem[6], quum ait *a se disertos visos esse multos, eloquentem autem neminem, diserto*[7] satis putat dicere quæ oporteat; ornate autem dicere, proprium esse *eloquen-*
14 *tissimi*. Quæ virtus si usque ad eum in nullo reperta est, ac ne in ipso quidem[8], aut L. Crasso; certum est

tenendum censeo ex vetere scriptura, est illud *et* ante *in qua*. — *Qui discet, velit;* sic Vall. lib. a sec. manu valde antiqua, RR. 7, 9, 12. *Certam quamdam viam esse, in qua;* sic idem Vall. lib. R. 8. Ed.

1. *Doctrina præstare.* Flor., *doctrinæ p̄s.;* a sec. manu *doctrina* et adjicitur *rare;* item Ambr. 1, nonnisi per lituram *a* in *doctrina*. Sed Vaticanus 1555, *d. esse.*

2. *Per se.* Flor. Ambr. 1 (a pr. manu uterque) Turic. omittunt *se*, cum Alm.; a sec. manu ille *per ipsam naturam*, et sic Codex Neapol. Guelf. cum Voss. 2, non Gothan. (vide §§. 9, 33).

3. *Plus.* Ante hoc vocabulum caput distinguunt cum inscriptione *de virtute elocutionis* Flor. (sed hic *loc.*) Turic. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. cum Alm. Voss. 2, Vall. Regius hanc recte videtur sustulisse, contra libros sibi quidem visos omnes fecisse testatus. Ergo Locatelli ille non viderat. Ne Camp. quidem ullam hic ego diremptionem notavi. — Hic primum caput inchoant Vall. lib. RR. 7, 8, 9, 10, 12, Andr., et hunc titulum præfigunt: *De virtute elocutionis.* Solus R. 7: *De elocutione.* Titulum non habet R. 12. Ed.

4. *Enim.* Turic. (a sec. manu) Guelf. Camp. omittunt cum Goth. Voss. 2.

5. *Habuimus... a se;* sic Ald. Andr. Colinæi. Sed Turic., *h. quum ad se;* a sec. manu *h. quum a se*, et sic Guelf. (nisi quod habet *mentionem*) cum Bodl. *H. m. quum ait se*, Camp. Reliqui omittunt *quum.*

6. *Supra habuimus mentionem.* Proxima quidem mentio VII, 3, 16. Hoc ejus dictum notissimum est apud Cic. de Or. I, 21, Orat. c. 5, Plin. Epist. V, 20.

7. *Diserto.* Turic. Guelf. Camp., *disertos*, cum Goth. (err. Gesn.) et edd. ante Ald. Reliqui *disertis.* Nos expunximus *s* sequente altero. — Eadem nostri. Præterea R. 12, *disertus.* Ed.

8. *Ac nè in ipso quidem.* Turic., *a. n. ipso cer q.*, cum Alm., nisi quod ex hoc *a. n. in i. eor. q.* Goth.

et his et prioribus[1] eam desideratam[2], quia difficillima fuit: et Marcus[3] Tullius[4] *inventionem* quidem ac *dispositionem* prudentis hominis[5] putat[6], *eloquentiam* oratoris. Ideoque præcipue circa præcepta partis[7] hujus laboravit[8]: quod eum merito fecisse, etiam ipso rei, de qua[9] loquimur nomine, palam declaratur: *eloqui* enim hoc est[10], omnia quæ mente conceperis, promere, atque ad audientes perferre[11]; sine quo supervacua[12] sunt priora, et similia gladio condito, atque intra vaginam

quoque cum Voss. 2, omittit *in*. Turic. a sec. manu *in ipso q.*, omissis reliquis, et sic Guelf. Mox Jens., *a. ne quidem*, cum edd. ante Ald. quod correxit Regius. CAMP. tamen et Tarv. nostrum ipsum. — *Aut L. Crasso*. Turic., *a. licrasso*. CAMP., *aut in Crasso*. Hoc placet. — *Certum*. Turic. Guelf. CAMP., *tum*, cum Goth. Voss. 2, Almel. Rectissime suspicatur Ulricus in alienum locum delatam syllabam *cer* dedisse has turbas (vide Almel. gemellum et vide §§. 9, 20).

1. *Et his et prioribus;* sic Turic. Guelf. (nisi quod apud hunc secundo loco non notavi omissionem) CAMP. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. Reliqui post utrumque *et* inserunt *in*.

2. *Eam desideratam*. Turic. (a sec. manu) Guelf. CAMP., *etiam desiderata*, cum Goth. Voss. 2. Vides scripturam accommodatam ad illud *tum* pro *certum*.

3. *Marcus*. Jensonus *Marcus*, cum editionibus ante Gryph. In CAMP. et Codd. nihil notavi. Vide lib. VI, cap. 3, §. 39.

4. *Marcus Tullius*. Orator, cap. 14. Ne hoc quidem plane memor retulit Quintilianus.

5. *Hominis*. R. 13 addit *esse*. Non male. ED.

6. *Putat;* sic et Goth. non, ut Gesn. ait, *judicat*.

7. *Præcepta partis hujus;* sic Turic. Guelf. CAMP. cum Loc. et edd. ante Ald. Reliqui *part. huj. præc.* (vide VII, 10, 17; item hic 16).

8. *Laboravit;* sic Turic. Guelf. CAMP. Reliqui *elab.* Vide VI, 4, 1; II, 3, 6. — Ut in Oratore ad Brutum. Nam, omissis cæteris rhetoricæ partibus, duntaxat illic *elocutionem* tractavit. TURN.

9. *De qua*. Turic., *de quo*.

10. *Hoc est*. Recte Gesnerus ejicere malit *hoc*, et poterat adhærescere ex male intellecto *enim*. Vide VII, 1, 48.—Difficillimum sane est recte eloqui; nempe, ut id contingat, virtutes variæ et illæ quidem non obviæ desiderantur; siquidem jure dixit *Buffon*, *disc. de récept. à l'acad. franç.* « *Bien écrire, c'est tout* « *à-la-fois bien penser, bien sentir* « *et bien rendre; c'est avoir en même* « *temps de l'esprit, de l'ame, et du* « *goût.* » ED.

11. *Perferre*. RR. 7, 10, CAMP. Andr., *proferre*. ED.

12. *Superv*. Turic. Guelf. CAMP., *semper vacua*, cum edd. ante Ald.

16 suam hærenti[1]. Hoc itaque maxime docetur; hoc nullus nisi[2] arte assequi potest; huc studium[3] adhibendum; hoc exercitatio[4] petit, hoc imitatio; hic omnis ætas consumitur; hoc maxime orator oratore præstan-
17 tior: hoc genera ipsa dicendi aliis alia[5] potiora. Neque enim Asiani[6], aut quocunque alio genere corrupti, res non viderunt, aut eas non collocaverunt; neque, quos *aridos*[7] vocamus, stulti, aut in causis cæci fuerunt; sed his judicium in eloquendo ac modus, illis vires defuerunt; ut appareat in hoc et vitium et virtutem esse
18 dicendi. Non ideo tamen sola est agenda cura verborum; occurram enim necesse est, et, velut in vestibulo protinus apprehensuris[8] hanc confessionem meam, resistam iis, qui, omissa rerum (qui nervi sunt in causis)

1. *Gladio condito... hærenti.* « Sic « *enses conditos* una cum vagina re« positos dixit Hor. Epod. VII, 8. » Gesnerus.

2. *Nisi;* sic et Goth. non *sine*, ut ait Gesn.

3. *Huc studium.* Turic. Camp., *hic s.*, cum Goth. et edd. ante Ald. Sed Guelf., *hoc s.*, cum Vall. Bas.; a sec. ille manu *huic* et sic, volente Regio, Ald. Nostrum primus Bad.; sed nota sua aliud suadens.

4. *Exercitatio.* Turic. (a pr. manu) *exercitatione*, cum Alm.

5. *Aliis alia;* sic Turic. Guelferb. Camp. Reliqui *alia aliis* (vide §§. 15, 30).

6. *Asiani.* Nota et apud Ciceronem quoque frequentata oratorum divisio, Asiaticorum, Atticorum, Rhodiorum, de qua vide inprimis Voss. de arte Orat. VI, 6, 2; item Nostrum IX, 4, 103; XII, 10, 16, seqq. Juvat audire Dionysium Halic. Asianos rhetores indignantem: ἡ μὲν Ἀττικὴ Μοῦσα καὶ ἀρχαία καὶ αὐτόχθων ἀτιμως οὑτωσὶ σχῆμα, τῶν ἑαυτῆς ἐκπεσοῦσα ἀγαθῶν· ἡ δ' ἔκ τινων βαράθρων τῆς Ἀσίας ἰχθὺς καὶ πρώην ἀφικομένη, ἣ Φρυγία τις ἢ Καρικόν τι κακὸν, ἢ βάρβαρον, Ἑλληνίδας ἀξίου διοικεῖν πόλεις, ἀπελάσασα τῶν οἰκείων τὴν ἐτίραν, ἡ ἀμαθὴς τὴν φιλόσοφον, καὶ ἡ μαινομένη τὴν σώφρονα... Ἔξω... ὀλίγων τινῶν Ἀσιανῶν πόλεων, αἷς δι' ἀμαθίαν βραδεῖά ἐστιν ἡ τῶν καλῶν μάθησις, αἱ λοιπαὶ πέπαυνται τοὺς φορτικοὺς καὶ ψυχροὺς καὶ ἀναισθήτους ἀγαπῶσαι λόγους. Tom. Rsk. V, p. 447, 48.

7. *Aridos.* Significare videtur aliquos, qui se *atticos* appellari volebant. Qui, quia videbant Lysiam oratorem atticum *tenuem esse, jejunitatem* orationis et *ariditatem* consectabantur, idque putabant esse maxime atticum. Eos reprehendit Cic. in Orat. ad Brutum. Turn.

8. *Apprehensuris.* Vide lib. VI, cap. 4, §. 18.

diligentia, quodam inani circa voces studio senescunt: idque faciunt gratia decoris; quod est in dicendo, mea quidem opinione, pulcherrimum[1], sed quum sequitur[2], non quum affectatur. Corpora sana[3], et integri 19
sanguinis, et exercitatione firmata, ex iisdem his speciem accipiunt, ex quibus vires: namque et colorata, et astricta, et lacertis expressa[4] sunt; sed eadem si quis vulsa[5] atque fucata muliebriter comat, fœdissima[6] sunt ipso formæ[7] labore; et *cultus concessus atque magnifi-* 20
cus addit hominibus, ut græco versu[8] testatum est, *auc-*

1. *Quod est... pulcherrimum.* Reponendum est *qui... pulcherrimus* libris quidem invitis (nisi quod Turic. a pr. manu habet *qui*) quum *decoris* plane debeat producere penultimam. Vide IV, 2, 19. Malim etiam transponere *dec. gratia.* Sed vide VIII, 6, 2; IX, 4, 144.

2. *Quum sequitur.* R. 7, *quum sequimur.* R. 10, *qui sequimur.* Ed.— *Sequitur.* Vide IV, 3, 4.

3. *Corpora sana.* « Locum illum « de pulchritudine, naturaliter sa- « nitatem, utilitatem, artem conse- « quente, eleganter tractatum vide « a Cic. de Or. III, 45 seq. Varr. de « R. R. I, 4, 2. Nostro præsertim « VIII, 3, 8; et IX, 4, 8. » Gesnerus. Adde V, 12, 17, ad finem usque.

4. *Lacertis expressa.* Vide II, 4, 6. « *Lacerti* non modo pars brachii « humeris proxima... sed ii, quos « medici musculos appellant. Ita- « que Columella, VI, 37, 6: ut pec- « tus *musculosum*, sic *lacertosa fe-* « *mina* poscit asinum admissarium: « et Varro II, 7, 13, *equum maxi-* « *me crescere* ait, *quum est trimus,* « *et lacertosum fieri;* idemque III, « 9, 5, *lacertosos* esse vult gallos « gallinaceos. Nec absurdum forte « (fortasse), fuerit putare, eadem si- « militudine et figura hos *lacertos* « primum a *lacerto* pisce vel qua- « drupede dictos, qua deinde *mus-* « *culi.* Firmat hæc non Gorræus « modo, qui *μῦν lacertum* vocat: » [in Definitionibus Medicis, p. 417.] « sed gloss. vetus *Lacerti μύες βρα-* « *χίονων.* » Gesnerus.

5. *Vulsa.* Turic. Guelf., *volosa.* — *Vulsa.* Vide V, 9, 14.

6. *Fœdissima sunt.* Displicet recurrens iterum *sunt*, aut tollendum aut scribendum certe *sint.* Hoc præfero.

7. *Formæ.* I. e., pulchritudinis.

8. *Græco versu.* Turic., *græci v.*; a sec. manu *græci versus*, et sic Guelf. — *Ut græco versu testatum est.* Frustra adhuc quæsitus hic versus, nec quidquam alienius, quam quod Erasmum (Chil. III, 1, 60) suspicatum vulgo sequuntur, designari Odyss. VI, 29. Hujus erroris expers Cælius Rhodiginus, qui (XVI, 9) conjungit modo et Fabii et Homeri loca. Mihi notandum videtur, ne hic quidem expressa verba græca (vide VII, 9, 8; IV, 5, 17; I, 10, 21). Versum sesquialte-

toritatem: at muliebris et luxuriosus, non corpus[1] exornat, sed detegit mentem: similiter illa translucida et versicolor[2] quorumdam elocutio res ipsas effeminat, quæ illo verborum habitu vestiuntur[3]: curam ergo ver-
21 borum, rerum volo esse sollicitudinem. Nam plerumque optima[4] rebus cohærent, et cernuntur suo lumine; at nos quærimus illa, tamquam lateant semper, seque subducant: ita nunquam putamus circa id esse, de quo dicendum est; sed ex aliis locis petimus, et inventis
22 vim afferimus. Majore animo aggredienda eloquentia est; quæ, si toto corpore valet, ungues polire, et capillum reponere[5], non existimabit ad curam suam pertinere; sed evenit plerumque, ut in hac[6] diligentia
23 deterior etiam fiat oratio. Primum[7], quia sunt optima

rum fingere subiit: ὁ γὰρ μεγαλοπρεπὴς Μήτριός τε κόσμος κῦρος ἀνδράσιν νέμει. Si aliunde quam ex hoc ipso Fabii loco suum ῥῆμα ἀνὴρ effinxisset Scaliger in Stromateo provv. haberemus sane, quod cum aliqua veri specie afferremus.

1. *Non corpus.* Turic. Guelferb. omittunt, magno acuminis detrimento.

2. *Versicolor.* Turic. (a prima manu) *versiculos*, cum Alm. (vide §§. 14, 30). — *Translucida et versicolor.* Significari coas vestes post alios recte monet Gesnerus, ablegans ad Petron. c. 55, versicolores quoque vestes esse meretricum: vide Bottigeri Sabinam, p. 370. Sic Bion Borysthenites dicitur ἀνδρικὰ πρῶτος ἐνδῦσαι τῇ φιλοσοφίᾳ Diog. Laert. IV, 52.

3. *Vestiuntur.* Turic. Guelf., *vestiantur*, cum Goth. Voss. 2, fortasse nec male. — Omnes nostri *vestiantur.* Ed.

4. *Optima.* Turic. Guelf. Camp., *optime*, cum Goth. Alm. Voss. 2, Jens. Tarv. — Omnes nostri Codd. *optime.* Ed.

5. *Reponere.* Obr., *componere.* — *Capillum reponere.* Turbatum agendo, velut togam VI, 3, 54; XI, 3, 149; vide de capillo ipso XI, 3, 148.

6. *Ut in hac;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 2, et edd. ante Bad. Hic primus *in* omittit, non monito lectore, cui obsecundarunt reliqui. — R. 13, *nimia* pro *in hac.* Ed. — *Ut in hac diligentia.* Dum id solum agunt, ut quam comptissima sit eloquentia, effugit eos verus et masculus decor. Non tam igitur *propter* hanc *dilig.*, sed *inter* ejusdem opus, deterior fit et quasi macrescit oratio. Vide §. 27, *dum... dum.*

7. *Primum.* Hoc quidem exspectare nos jubet alterum adverbium *deinde*, nec tamen quidquam tale se offert. Et omittit vocem nostram

minime arcessita, et simplicibus atque ab ipsa veritate profectis similia: nam illa, quæ curam fatentur, et ficta atque composita videri etiam volunt, nec gratiam consequuntur, et fidem amittunt, propter id[1] quod sensus obumbrant, et velut læto gramine sata strangulant. Nam et, quod recte dici potest, circumimus[2] amore 24
verborum; et, quod satis dictum est, repetimus; et quod uno verbo patet, pluribus oneramus; et pleraque significare[3] melius putamus, quam dicere. Quid? quod nihil jam proprium placet, dum parum creditur disertum, quod et alius dixisset? A corruptis- 25
simo quoque poetarum figuras seu translationes mu-

unus certe Gothanus. Mox *propter id quod* displicuit Rollino, non immerito quidem, et malebat *præter id quod* (vide X, 2, 26; sed et not.). Ambigo an hac mutatione admittenda *primum* quoque nostro vindicetur, ut illud *præter id* variatum modo fuerit pro *deinde*, quum habeat tamen alterius causæ significationem. Sed tum velim verba illa *obumbrant strangulant* mutari passivis, ne cogamur subjectum mutuari ex antecedentibus. Tunc etiam melius abfuerit *et* post *obumbr.* Quid enim est, quod « sensus læto gramine « sata strangulant? »

1. *Propter id.* Turic. (a pr. manu) *præ pid.*

2. *Circumimus amore.* Si respexit, quod tamen videtur fecisse, Virgilium Georg. III, 285. « Singula.... « circumvectamur amore » alio traxit *amorem;* et fortasse ne cogitavit quidem, ut *amor verborum* nihil esset aliud quam *studium loquendi* (VI, 4, 8) et *copiosa loquacitas* (VIII, 2, 17) loco gemino. — De hac inani verborum cura idem sentit *Buffon, disc. de récept. à l'acad. franç.* « *Rien n'est plus opposé à la véritable éloquence, que l'emploi de ces « pensées fines et la recherche de « ces idées légères, déliées, sans consistance... Rien n'est plus opposé « au beau naturel, que la peine « qu'on se donne pour exprimer des « choses ordinaires: on commence « d'une manière singulière ou pompeuse; rien ne dégrade plus l'écrivain. Loin de l'admirer, on le « plaint d'avoir passé tant de temps « à faire de nouvelles combinaisons « de syllabes, pour ne rien dire que « ce que tout le monde dit.* » Non amplius citabo *Buffon*, cujus orationem totam cum Quintiliani Proœmio conferendam esse censeo. Ed.

3. *Significare.* Id est, rem circuitu quodam designare; rhetoribus proprium verbum. Figura est quam appellant ἔμφασιν et significationem. In duas species dividitur, quarum altera plura quam dicit intelligenda præbet, altera vel quæ non dicuntur, indicat. Ed.

tuamur; tum demum ingeniosi scilicet, si ad intelligendos nos opus sit ingenio: atqui satis aperte [1] Cicero præceperat, *in dicendo vitium vel maximum esse, a vulgari genere orationis, atque a consuetudine communis*
26 *sensus abhorrere.* Sed ille durus[2], atque [3]ineruditus: nos melius, quibus sordent omnia, quæ natura dictavit[4], qui non ornamenta quærimus, sed lenocinia; quasi vero sit ulla[5] verborum, nisi rei cohærentium, virtus; quæ ut propria sint, et dilucida, et ornata, et apte collocentur, si tota vita laborandum est, omnis
27 studiorum fructus amissus est. Atque[6] plerosque videas hærentes circa singula, et dum inveniunt, et dum inventa ponderant, ac dimetiuntur; quod si[7] idcirco fieret, ut semper optimis uterentur, abominanda tamen hæc infelicitas erat, quæ et cursum dicendi refrenat, et
28 calorem cogitationis exstinguit mora et diffidentia[8]. Miser enim et, ut sic dicam, pauper orator est, qui nullum verbum æquo animo perdere potest; sed ne perdet quidem qui rationem eloquendi[9] primum cognoverit, tum lectione multa et idonea copiosam sibi verborum suppellectilem compararit, et huic adhibuerit artem

1. *Cicero.* De Orat. I, 3.

2. *Ille durus.* Turic. Guelf. Camp. Goth. (err. Gesn.) inserunt *et*, cum edd. ante Basil. Suspicor fuisse *est.*

3. *Sed... iner.* Ista sunt ironice accipienda. Quosdam sui temporis Rhetores irridere Fab. videtur, qui, ut Aper in Dial. de causis corr. eloq. Tacito inscripto, *Ciceronem non carere vitiis antiquitatis, lentum esse in principiis...* etc., dictitabant. Vide Dial. §. 22. Ed.

4. *Dictavit.* Turic. Guelf., *ditavit*, cum Goth. Alm. Vall. et editt. ante Ald. Non notavi Camp.

5. *Ulla.* Turic. Guelferb. Camp. omittunt cum Voss. 2.

6. *Atque.* Scribendum profecto *atqui.*

7. *Quod si;* sic Turic. Guelferb. Camp. cum Gothan. Alm. Voss. 2, et edd. ante Bad. Reliqui inserunt *etiam.*

8. *Diffidentia.* Turic. Guelferb. Camp., *differentia*, cum Goth. Alm. Voss. 2, et edd. ante Basil. — Omnes nostri *differentia.* Male. Ed.

9. *Eloquendi;* sic Goth. Voss. 2. Reliqui *loquendi.* Vide VIII, 6, 59. — Eadem nostri. Ed.

collocandi: deinde hæc omnia exercitatione plurima roborarit, ut semper in promptu sint, et ante oculos. Namque hoc qui fecerit, ei res[1] cum nominibus suis 29
occurrent[2]; sed opus est studio præcedente, et acquisita facultate, et quasi reposita; namque ista quærendi, judicandi, comparandi anxietas, dum discimus adhibenda est, non dum dicimus[3]: alioqui[4], sicut qui pa-

1. *Ei res.* Turic., *sic r.*, cum Alm.; a sec. manu *si r.*, et sic Guelf. *Sibi r.*, Camp. cum Goth. Voss. 2, Jens. et edd. ante Bad. — Eadem nostri. Ed.

2. *Occurrent.* Turic. Guelf. Camp., *occurrerent*, cum Alm. et edd. ante Aldum.

3. *Dum dicimus;* sic Turicens. Flor. Ambr. 1, cum Almel.; a sec. manu primus horum *quum d.*, et sic reliqui. — *Dum dicimus*, dum causas agimus. Neque enim nunc loquitur de ejusmodi anxietate, quæ sit inter ipsam actionem. Opponit ætatem discentium alteri, quum jam oratores facti negotia gerunt in foro.

4. *Alioqui, sicut... corpus sequi.* Hic etsi sententia utcunque agnoscitur, mutila tamen et hiulca pleraque nemo est quin admonitus sentiat. Primum enim quis acquiescet in confragosa adeo oratione, qualis est: *Si præparata*, ubi nulla commissura antecedentibus junguntur insequentia. Deinde deficit subjectum eorum quæ « erunt in « officio. » Infantis est et balbutientis « *verba*, » tanto intervallo non comparentia, hic subaudienda sumere. Sed ne in prioribus quidem expletur animus audientis. Itane « qui patrimonium non pararunt, « illud ipsum, patrimonium » quærunt? Opus est opposito quodam, et minore illo, quod, quum *patr.* non *pararint*, nunc *quærant*. Etsi enim in *patr.* voce non hærendum, quasi illud a *patre* modo accipi (vide notas ad Decl. Burm. p. Burm. 436) debeat, claudicat tamen oratio, si nihil in *patrimonii*, quod non adest, locum subeat aliud. Mox nego ac pernego, pro Quintil. esse concinnitate, imperfectum ita destituere ἀνταπόδοτον, nec habet illud *ita* quo referatur. An, ut *patrimonium* quoque *quærant* in oratione, qui parum laborarint? Restat, ut aliquam loci truncati restitutionem experiar. Consulet, qui volet, nott. infra. « Non pararunt, sub diem « quærunt victum » (an malis *vitam?*): « ita in oratione, qui non « satis laboravit, verba desiderabit. « Sin » (hoc volebat et Pseudo-Turn.) « præparata dicendi vis... « videantur atque eos ut umbra « corpus sequi. » *Sub diem* esse, quod Francogallorum *au jour la journée*, Græcorum ὑφ' ἡμέραν, Latinorum *in diem*, sumo magis quam probo. Tamen ejusmodi quid necessarium. Vide Plin. H. N. VIII, 32, p. (Hard.) 457. « (cervi quum « amiserunt cornua) *sub ipsa die* « maxime invia petunt. » Etiamsi hic, ut verum puto, legeris *sub ipsam diem*, dissimilis nihilominus nostro sensus, affinis tamen; 35,

trimonium non pararunt, subinde[1] quærunt: ita in
30 oratione, qui non satis laborarunt[2]. Si præparata vis
dicendi[3] fuerit, erunt[4] in officio[5], sic[6] ut non ad re-
quisita respondere[7], sed ut semper sensibus inhærere
31 videantur[8], atque ut umbra[9] corpus sequi. Tamen[10] in
hac ipsa cura est aliquid satis; nam quum latina, [11] si-

p. 698, « tergendam tabulam manu-« daverat... prætor *sub die* ludo-« rum. » Et hic *sub diem* malim. Affert Burm. locum Sueton. Cal. 17, « defunctus sub Kal. diem. » Propert. IV, 1, 115; « Nauplius ul-« tores *sub noctem* porrigit ignes. » Sentio quid desit ad persuadendum.

1. *Subinde.* Turic. (a pr. manu) Flor. Ambr. 1, *sub diem*, cum Alm. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. et rell. edd. ante Badium.

2. *Laborarunt.* Turic. Ambr. 1, *laboravit*, cum Alm.; a sec. manu *laborarant.* Goth. (tacente Gesnero) Guelf. Camp., *laborant*, cum Voss. 2.

3. *Vis dicendi.* Turicens. Flor. Guelf., *d. v.* (vide §. 16).

4. *Erunt.* Turic. habet compendium, quod et *erunt* potest significare et *erit.* Goth., *erit*, cum Voss. 2, Vall. Hoc quidem Pseudo-Turnebus volebat, ut referretur ad *dic. vis.* — Eadem nostri. Ed.

5. *Erunt in officio.* Vide X, 3, 9. « Cuncta... ut in familia bene insti-« tuta, *in officio erunt.* »

6. *In officio, sic.* Turicens. cum Alm., *i. o. si.* Guelf. Camp., *inofficiosi*, cum Bodl. et edd. ante Burm. exc. Stoer. Chouet. Leid. qui nostrum cum Goth. Voss. 2, Vall.

7. *Ut non ad requisita respondere.* Turic. Flor. Ambr. 1 (nisi quod inserunt hi duo *ut* post *non*), *non reliquis ita resp.*, cum Alm. (nisi quod ex hoc pro *non* affertur *ut.* Vide §. 20; item hac §.). A sec. manu ille *non ut ad requisita r.*, et sic Camp. (nisi quod *quæs.* pro *requis.*) cum edd. ante Burm. exc. Stoer. Chouet. Leid. quibuscum faciunt Goth. Vall. Voss. 2, Guelf. A sec. manu Flor., *n. ut requisitis resp.*

8. *Videantur.* Vall., *videatur* (solus sibi constans, contra quam Goth. Voss. 2), et hoc volebat Pseudo-Turn.

9. *Atque ut umbra.* Turic. (a pr. manu) Flor. Ambr. 1, *a. u. eos u.*, cum Alm. *A. eos u. u.*, Goth. cum Voss. 2.

10. *Sequi. Tamen.* Turic. Flor. (a pr. manu uterque) *se quis.* Non satis doceor *tamen* habeat necne. Alm., *sequi* sine *tamen* (vide hac §; item III, 2, 23). A sec. illi manu *sequitur* sine *tamen*, et sic Ambr. 1, Guelf. cum Bodl. Jens. et edd. ante Stoer., nisi quod Camp. et mox ab Aldo inde *tamen* addunt. Nostrum Goth. Voss. 2, Vall. (vide §. 9). Ante *fuerit* inserunt *non* Ald. et edd. ante Burmann. exc. Bad. pr. Stoer. Chouet. Leid., jubente male Regio. — Τὸ *tamen* omittunt soli RR. 7, 10. Ed.

11. *Significantia.* Vide IV, 2, 36. Apparet quid sit mox VIII, 1, 1, ubi hæc repetuntur et est pro nostro *perspicua.*

gnificantia, ornata, quum apte[1] sunt collocata[2], quid amplius laboremus? Quibusdam tamen nullus finis calumniandi se[3], et cum singulis pæne syllabis commorandi[4]; qui, etiam quum optima[5] sunt reperta, quærunt aliquid, quod sit magis antiquum, remotum, inopinatum; nec intelligunt jacere[6] sensus in oratione, in qua verba laudantur. Sit igitur cura elocutio- 32
nis quam maxima, dum sciamus tamen, nihil[7] verborum causa esse faciendum, quum verba ipsa rerum gratia sint reperta; quorum ea sunt maxime probabilia, quæ sensum animi nostri optime promunt, atque in animis judicum, quod volumus[8], efficiunt. Ea debent 33

1. *Quum apte;* sic Turic. Flor. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 2, Obr. *Tum a*, Guelf. et aliquot edd. Reliqui omittunt *quum*.

2. *Sunt collocata;* sic Turicens. Camp. Goth. (tac. Gesn. qui tamen hoc ipsum volebat) cum Voss. 2, Obr. Bip. Reliqui *sint c.*

3. *Se;* ita Turic. (a pr. manu). Reliqui *est.* — *Calumniandi se.* Comparat Gesnerus Plin. Hist. N. XXXIV, 8, p. Hard. 658: « Callimachum *calumniatorem sui.* » Adde Nostrum, lib. X, cap. 1, §. 115; lib. X, cap. 3, §. 10.

4. *Commorandi.* Turic. (a prima manu) Flor., *commoriendi*, cum Alm. Voss. 2, Goth. Gesnerus quidem vix patiatur *consenescere* aliquem cum singulis syllabis, nedum *commori*. Illud tamen sibi concedi jubet Noster, qui « *insenescentem* « singulis actionum partibus » dixit X, 3, 11, et « verbis *intabescentem* » XII, 10, 77. In *immorando* esse aliquem gradum ad *immoriendum* apparet dicto Quint. patris IX, 3, 73. Movet me magnopere Codd. auctoritas et parum fere videtur nostrum. Sed « *finis* commoriendi » nimis displicet, et *pæne*, quod mollire poterat hyperbolen, non spectat ad *commori*, sed ad *singulas*. Ambr. 1, *commorandi.* — *Commorandi;* sic RR. 7, 10, Camp. Andr. Jens. Ald. *Commoriendi;* sic Vall. lib. RR. 8, 9, 12. Ed.

5. *Optima sunt;* sic Turic. Camp. cum Obr. Reliqui *o. sint.* — Eadem nostri. Ed.

6. *Jacere.* Cave interpreteris *languere*, quod ipsum sane est interdum in *jacendo*. Hic est *honore carere, displicere, contemni.* Vide Ern. Clav. Cic.

7. *Tamen, nihil.* Turic. Guelf. Camp. omittunt *nihil.* Goth., *tamen.* Hunc probo, nec diversam illorum scripturam censeo, quum *tn* subierit in locum *τοῦ nil* (vide lib. VI, cap. 2, §. 30).

8. *Quod volumus.* Turic. Camp. inserunt *nos*, cum Goth. Almelov. Voss. 2, et edd. ante Basil. — Nostri omnes, except. R. 10, inserunt *nos*. Ed.

præstare[1] sine dubio et admirabilem et jucundam orationem: verum *admirabilem*[2] non sic, quomodo prodigia miramur; et *jucundam*, non [3]deformi [4]voluptate, sed cum laude ad dignitatem conjuncta[5].

1 CAP. I[6]. Igitur[7], quam Græci Φράσιν[8] vocant, latine dicimus *elocutionem*[9]; eam spectamus verbis[10] aut *singulis*, aut *conjunctis*: in *singulis* intuendum est, ut sint *latina, perspicua, ornata*[11], ad id, quod efficere volumus, *accommodata*; in *conjunctis*, ut *emendata*[12], ut *collocata*,
2 ut *figurata*. Sed ea, quæ de ratione latine atque emendate loquendi[13] fuerunt dicenda, *in libro primo*[14],

1. *Præstare.* Turic., *præfacere*, cum Almelov. (quamquam hoc per compendium). CAMP., *perficere.* Guelf. Goth. (err. Gesn.) *efficere.* — Præterea V. C. Alm., *facere.* ED.

2. *Verum admirabilem.* Turic. CAMP. omittunt cum Alm. A Voss. 2 abesse narrantur præterea ante *orationem* hæc *et jucundam.* Sed nihil omnino omissum notavimus in Gothano (vide §. 12; VIII, 3, 18).

3. *Jucundam, non deformi.* Turic. Guelf. CAMP. inserunt *orationem* post *juc.*, cum omnibus, puto, libris præter Goth. Voss. 2, Gesn. Bip.

4. *Voluptate.* Turic. Guelferb. CAMP., *voluntate*, cum Alm. et edd. ante Ald. — *Deformi voluptate*, vulsorum significat et mollium delicias. Vide §. 19.

5. *Ad dignitatem conjuncta.* Vide lib. IV, cap. 1, §. 16.

6. *Cap. I.* Non hic caput aperiunt nostri. ED.

7. *Igitur.* Vide I, 5, 39; item IX, 2, 44.

8. Φράσιν. Vocem, pro qua plerumque ἑρμηνείαν, λέξιν invenias, habent Seneca pater Exc. Contr., lib. III, p. 396 extr.; Dionys. Halic. Epist. ad Pompei. extr. p. Rsk. 787; itemque Longinus passim. Est et apud Strabonem, lib. XIII, p. 618; et Laertium V, 38. In Aristotele quidem, et Hermogene quoque nondum legi.

9. *Elocutionem.* Turic. Flor., *elocutionis*; a sec. manu uterque *elocutionem si.* CAMP., *elocutionem sed.* Et hoc verum censeo, ut *sed* transitioni inserviat.

10. *Spectamus verbis*; sic Turic. Flor. Guelferb. CAMP. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Gryph. Reliqui inserunt *in.*

11. *Ornata, ad*; sic Turic. Flor. (a pr. manu uterque). Reliqui inserunt *et.*

12. *Ut emendata.* Gesnerus, Bip. omittunt, nec in Guelferbytano aut Gothano observavi, per errorem, suspicor.

13. *Latine..... loquendi.* CAMP. Andr., *latinæ atque emendatæ elocutionis.* De hisce præcepta tradit Cicero de Oratore, lib. III, a numero 37 ad 48. ED.

14. *In libro primo*; c. 4-6.

quum *de grammatice*[1] loqueremur, exsecuti sumus: verum illic tantum, ne vitiosa essent, præcepimus; hic non alienum est admonere, ut sint quam minime *peregrina*, et *externa;* multos enim, quibus[2] loquendi ratio non desit, invenias, quos curiose potius loqui dixeris, quam latine; quomodo et illa attica anus Theophrastum[3], hominem alioqui disertissimum, annotata unius affectatione verbi, hospitem dixit; nec alio se id deprehendisse interrogata respondit, quam quod *nimium attice*[4] loqueretur. Et in Tito Livio, 3
miræ facundiæ viro, putat inesse Pollio Asinius quamdam *patavinitatem*[5]; quare, si fieri potest, et verba omnia, et vox, hujus alumnum urbis oleant, ut oratio romana plane videatur, non civitate donata.

Cap. II. *Perspicuitas*[6] in verbis præcipuam[7] habet 1
proprietatem; sed *proprietas* ipsa non simpliciter accipitur: primus enim intellectus est sua cujusque rei appellatio, qua non semper utemur[8]. Nam et obscœna 2
vitabimus, et sordida, et humilia; sunt autem humilia infra dignitatem rerum, aut ordinis[9]: in quo

1. *De grammatice.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) *grammaticæ* sine *de;* ille a sec. manu *grammaticen*, et sic Guelf. Goth. Voss. 2, Camp.

2. *Loquendi.* An hic quoque *eloquendi?* Vide VIII, procem. 28. — Et reipsa *eloquendi* reperitur apud Vall. lib. RR. 9, 12. Ed.

3. *Theophrastum.* Hic Theophrastus Lesbius erat, sed Athenis Aristotelem audivit atque ex divina facundia Theophrastus est appellatus, quum antea Tyrtamus diceretur. Turn.

4. *Nimium attice.* Plus narrat Noster quam Cic. in eadem re Brut., c. 46, nec dicam unde resciverit.

5. *Patavinitatem.* Vide I, 5, 56. —L. e., oratio quæ redolebat potius Patavium quam Romam. Sic Cic. finxit *Appietatem* et *Lentulitatem.* Sic Philelphus dixit Quintilianum redolere *Hispanitatem.* Turn.

6. *Perspicuitas.* De perspic., vide Cic. de Orat., lib. III, 48, 50. Ed.

7. *Habet.* Usus verbi est ex interiore latinitate. Vide IV, 1, 42.

8. *Utemur;* sic Turic. quod et maluisse Ascensium narrat Burm. Equidem non invenio apud ipsum. Reliqui *utimur.*

9. *Ordinis.* Desidero perspicuita-

vitio cavendo non mediocriter errare quidam[1] solent, qui omnia, quæ sunt in usu[2], etiamsi causæ necessitas postulet, reformident[3]: ut ille, qui in actione [4]*ibericas herbas*, se solo[5] nequidquam[6] intelligente, dicebat, nisi irridens hanc vanitatem Cassius Severus, [7]*spartum* 3 eum dicere velle indicasset. Nec video, quare clarus orator *duratos muria pisces* nitidius esse crediderit, quam ipsum id, quod vitabat[8]: in hac autem proprietatis specie, quæ nominibus ipsis cujusque rei utitur, nulla virtus est; atque[9] ei contrarium est vitium: id apud[10] nos

tem. Addi enim debebat, quorum ille esset *ordo*, sive judicum, sive orantis. Nec tamen substituere audeo *orationis*, vel *orantis*, quod sane facilius ad intellectum, sed quomodo fuerit loco motum a Nostro non apparet. Neque aures explet, quod ante *rerum* omittitur *aut*.

1. *Errare quidam;* sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. Reliqui *q. e.*

2. *In usu.* Turic. Flor. Guelferb. Camp., *fine u.*, cum Bodl. Voss. 2, Andr. et edd. ante Ald. Quarum Tarv. omittit *sunt*. Jens. et Goth. omittere *in* narrat Gesn. Illum quidem falso, nec dubito quin et hunc. Regius nostrum reposuit, præ cujus emendatione Badius malebat *cultu* pro *usu*. Minus recte ille haud dubie, quamquam sententia possit blandiri.

3. *Reformident;* sic Turic. Flor. Guelf. et edd. ante Ald. exc. Camp. Reliqui *reformidant*.

4. *Ibericas.* Hoc ipsum affectate pro *hispanicis*. Inde enim spartum. Vide Plin. H. N. XIX, 2.

5. *Herbas, se solo.* Guelf. Camp., *h. herbasse s.*, cum Voss. 2. Non erat quod ulcus hic suspicaretur Burm. quem Sigonius ipsi citatus Lamp. Crit. II, 146, debebat in ordinem redigere.—Eadem nostri. Ed.

6. *Nequidquam.* Turic., *nequodquam;* a sec. manu *nequaquam*, cum Flor. (a pr. manu) Guelf. Camp. Goth. edd. ante Ald. Correxit Regius. *Nec quoquam* tentat Burm. frustra. — *Nequicquam;* sic Vall. lib. a sec. manu, Jens. ab emend. *Nequaquam;* sic cæteri. Ed.

7. *Spartum.* Gallice *jonc.* Quum orator spartum, ut humilem dictionem vitaret, per circumlocutionem appellavit *herbam hispanicam*. Ed.

8. *Vitabat.* Turic. Guelf. Camp., *videbat*, cum Goth. Alm. Bodl. Bal. Voss. 2, et edd. ante Ald. quibus accedit Bad. pr. Recte Burm. ablegat ad VII, 4, 28. — *Quod vitabat.* Vitabat enim *salsamenta* dicere, ut humile vocabulum. Ignoramus quis hic fuerit nimis superbi oris patronus. — Vide Aul. Gell., lib. XVII. Ed.

9. *Atque.* Ambros. 1, *ob quod.* Flor. Turic., *ad qui;* a sec. manu *atqui*, cum Guelf. Camp. Suspicor verum esse: *at quod ei contr. est, vitium.*

10. *Id apud;* sic Turicens. Flor.

improprium, ἄκυρον apud Græcos vocatur: quale est, ... *tantum sperare dolorem*[1]: aut, quod in oratione 4
Dolabellæ emendatum[2] a Cicerone annotavi, *mortem ferre*[3]: aut, qualia nunc laudantur[4] a quibusdam, quorum est, *decernere*[5], *verba ceciderunt*[6]: non tamen, quidquid non erit proprium, protinus et improprii vitio laborabit; quia primum omnium[7] multa sunt et græce et latine non denominata. Nam et, qui jaculum emittit, *jaculari* dicitur; qui pilum[8] aut sudem, 5

Camp. cum Gothan. Jens. et edd. ante Bas. quo redit Obr. Reliqui inserunt *quod*. Voss. 2, *et* pro *id*.

1. *Sperare dolorem*. Virg. Æn. lib. IV, vers. 419.

2. *Dolabellæ, emendatum*. Erat enim ei magister dicendi Cicero, ut ipse vicissim cœnandi Ciceroni. Ep. ad Fam. IX, 16. Vide Nostrum, lib. XII, cap. 11, §. 6.

3. *Mortem ferre;* sic omnes nostri, nisi quod Camp. habet *mortem ferimus animo, patimur corpore. Mortem ferre*. Glossam sapit. Ed. — *Mortem ferre*. Nemo adhuc certis rationibus docuit, qua sententia hoc dictum fuerit a Dolabella. Interim suspicor *ferre* hic usurpatum pro *reportare*, ut eadem esset ἀκυρολογία in *morte ferenda*, quæ supra in *dolore sperato*.

4. *Nunc laudantur*. Turic., *non l.;* a sec. manu *nomina l.*, cum Guelf. Camp. Voss. 2 marg. Bas.

5. *Quoruñ est, decernere*. Turic. Flor. Camp. Tarv., *q. e. de cruce*, cum Bodl. Voss. 2, Alm. Andr. et edd. ante Leid. quo acc. Gibs. Obr. exceptis Jens. et posterioribus ante Ald. quæ nobiscum faciunt, ut et Guelf. Sed Leid. Burm. Gesn. Bip. utrumque conjungunt *q. e. de cruce decernere*, nullo idoneo argumento, nec proficiente sententia. Goth. non notavimus. — *Quorum est, decernere, verba ceciderunt;* sic solus R. 10. *Quorum est, et de cruce verba ceciderunt;* sic cæteri, nisi quod R. 7, Andr. omittunt *et*. Ed.

6. *Decernere, verba ceciderunt*. Frustra labores horum ἀκυρολογίαν finire. Fortasse usum *decernendi* simplicem pro *pugnando* ἄκυρον censuit Fabius; sed quid erunt *verba cadentia?* Video accipi pro *obsolescentibus*. Hoc autem quomodo improprium? An *cadere* a quibusdam usurpabatur loco *proferendi*, ut verba *caderent*, quum negligentius pronunciarentur? Sunt hariolationes, nec suppetunt exempla. Incerta etiam horum scriptura. Vide notam superiorem. — Horat. in Art. Poet., v. 70, dixit: « Multa renas-« centur quæ jam cecidere, cadent-« que, Quæ nunc sunt in honore « vocabula. ». Ed.

7. *Primum omnium*. Vide IV, 2, 4; est enim ut *ante omnia*.

8. *Pilum*. Codd. omnes *pilam* exc., si Burmanno credimus, Voss. 2. — *Pilum*. Quam Burmannus arripuit Turnebiani conjecturam *pilum* pro *pilam*, nolui loco movere.

appellatione privatim sibi assignata caret: et ut, *lapidare* quid sit, manifestum est, ita glebarum testarumque jactus non habet nomen: unde abusio, quæ
6 κατάχρησις dicitur, necessaria. *Translatio* quoque, in qua vel maximus est orationis[1] ornatus, verba non suis rebus accommodat; quare proprietas non ad nomen, sed ad vim significandi refertur[2]; nec auditu, sed intel-
7 lectu perpendenda est: secundo modo dicitur proprium inter plura, quæ sunt ejusdem nominis, id, unde[3] cætera ducta sunt; ut *vertex*[4] est contorta in se aquâ, vel quidquid aliud similiter vertitur: inde propter flexum capillorum, pars summa[5] capitis; ex[6] hoc, id [7]quod in montibus eminentissimum[8]: recte dixeris[9] hæc omnia *vertices*; proprie tamen, unde initium est: sic *soleæ*
8 et *turdi* pisces[10]. Et tertius[11] est huic diversus modus,

Neque tamen censeo multum interesse.

1. *Orationis.* RR. 12, 13, *oratoris.* R. 10 omittit. Ed.

2. *Proprietas.... refertur.* Id est, exigitur, judicatur. *Proprietas* hic simpliciter est virtus orationis, ut omne improprium sit in vitio, nec intelligantur tropi et figuræ ab improprietate, quod recte monet Gesnerus.

3. *Id, unde;* sic Turicens. Flor. cum Alm. Sed illi a sec. manu *et u.*, cum Guelf. et edd. ante Bad. Correxit Regius, ut et *ducta*, pro quo est *dicta* in omnibus libris ante Badium.

4. *Vertex;* sic Turic. Guelferb. Camp. Aliquot MSS. et edd., *vortex;* male.

5. *Pars summa;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Codd. et edd. ante Bad. Reliqui inserunt *est.*

6. *Capitis; ex;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum vett. edd. Reliqui inserunt *et.*

7. *Id quod.* Turic., *in quod;* a sec. manu *in qua*, et mox Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tacente Gesn.) *inquam*, cum edd. ante Ald. Sed hic mire invertit ordinem verborum. Nos *id* reposuimus pro *in.* Reliqui omittunt. Omisimus item *est* post *quod* illatum a Badio et retentum posterioribus.

8. *Ex hoc... eminent.* R. 13 pro his habet, *et sic etiam eminentis montium.* Ed.

9. *Recte dixeris.* Inserunt hic vulgo *inquam*, præeunte Badio. Non est in ullo vetere libro.

10. *Sic soleæ... pisces.* Quæ proprie sunt calceamenta et aves.

11. *Et tertius;* sic Turicensis, Flor. (sed hic a prima manu *e. tertia*) Guelferbytanus, Camp. cum Gothano, Voss. 2. Reliqui inserunt *cætera.*

quum res communis pluribus in uno aliquo habet nomen[1] eximium; ut carmen funebre proprie *nænia*, et tabernaculum ducis *augurale*[2]: item, quod commune est et aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur; ut *urbem*, Romam accipimus, et *venales*,[3] novitios, et *Corinthia*, æra; quum sint urbes aliæ quoque, et venalia multa, et tam aurum et argentum, quam æs *corinthium;* sed ne in his quidem virtus oratoris inspicitur. At illud jam non mediocriter probandum,[4] quod 9
hoc etiam laudari modo solet, ut proprie dictum, id est, quo nihil inveniri possit significantius, ut Cato dixit, *C. Cæsarem ad evertendam rempublicam*[5] *sobrium accessisse;* ut Virgilius *deductum*[6] *carmen*, et Horatius

1. *Res communis... habet nomen.* Proprietas hæc est ejusmodi, ut quum multa canantur in tali carmine, et plures dii celebrentur, tamen a *nænia* dea sola nomen accipiat; quum in tabernaculo ducis multa fiant, multique versentur, tamen a solo *augurio* appelletur. Sic apparet, quid sit, quod *res*, non, ut mox, *nomen*, cum pluribus communicari dicitur. Si quis enim *næniam* ex Horatii v. c. loco Epp. I, 1, 63, in genere pro cantilena acceptum, proprietate constringi putet ad significatum *lugendi*, is nec docuerit, quomodo eadem ratio procedat in augurali, nec diversum ostenderit hunc proprietatis modum ab altero illo *urbis* dictæ pro *Roma*. Nostra interpretatio quo manifestior existat, opus esse censeo ut *pluribus* accipiatur masculino genere, et subaudiantur *homines*, vel *personæ*. Fateor istam de dea *nænia* doctrinam non adeo frequentatam esse inter veteres, ut Nostrum ea imbutum certo statuere possimus. Sed adest Varro apud Aug. de Civ. Dei VI, 7; itemque Festus in voce, vindex ejusdem, nec video quidquam melius in loco satis obscuro, quem profecto visi sunt sibi intelligere VV. DD. quum minus attenderent.

2. *Augurale.* Turic., *angurale*, cum Alm.; a sec. manu ille *augustale*, cum Flor. Guelf. Camp. et libris omnibus ante Burm. — Omnes nostri *augustale*. Ed.

3. *Novitios.* Vide I, 12, 9.

4. *Quod.* Camp., *qui*. Ed.

5. *C. Cæsarem.... sobrium.* Vide Sueton. Cæs., cap. 53.

6. *Deductum.* Tenue, humile, infra dignitatem epicam. Virg. Ecl. VI, 5. Vide nos ad IV, 1, 60, sed inprimis J. H. Vossium in commentario ad Eclogas. Horatii loca sunt Carm. I, 12, 1; II, 12, 2; III, 6, 36. — *Deductum carmen.* Horat. in Art. Poet., v. 129, dixit: « Rectius illa « cum carmen deducis in actus. » Ed.

10 *acrem tibiam, Hannibalemque dirum.* In quo modo illud quoque est a quibusdam traditum proprii genus ex appositis, epitheta[1] dicuntur, ut, *dulce mustum*, et *cum dentibus albis*[2]; de quo genere alio[3] loco dicendum est: etiam, quæ bene translata sunt, *propria* dici
11 solent. Interim autem, quæ sunt in quoque [4]præcipua, *proprii* locum accipiunt, ut Fabius inter plures imperatorias virtutes *Cunctator* est appellatus. Possunt videri verba, quæ plus significant, quam eloquuntur, in parte ponenda perspicuitatis; intellectum enim adjuvant: ego tamen[5] libentius emphasim[6] retulerim ad ornatum orationis; quia non, ut intelligatur, efficit, sed,
12 ut plus intelligatur. Obscuritas[7] fit etiam verbis ab usu remotis; ut, si commentarios[8] quis pontificum, et vetustissima fœdera[9], et exoletos scrutatus auctores, id

1. *Appositis, epitheta;* sic Turic. Flor. In illo a sec. manu interponitur *et*, cum Guelf. Reliqui inserunt *quæ*. — Nostri omnes habent *quæ*, exc. R. 10. Ed.

2. *Dulce... albis.* Virg. Georg. I, 295; Æn. XI, 681; sed vide infra VIII, 6, 40, ubi Burm. ex Plauto Epidic. III, 3, 48, *dentibus albis deridere.*

3. *Alio loco.* R. 10, *alibi.* Ed.

4. *Quoque præcipua;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Voss. 2, edd. ante Bas. Reliqui inserunt *genere*. Hoc modo præcesserat et neutrum pronominis hic est positum sicut supra §. 8, *in uno aliquo*, nisi forte *quoque* est masculinum, quod etiam magis placet. — Solus R. 7 habet *genere*. Male. Non enim de generibus, sed de personis hic agit Fabius, ut patet exemplo Fabii Cunctatoris. Idem indicat R. 13, qui scribit: *præcipua cujusque*. Ed.

5. *Tamen;* sic Turic. cum Alm. Reliqui *autem*.

6. *Emphasim.* Vide VIII, 3, 83; IX, 2, 64; item nos ad I, 7, 32.

7. *Intelligatur. Obscuritas;* sic Turic. (a sec. manu) Guelf. Camp. cum Voss. 2. A pr. quidem ille manu *int. Ab obsc.*, quod natum suspicor ab eo, qui supine iteraret *obs.* in *obscur.* Reliqui inserunt *At*, sententia parum ferente.

8. *Commentarios.* Summus pontifex in album quotannis referebat quidquid, anno vertente, actum fuerat, et proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi. Qui quidem mos a Numa rege usque ad Syllam dictatorem viguit. Ed.

9. *Commentarios... fœdera.* Ablegat Gesnerus ad Cic. de Orat. II,

ipsum petat ex his, quæ inde contraxerit, quod non intelliguntur[1]: hinc enim aliqui famam eruditionis affectant, ut quædam soli scire videantur. Fallunt[2] etiam 13
verba vel regionibus[3] quibusdam magis familiaria, vel artium[4] propria; ut *atabulus*[5] ventus, et *navis saccaria*[6], et *in malaco sanum*[7]: quæ vel vitanda apud judi-

12; item Brisson. de Formulis IV, 44 seqq. Sed est locus Horatii, quem sibi obversantem habuisse videri possit Qu. Epist. II, 1, 23-26. Vide et Nostrum I, 6, 40.

1. *His, quæ... quod... intelliguntur;* sic Flor. (nisi quod *qui* pro *quod*) Turic.; a sec. quidem hic manu *quæ* pro *quod*, et sic. Guelf. Goth. et edd. ante Ald. Mox a Bad. inde invectum *his ut q. i. c. non intelligantur.* Quod in Flor. Turic. Alm. est *contradixerit*, non moror neque inde cum Burm. eruam *traduxerit*, nam *contraxerit* acrius est et irrisioni aptius.

2. *Fallunt etiam.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *F. enim*, cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. Modo pro *H. enim* vicissim Goth. (tac. Gesn.) *H. etiam.* — *Etiam* nullibi apud nostros reperimus. Omnes *Enim*. Ed.

3. *Regionibus.* Turic. Jens. (tac. Gesn.) *religionibus*, cum Loc. Ven. Rusc. et Alm. Voss. 2. Non notavimus Goth.

4. *Vel artium propria: ut atabalus ventus, et navis saccaria.* Turic. Flor. Guelf. omittunt cum Alm. et Flor. a pr. manu. Unam vocem *saccar.* omittit Camp.

5. *Ut atabulus..., sanum.* Ut facile est de *atabulo* quærentem ablegare ad Horat. Sat. I, 5, 77, et lexica, ita in reliquis videre quidquam mihi quidem non contigit, nec alium cognovi, qui expediret vocabula hic a Quint. posita. Hariolando tempus teritur, quare orationem nostram desiderari, ubi rei nihil extudimus, facile patimur, satis habentes designare Cœl. Rhodig. in lectt. antt. VI, 1, 25, 20, et Burm. atque Gesn. ad locum nostrum. Scripturæ varietas negligi profecto non debet. Neque ab re esse dixerim, quod Burmanno in mentem venit, *Cosanum* jungere, tamquam ab urbe *Cosa* nomen; quamquam hoc ipsum nonnisi semen haberi potest bonæ constitutionis, quæ nondum est inventa.

6. *Saccaria.* Hoc verbum sic explicatur ab interpp.: *navis quæ saccos fert.* Sed putem potius eam esse, quæ in saccis fert species aromaticas. Apuleius quoque dixit *saccariam facere*, pro *exercere* (ut interpretantur) saccorum negotiationem. Turn.

7. *In malaco sanum.* Turic., *i. malaco s.*, cum Ambrosiano 1. A sec. manu ille *i. malo loco sane*, cum Guelf. *I. alio loco sane*, Camp. cum Goth. Voss. 2, Vall. *I. malo cosanum*, Flor.; sed superscriptum τῷ *cosanum* adverbium *sane.* — *In alio loco sane;* sic omnes nostri, exc. R. 7, Jens. Ald. qui habent *in malaco sanum.* Non male. Nempe *malacus* idem est ac *mollis;* et physiognomones indicant carnis mollitie significari animi sanitatem. In aliis editt. (referente Turn.) legitur

cem ignarum significationum earum, vel interpretanda sunt; sicut in his, quæ *homonyma* vocantur[1]: ut *taurus* animal sit, an mons, an signum in cælo, an nomen hominis, an radix arboris[2], nisi distinctum non intel-
14 ligitur. Plus tamen est obscuritatis in contextu et continuatione sermonis, et plures modi: quare nec sit tam longus, ut eum prosequi non possit intentio; nec trajectione[3] tam tardus, ut in hyperbaton finis ejus differatur: quibus adhuc pejor[4] est mixtura verborum, qualis in illo versu,

Saxa vocant[5] Itali, mediis quæ in fluctibus, aras.

et maltha, i. e., insanus; nam Lucilius poeta (ut apparet ex Nonio) *maltham* posuit pro insano. Ed.

1. *Vocantur;* sic Turicens. Flor. Camp. cum Alm. Reliqui *dicuntur.*

2. *Radix arboris.* Hoc quidem significatu *taurus* nondum est inventus in scriptoribus; neque ejusmodi quidquam apud Diomedem, qui locum hunc excerpsit, p. Putsch. 444. Vicissim a grammatico memoratur *obscæna pars corporis.* An forte eam hic latere putes?

3. *Nec trajectione... differatur.* Turic. Guelf., *n. transjectio intra domum hiperbato f. e. d.*, cum Alm.; quamquam ex hoc affertur *trajecti.* Nec nisi Turic., *hiperbato;* a sec. autem manu cum cætt., *hiperbaton.* Ita cum *n* littera et *modum*, sed hoc in loco raso, Flor. Ante Bad. omnes *tarda*, nec dant *tam*, multi etiam *ut* omittunt, multi nominativum habent *in transj.* Mihi quidem persuasum, multum a sanitate abesse scripturam receptam; neque facile quisquam interpretetur, quid sit *in hyperbaton finem sermonis differri*, quod minus patienter concoquere debebant editores. Hyperbaton rarissime apud Nostrum est in vitio, et quidem aliqua nota apposita, velut I, 5, 40; IX, 4, 144, ex quorum locorum altero quærens aliquam medelam nec ipsi mihi satis placeo. « Transjectione, vel ul- « tra modum hyperbato, f. e. d. » Est enim illic « longioribus quam « oportet hyperbatis. » Vide §. 22. « in longum *dilata* conclusio. »

4. *Pejor.* RR. 7, 10, 12, Jens., *prior.* Ed.

5. *Saxa vocant.* Æneid. I, 109. *Mixtura verborum* quæ intelligatur, aliquantum hæreo. Sunt hæc, si quid video, duo hyperbata, prius in *Saxa* et *aras*, alterum in *mediis quæ in.* Quum *mixtura figurarum* VI, 3, 63; IX, 2, 37; IX, 3, 40, sit figura figuræ superaddita, tale quid in hyperbato hic designari putem; quod si voluit Quint., minus recte *verborum* posuisse videtur, ut et calidius pronunciasse de loco Virgiliano, qui sua defensione non caret.

Etiam interjectione[1], qua et oratores et historici fre- 15
quenter utuntur, ut medio sermone aliquem inserant sensum, impediri solet[2] intellectus, nisi, quod interponitur, breve est; nam Virgilius illo loco quo pullum equinum describit, quum dixisset,

Nec vanos horret[3] strepitus....

compluribus insertis alia figura quinto demum versu redit[4],

...Tum, si qua sonum procul arma dedere[5],
Stare loco nescit...

Vitanda inprimis ambiguitas, non hæc solum, de cu- 16
jus genere supra dictum[6] est, quæ incertum intellectum facit; ut, *Chremetem audivi percussisse Demeam:* sed illa quoque, quæ, etiamsi turbare non potest sensum, in idem tamen verborum vitium incidit: ut, si quis dicat, *visum a se hominem librum scribentem:* nam, etiamsi librum ab homine scribi patet[7], male tamen composuerit, feceritque[8] ambiguum, quantum in ipso fuit. Est 17

1. *Etiam interjectione.* « Quam « hic *interjectionem*, h. e., paren- « thesin, describit, eam simul, ut « solet, exemplo declarat. Vide VII, « 10, 17. Add. VIII, 3, 46. » Gesnerus.

2. *Solet.* Turic. Flor. Jens. cum edd. post. ante Basil., *solent.*

3. *Nec vanos horret.* Georg. III, 79-83. Vide J. H. Vossium in commentario, qui docet diversas hic states, quum prius pullum, mox bellicum equum describat poeta. Neque inest igitur parenthesis. *Alia figura* traho ad *insertis*, non ad *redit*; et *figuram* interpretor casum declinandi.

4. *Redit, Tum.* Turic. Flor., *redditum*; a sec. manu uterque *redditur*, et sic Guelf. (nisi quod simplici *d*) Camp. cum Goth. Voss. 2. — R. 12 a sec. manu *reditur*. Ed.

5. *Dedere.* Turic. Flor., *dederunt.*

6. *Supra dictum*; VII, 9, 10. Nomen *Chremetis* variavit pro *Lachetis.*

7. *Patet*; sic Turic. Guelf. Goth. (tacente Gesnero) Camp. Reliqui *pateat.*

8. *Composuerit, feceritque*; sic Turic. Flor. (a pr. manu uterque) cum Alm. et Ambros. 1. Reliqui *composuerat feceratque.* — Sic quoque omnes nostri. Ed.

etiam in quibusdam turba inanium verborum, qui, dum communem loquendi morem reformidant, ducti specie nitoris, circumeunt omnia copiosa loquacitate, quæ dicere nolunt[1]: ipsam deinde illam seriem cum alia simili jungentes, miscentesque, ultra quam ullus
18 spiritus durare possit, extendunt. In hoc malum a quibusdam etiam[2] laboratur: neque id novum vitium est, quum jam apud Titum Livium[3] inveniam fuisse præceptorem aliquem, qui discipulos *obscurare*, quæ dicerent, juberet græco verbo utens, σκότισον: unde illa scilicet egregia laudatio, *Tanto melior*[4]: *ne ego quidem*
19 *intellexi*. Alii brevitatem æmulati[5], necessaria quoque orationi subtrahunt verba, et, velut satis sit scire ipsos, quæ dicere velint, quantum ad alios pertineat, nihil putant[6]: at ego otiosum[7] sermonem dixerim, quem auditor suo ingenio intelligit[8]: quidam, emutatis in per-

1. *Nolunt;* sic Turic. Flor. (sed hic a pr. manu *noluit*) Guelf. cum Alm. Reliqui *volunt*. — *Quæ dicere nolunt.* Hoc est, quæ disertis verbis indicare dedignantur.

2. *A quibusdam etiam;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Reliqui *etiam a quibus.*

3. *T. Livium.* In epistola procul dubio, de qua vide ad II, 5, 20.

4. *Tanto melior.* Fateor durius mihi videri comparativi masculinum. Quidni *melius*, veluti VIII, procem. 26. — Hæc sic ipse Spald. in præfatione III tom. emendavit: Propriam inprimis esse locutionem (ubi adjectivum potest accipi pro vocativo) admonuit me eruditissimus Schäferus, demonstrans Schwarzium de eadem agentem ad Plinii Paneg., cap. 71, p. 352. Ablegat ille et ipse ad Gronov. Observv. II, 21, p. 306. Vide Heumanni Pœcile, t. II, p. 183. Gemellum plane huic laudandi formulæ est, quod Itali nunc quoque artificibus solent plaudentes acclamare *bravo*, itemque *brava*, si femina est; in quo generis ipsa variatio ostendit appellationem esse, non adverbium. Erat igitur abstinenda manus ab omni mutatione. Ed.

5. *Brevitatem æmulati;* sic Ambros. 1, cum Turic. Flor. Alm., nisi quod tres posteriores *emulari*. Reliqui *brevitatis æmuli*, quod et Turic. Flor. a sec. manu. — Nostri omnes *brevitatis æmuli*. Ed.

6. *Nihil putant.* Censeo legendum *nihili*. Vide VI, 1, 40; item Varro L. L. IX, p. 180 (Bip.)

7. *Otiosum.* R. 12, *vitiosum.* R. 13, *odiosum.* Ed.

8. *Ingenio intelligit;* sic Turic.

versum dictis, de figuris[1] idem vitium[2] consequuntur. Pessima vero sunt ἀδιανόητα, hoc est, quæ verbis aperta occultos sensus habent[3]: ut, *Conductus est cæcus*[4] *secus viam*[5] *stare*[6]: et, qui suos artus morsu lacerasset[7], fingitur in scholis[8] *supra se cubasse*. Ingeniosa hæc et fortia, et[9] ex ancipiti diserta[10] creduntur, pervasitque

Flor. Guelf. Camp. cum omnibus omnino libris ante Ald. qui, Regio jubente, inserunt *non*, obsecundantibus plurimis, nec tamen Badio (qui iisdem fere, quibus nos, argumentis defendit vulgatam, frustra obloquente Burmanno) Bas. Obr. — *Suo ingenio intelligit*, non perspicuitate dicentis. Vide lib. VIII, procem. 25; item hic §. 24. *Otiosum* autem sermonem cave accipias irritum, supervacaneum; est, quales « *otiosæ* disputationes, » XI, 1, 35, quæ « *otiosum* fortasse lectorem mi- « nus fallunt, » IV, 2, 45.

1. *In perversum.... figuris.* Jens. ab emend., *in perv. dicendi fig.* Ed.

2. *Vitium consequuntur.* Ironice hic *consequi* dicitur, quod serio usurpatur, IX, 2, 62. Sicut Græci ἀπολαύειν de incommodis. *De* autem h. l. pro *ex*. *In perversum emutare dicta*, est imperite figurare orationem.

3. *Occultos... habent.* R. 10, *occulto sensu sunt.* R. 13, *obscuros sensus habent.* Ed.

4. *Secus.* Turic. Flor., *secundum* (a pr. manu uterque) cum Alm. — R. 10 omittit. Ed.

5. *Viam.* Turic. Flor. (a pr. manu uterque) *vitam*.

6. *Cæcus.... stare.* In optimis libris *secundum* pro *secus* quum legatur, ista de usu hujus particulæ pro illa disputatio (de qua videndus Charisius apud Putsch., p. 61) hinc recte excluditur; nec puto ullam paronomasiæ hic mentionem factam. Quod senarium in verbis nostris agnoscit Gesnerus, non accedo, quum neque ictus recte procedant in hoc scazonte (talis enim fuerit) nec cæsuræ justæ observentur, ut omittam recepto illo *secundum* omnem versus speciem tolli. Fateor autem *Conductus est* corruptum mihi videri ex hisce: *quum dictus est*, quæ sint Fabii verba, non τοῦ ἀδιανοήτου. Eo tum retulerim *cubasse*, non ad *fingitur*, incidens post *in scholis* demum. Sed vide nott. supra.

7. *Lacerasset.* Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. (tac. Gesn.) *lacerasse*, cum Goth. 2, Voss. 2.

8. *Fingitur in scholis.* Vide VIII, 5, 23. An forte affectator ille eloquentiæ incumbentem sibi ipsum dixit hunc, qui sua membra lacerare, tamquam infensam aliquam tigridem, quæ feræ sibi subjectæ sanguinem hauriat immani et inexstincta siti? Qui hæc non odisset, fortasse et talia amabat, ut *cæcum extra vitam* (vide nott. supra) *stare* dicens vellet designare miserabilem ejus sortem, qui rerum natura quasi exclusus viveret. Sed *secundum*, vel *secus* idem sonare quod *extra* non habeo quo probem.

9. *Fortia, et;* sic Turic. (a prima manu) Flor. Reliqui *f. ut.*

10. *Ex ancipiti diserta.* Vide II,

jam multos ista persuasio, ut id jam[1] demum eleganter atque exquisite dictum putent, quod interpretandum sit; sed auditoribus etiam nonnullis grata sunt[2] hæc, quæ quum intellexerunt[3], acumine suo delectantur, et gaudent, non quasi audiverint, sed quasi invenerint.
22 Nobis prima sit virtus *perspicuitas*[4], propria verba, rectus ordo, non in longum dilata conclusio; nihil neque desit, neque superfluat: ita sermo et doctis probabilis, et planus imperitis erit. Hæc eloquendi[5] observatio: nam rerum perspicuitas quo modo præstanda sit,
23 diximus in præceptis narrationis[6]. Similis autem ratio est in omnibus; nam, si neque pauciora, quam oportet, neque plura[7], neque inordinata aut indistincta dixerimus, erunt dilucida, et negligenter quoque audientibus aperta; quia id ipsum in consilio est habendum, non semper tam esse acrem judicis intentionem, ut obscuritatem apud se ipse[8] discutiat, et tenebris orationis inferat quoddam intelligentiæ suæ lumen; sed multis eum frequenter cogitationibus avocari; nisi tam

11, 3; V, 10, 101. — *Creduntur;* sic Turicens. Flor. (uterque a pr. manu) cum Alm. Reliqui *credantur.* — *Pervasitque.* Turic. Flor., *persuasitque*, cum Alm. Camp. et edd. ante Bad., nisi quod *que* habet primus solus, pro quo Flor., *quam;* reliqui *quidem.* Præmittuntur vulgo nostræ voci hæc: *perficiunt. At* quorum posterius a sec. manu additur in Flor. Abest autem utrumque a Turic. Camp. et, puto, a Flor. ipsius prima manu.

1. *Id jam. Jam* librarii errore irrepsisse puto.

2. *Grata sunt.* Plerique nostri omittunt *sunt.* Ed.

3. *Intellexerunt;* sic Turicens. Guelferbytanus, Camp. Reliqui *intellexerint.*

4. *Perspicuitas.* Camp. Andr. Jens. Ald. et apud Burm. Locat., *perspicuitatis.* Ed.

5. *Hæc eloquendi;* sic Turic. (a pr. manu) Flor. cum Ald. Reliqui inserunt *est.* — Nostri quoque, except. RR. 7, 12, inserunt *est.* Ed.

6. *In præceptis narrationis.* Lib. IV, cap. 2.

7. *Plura.* Turic., *pluriora*, cum Alm. Vide VIII, Procem. 30; item hic 24.

8. *Ipse.* Turic. Guelf. Camp., *ipsam*, cum edd. ante Ald. Sed Flor. Goth. Voss. 2, Vall., *ipsa.* Correxit Regius.

clara fuerint, quæ dicemus, ut in animum ejus oratio, ut sol in oculos, etiamsi in eam non intendatur, occurrat. Quare non ut intelligere possit, sed, ne omnino possit 24
non intelligere, curandum: propter quod etiam repetimus sæpe, quæ non satis percepisse eos, qui cognoscunt, putamus: *Quæ causa*[1] *utique nostra culpa*[2] *dicta obscurius est; qua causa*[3] *ad planiora et communia magis verba descendimus:* quum id ipsum optime fiat, quod nos aliquando[4] non optime fecisse simulamus.

CAP. III. Venio nunc ad *ornatum*[5], in quo sine dubio 1
plus, quam in cæteris dicendi[6] partibus, sibi indulget orator: nam emendate quidem[7] ac lucide[8] dicentium tenue præmium est, magisque vitiis carere[9], quam ut

1. *Quæ causa.* Ambros. 1, *qua c.* —Omnes nostri *quæ*. Hæc sunt verba oratoris id repetentis, quod dictum est aliquanto obscurius. TURN.

2. *Nostra culpa.* Turic. Flor., *n. id culpo;* a sec. manu uterque *n. id culpa,* ut et Guelf. CAMP. Ambr. 1, cum Goth. Voss. 2. Refertur ex Alm., *utique id culpo culpa* (vide §. 23; VIII, 3, 17). Pro *id* Jens., *id est,* cum edd. poster. ante Ald.

3. *Obscurius est; qua causa.* Flor. Turic., *obscurius quæ c.;* hic a sec. manu *o. qua c.*, et sic Guelf. *O. quam c.,* CAMP. cum Goth. (nisi quod *est* inde abesse non notavimus). Sed Ambros. 1, *qua causa* plane omittit.

4. *Quod nos aliquando.* Turic. Guelf. CAMP., *q. n. aliquid,* cum Almel. Voss. 2, et edd. ante Ald. Sed Florent., *quā n. aliquid.* Compendium potest legi *quam* et *quia*, aut corruptum esse ex *quando.* Tota hæc ῥῆσις a *quæ causa* ad finem capitis « obscuram » ut cum Badio loquar « continet sententiam. » Quod enim Turnebus ille ait esse verba oratoris repetentis id quod dictum sit aliquanto obscurius, cui tandem placebit aliena oratio, repente sic neque monito lectore injecta? Quis feret geminata ista: *quæ causa, qua causa?* Ne postrema quidem frugi sane præceptum habentia, sunt emendata satis et tersa. Malim saltem *quando nos aliquid.* Sed præsentiora remedia exspectantur.

5. *Ad ornatum.* De ornatu vide Cic. de Orat., lib. III, n. 91-104 et n. 147-170; et in Orat. n. 75-86. ED.

6. *Dicendi partibus.* Turic. Flor., *dicunt p.* Guelf., *p. dicunt.* Omittit *dic.*, CAMP.

7. *Emendate quidem.* Turicens. Flor., *mendater equidem;* a sec. manu hic *emendater eq.*, ille *mendaciter eq.*, et sic Guelf.

8. *Lucide;* sic Turic. Flor. Guelf. CAMP. cum Alm. Vall. Bad. Reliqui *dilucide.*

9. *Magis... carere.* R. 7, CAMP. Andr., *magisque vitium est c.* ED.

2 aliquam magnam virtutem adeptus esse videaris. *Inventio* cum imperitis sæpe communis: *dispositio* modicæ doctrinæ [1] credi potest, et si quæ [2] sunt artes [3] altiores, plerumque occultantur, ut artes sint: denique omnia hæc ad utilitatem causarum solam [4] referenda sunt. Cultu vero atque ornatu se quoque commendat ipse, qui dicit, et in cæteris judicium doctorum, in hoc
3 vero etiam popularem laudem petit. Nec fortibus modo, sed etiam fulgentibus armis præliatus [5] in causa [6] est Cicero Cornelii: qui non assecutus [7] esset, docendo judicem tantum, et utiliter demum, ac latine, perspicueque dicendo, ut populus [8] romanus admirationem

— *Magisque vitiis carere.* Gesnerus molliorem fore censet orationem, si *ut* tollatur mox ante *aliquam*, ut uterque infinitivus (*carere, adept. esse*) pendeat a *videaris*. Idem consequimur probanda Francii conjectura *ut* reponentis ante *vitiis*, ubi facillime excidebat, neque tamen expungendo *que* post *magis*, ut perperam ille.

1. *Modicæ doctrinæ.* Dativum agnosco pendentem a *credendo*, ut illa dispositio etiam modice docto possit injungi, cum spe successus. Genitivus, non *credi*, sed *esse* sibi adjunxisset, ut §. 11.

2. *Et si quæ.* Flor. Turic., *si q.*; a sec. autem manu hic *e. sed q.*, cum Guelf. Camp. Reliqui *et quæ*. Nostrum e conjectura.

3. *Si quæ sunt artes.* Id est, dispositionis. Poterat etiam addi *ejus*, quod inserat fortasse aliquis post *quæ* expuncto *sunt*. Possint tamen ad utrumque *inv.* et *disp.* referri « altiores » illæ « artes. » Tum abjeceris *et*. (Vide not. super.) De *occultando*, vide I, 11, 3; IV, 2, 127.

4. *Solam.* RR. 7, 10, *sola*. Ed.

5. *Præliatus.* Turic. (a pr. manu) Flor. Ambros. 1, *præliatur*.

6. *In causa est Cicero Cornelii.* Ambros. 1, *i. c. Cic. Corn.* Guelf., *e. i. c. Corn. Cic.* — Ambiguum est idne sit intelligendum de causa *Cornelii* illius qui proditionis accusatus fuit, an vero de *causa Cornelii* Balbi. Siquidem utrobique miram præstitit eloquentiam et ornatum Cicero. Turn.

7. *Qui non assecutus.* Turic. Flor. Ambr. 1, Camp., *consecutus*, cum Alm. Voss. 2. Primus a sec. manu *cum consec.*, et sic Gothan. Vall. Tarv. *Cum assec.*, Guelf. cum Obr. et aliis. *Cum secut.*, Bodl. *Cujus secut.*, Jenson. cum edd. ante Ald. Nostrum a Regio.

8. *Docendo... dicendo, ut populus.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *dicendo ut pop.*, cum Almel. Bodl. Andr. Obr. Quæ hic omittuntur a bonæ notæ libris, sunt tamen adeo sana et propria et elegantia, nisi quod *tantum* solito nostri vitio geminatur sicut et *vero* §. 2, ut carere

suam non acclamatione tantum, sed etiam plausu confiteretur: sublimitas profecto, et magnificentia, et nitor, et auctoritas expressit illum fragorem [1]; nec tam 4
insolita laus esset prosecuta dicentem, si usitata, et cæteris similis fuisset oratio; atque ego [2] illos credo, qui aderant, nec sensisse, quid facerent, nec sponte judicioque plausisse; sed velut mente captos, et, quo essent in loco, ignaros erupisse in hunc voluptatis [3] affectum. Sed ne causæ quidem parum conferat [4] idem hic ora- 5
tionis ornatus: nam, qui libenter audiunt, et magis attendunt, et facilius credunt [5], plerumque ipsa delectatione capiuntur, nonnunquam admiratione auferuntur [6]; nam et ferrum affert oculis terroris [7] aliquid, et fulmina ipsa non tam nos confunderent, si vis eorum tantum, non etiam ipse fulgor timeretur [8]; recteque Cicero 6

iis nequaquam velim. Habet ea Goth. et, quod suspicor, præstare tamen nolim, Ambr. 1. Hæc § tota misere est inquinata et immerito adhuc probata videtur criticis. Brevitatis causa constitutionem, qualem comminiscor optimam, exhibeo, unde apparebit peritis, quid et quare non feram in vulgata: « laudem petit, nec fortibus modo... « præliatur. An in causa Cornelii « Cicero consecutus esset (forsan « melius *est*) docendo judicem... « confiteretur? Sublimitas profecto, « etc. » Sic auctoritatem habet et justam sedem *profecto*, si in responsione reddatur. De *an* ante *in* vide V, 4, 2.

1. *Expressit illum fragorem.* De causa Cornelii vide IV, 3, 13; de *fragore* II, 2, 12; IV, 2, 37.

2. *Ego.* Turic. Flor. a pr. manu uterque *ergo.*

3. *Voluptatis;* sic præter Goth. quem secuti Gesn. et Bip. etiam Ambros. 1. Reliqui *voluntatis.* — *Voluptatis.* Id est, gaudii. Fortasse *atqui* legendum pro *atque.*

4. *Conferat;* sic Flor. Gothan. (tac. Gesn.) cum Vall. Voss. 2, Jens. Loc. Ven. Rusc. *Conferant,* Turic. Flor. (hic a pr. manu) Guelf. Reliqui, Regio jubente, *confert,* sed jam Camp. Tarv. — Omnes nostri *conferat.* Ed.

5. *Libenter... credunt.* Vide lib. VI, cap. 2, §. 5.

6. *Et facilius... auferuntur.* Omittunt Turic. Guelferb. Camp. Plura etiam *libenter... attendunt et* a pr. manu cum nostris Flor.

7. *Ferrum affert... terroris.* « Vide infra X, 1, 30. Laudatus jam « hic est Veget. II, 14. *Plurimum « terroris hostibus armorum splendor importat.* » Gesnerus.

8. *Fulgor timeretur.* Turic. Flor. inserunt *tantum,* cum Jens. Tarv.

his ipsis ad Brutum[1] verbis quadam in epistola scribit, *Nam eloquentiam, quæ admirationem non habet, nullam judico.* Aristoteles quoque eamdem[2] petendam maxime putat: sed hic ornatus, repetam enim[3], virilis, et fortis[4], et sanctus sit; nec effeminatam[5] levitatem, et fuco mentitum[6] colorem[7] amet[8], sanguine et viri-
7 bus niteat. Hoc autem adeo verum est, ut, quum in

expunxit Regius. — *Tantum* quoque inserunt RR. 7, 10. Ed. — Antiqui fulgura et fulminum fulgorem summopere timuerunt, solebantque ea poppysmis (ut ait Plinius) adorare; opinor quo averterent malum.

1. *Brutum.* Turic. Guelf., *privatum.* — *Ad Brutum.* Vide II, 20, 10. « Admirabiliter hoc ipsum elo-« quitur Longinus 1, 9, Οὐ γὰρ εἰς « πειθὼ τοὺς ἀκροωμένους, ἀλλ' εἰς ἔκ-« στασιν ἄγει τὰ ὑπερφυᾶ· πάντῃ δέ γε « σὺν ἐκπλήξει τοῦ πιθανοῦ καὶ τοῦ « πρὸς χάριν ἀεὶ κρατεῖ τὸ θαυμάσιον. « Breviter et abscisse (abscise), ut so-« let, Aristotel. III, 2, 5, Δεῖ ποιεῖν ξέ-« νην τὴν διάλεκτον· θαυμασταὶ γὰρ « τῶν ἀπόντων εἰσίν· ἡδὺ δὲ τὸ θαυμα-« τόν. » Gesnerus. Pro *nam* in loco Ciceronis malim *eam*.

2. *Eamdem.* Omittunt Turicens. Guelf. Camp. cum Alm. male. Flor. a pr. manu et hoc omittit et prius *judico*, quorum utrumque sec. manus ponit post *nullam*. — Vall. lib. Andr. RR. 8, 10, *eamdem* quoque omittunt. Ed.

3. *Repetam enim.* Vide lib. VIII, Procem. 20.

4. *Virilis, et fortis.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *viri sed fortis*, cum edd. ante Ald. Nostrum Ald. Obr. Reliqui omittunt *et*. — De his similiter (citante Turn.) Petron. qui sic: « Grandis et, ut ita dicam, pudica « oratio, non est maculosa nec tur-« gida; sed naturali pulchritudine « exsurgit. » Ed.

5. *Levitatem, et;* sic Turic. Flor. Camp. cum Voss. 2, et edd. ante Rusc. quo acc. Obr. Reliqui *l. nec*, jubente Regio, nec Guelf. aut Goth. ullam varietatem notavimus. Fortasse tamen *aut* præstet. Pro *lev.* autem *len.*, Guelf. Camp. cum edd. ante Ald. Vide IX, 4, 144. — Omnes nostri *levitatem*, except. R. 13, Andr. Jens. qui dant *lenitatem*. Ed. — *Levitatem.* « Vulsorum et levi-« gatorum cutem. » Vide lib. VIII, Procem. 19.

6. *Mentitum.* Turic. Flor. Ambross. 1, Camp., *eminentium*. Nostrum de præstantissima Obrechti conjectura. Reliqui *eminentem*. — Omnes nostri *eminentem*. Ed.

7. *Fuco mentitum colorem.* Vide II, 15, 25. « Colorem fuco... men-« tiantur. » XII, 10, 76. « mentitum « colorem. »

8. *Colorem amet.* Turic. Flor., *colore manet.* Guelf., *colorem habet.* Camp., *colorum manet.* Jens., *colorem manet*, cum editt. ante Rusc. quo redit Ald. Vindices τοῦ *amet*, Goth. Voss. 2, et ni f. Vall. conjecit idem Regius. — Omnes nostri *amet.* Τὸ *habeat* loco τοῦ *amet* scriptum est in margine Jens. Ed.

hac maxime parte sint vicina virtutibus vitia, etiam, qui vitiis utuntur, virtutis[1] tamen his nomen imponant; quare nemo ex corruptis[2] dicat, me inimicum esse culte dicentibus: non nego hanc[3] esse virtutem, sed illis eam non tribuo. An ego fundum cultiorem putem, 8
in quo mihi quis ostenderit[4] lilia et violas[5], et anemonas[6], fontes surgentes[7], quam ubi plena messis, aut graves fructu vites erunt? sterilem platanum, tonsasque myrtos, quam maritam ulmum[8], et uberes[9] oleas præoptaverim? Habeant illa divites: licet: quid[10] essent, si aliud nihil haberent? Nullusne ergo etiam[11] fructiferis 9
adhibendus est decor? quis negat? nam et in ordinem

1. *Virtutis.* Turicens. Flor. a pr. manu uterque *virtutem.* Suspicor fuisse *virtutum.*

2. *Ex corruptis.* Vide II, 3, 9.

3. *Non nego hanc.* Turic., *non hanc*, cum Alm. et edd. ante Ald. *Nam hanc*, Guelf. cum Goth. Regius *hanc* e castigatioribus libris se inseruisse testatur.

4. *Ostenderit.* Turic. a pr. manu *ostenderint.* An fuit *ostenderit inter?*

5. *Violas.* Camp., *rosas.*

6. *Anemonas;* sic Turic. a pr. manu. Reliqui *amœnos*, ingrata epitheti additione in solis *fontibus.* Flor., *amœnos surgentes fontes*, sed in margine: *alii anemonas fonte surgentes.* An forte in hoc acquiescas, floresque intelligas fonte irriguos et sic melius crescentes? ποτερή τ' ἀνεμώνη. Rufin. Anal. Br. 2, pag. 394. Nemo, opinor, velit *a. sponte s.* — *Anemonas.* Hunc florem cum liliis et violis commemorat et Plinius H. N. XXI, 13 inter coronarios. Malim vel *et* præponi voci *fontes* vel eidem subjungi *que.* Fortasse tamen *flores*, per species, *fontes* ἀενυδρίτας continuantur.

7. *Fontes surgentes.* Recte Forcellinus in Lexico v. *surgere* ad partes vocat nomen italicum *sorgenti.* Vix enim alium locum demonstres, ubi sic *surgentes*, pro *scaturientibus*, vel potius siphonum vi emicantibus. Neque enim alios quam artificiales in hortis hic intelligam fontes.

8. *Sterilem platanum... maritam ulmum.* Horat. Carm. II, 15, 4, 5. *platanusque cœlebs Evincet ulmos.*

9. *Oleas.* Turicensis, Guelferbytanus omittunt.

10. *Quid essent.* Fateor me offendi in hisce, nimis, ut mihi quidem videntur, abruptis; nec succurrunt exempla locutionis. Neque tamen proficiat cum Campano legere *quid esset*, quasi Francogallico more dictum: *Que seroit-ce?* An forte *qui non essent?* scil. *divites*, extra quæstionem.

11. *Fructiferis.* Tur. Flor. Guelf. *frugiferis*, cum Jens. et posterioribus ante Ald.

certaque intervalla redigam meas[1] arbores: quid [2]illo quincunce[3] speciosius, qui, in quamcunque partem spectaveris, rectus est? sed protinus in id quoque prodest, ut terræ succum æqualiter trahant. Surgentia in altum cacumina oleæ ferro coercebo; in orbem se formosius fundet, et protinus fructum ramis pluribus feret. Decentior equus, cujus astricta ilia[4]; sed idem velocior: pulcher aspectu sit athleta, cujus lacertos exercitatio expressit; idem certamini paratior. Nunquam vera[5] species ab utilitate dividitur; sed hoc quidem discernere modici judicii est: illud observatione dignius, quod hic ipse honestus ornatus[6] pro[7] materiæ genere decet variatus[8]: atque, ut a prima divisione ordiar, non idem *demonstrativis*, et *deliberativis*, et *judicialibus* causis conveniet: namque illud genus, [9]os-

1. *Meas;* sic Turic. (a pr. manu) Guelf. Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, Bas. (quamquam transposite *meas a.r.*) Stoer. Chouet. Leid. Obr. in curis secundis. Reliqui *eas.*

2. *Quid illo.* Turic., *qui i.;* a sec. manu *quæ i.* Flor., *quas i.* Aldus primus a Regio conjectante inserendum accepit *enim,* quod a Goth. et Jens. abesse non memorat Gesn.

3. *Quincunce.* « Hæc de secundo « Virgil. Georgic. 284 sumpta vi- « dentur. » Regius. Vide et Cic. de Sen. c. 17; Xenoph. OEcon. c. 4, §. 20.

4. *Astricta ilia;* sic Turic. Guelf. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. Regius inseruit *sunt.* Flor., *a. alia.* — Vide Virgilium Georg. lib. III, v. 75, et seqq. Ed.

5. *Vera.* Turic. Flor. Ambros. 1, *mera* (sed in hoc *m* repositum) cum Alm. Jens. et edd. post ante Ald. Primus a sec. manu *vero,* et sic Guelf. Camp. cum Goth. Bodl. et quibusdam edd.

6. *Ornatus.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *orator,* cum edd. ante Rusc. *Ornator,* Gothan. et Voss. 2; vide Gruter. Inscr. p, 578, n. 8, citante Forcellino. Blanditur sane scriptura exquisitior, et ad sonum multo quidem suavior recepta, modo cætera ei accommodarentur. Ex Alm. Burm. refert *oratori,* unde efficit *ornatus oratori.* Correxit Regius.

7. *Pro.* A libris et scriptis et excusis abest ante Ald. Regius inseruit.

8. *Decet variatus;* sic Turicens. Guelf. cum Obr. *Dicit variatus,* Flor. Reliqui *debet esse v.* — *Decet variatus;* sic solus R. 10. *Dicendi variatus;* sic R. 7. Cæteri *debet esse variatus.* Ed. — *Decet variatus;* Ita demum decet hic ornatus, si fuerit pro materiæ genere variatus.

9. *Ostentationi.* Turicens. Flor.

tentationi compositum, solam petit audientium voluptatem; ideoque omnes dicendi[1] artes aperit, ornatumque orationis exponit; ut quod non [2]insidietur, nec ad[3] victoriam, sed ad solum finem[4] laudis et gloriæ tendat. Quare, quidquid erit sententiis popu- 12
lare, verbis nitidum, figuris jucundum, translationibus magnificum, compositione elaboratum, velut institor[5] quidam[6] eloquentiæ, intuendum, et pæne pertractandum dabit; nam eventus ad ipsum[7], non ad causam refertur. At, ubi res agitur, et vera dimicatio 13
est, ultimus sit[8] famæ locus: præterea[9] non debet quisquam[10], ubi maxima rerum momenta versantur,

Guelf. Camp., *ostentationis*, cum Jens. Tarv. Correxit Regius, sed videtur esse et in Goth.

1. *Dicendi.* Vall. lib. a sec. manu, RR. 8, 9, 10, Goth. et apud Burm. Voss. 2, *dicendo.* Ed.

2. *Quod non insidietur;* sic Camp. *Quæ n. i.*, Guelf. Reliqui *qui*, frequentissimo errore, qui debebat corrigi.

3. *Nec ad.* Flor., *negat.*

4. *Finem.* Vide II, 15, 6. Neque tamen ex nostro quod hic est exemplo efficias novitium significatum vocis. Quando laudem meruit, ad *finem*, *terminum* operis sui pervenit demonstrativum genus.

5. *Institor.* Turic. Flor. (a sec. manu uterque) Guelf., *institutor.*

6. *Velut institor quidam.* Ex ipso hoc, quod comparationis causa inseritur, subjectum sententiæ promendum; neque enim adest proprie, cui hic *institor* conferatur. *Institorem* vide et XI, 1, 50 elegantissime dictum, quo nomine *pertractandum* h. l. quantivis est pretii, quum significetur institor ille vela sua et vestes emaci quasi dominæ contrectandas tradens.

7. *Ad ipsum.* Jam quasi expressum in prioribus esset sententiæ subjectum *orator*, omnia ad eum referuntur. Habet sane hæc inconstantia orationis quod displiceat, neque audeo totam imputare scriptori; fortasse laborat locus, ut alicubi supra fuerit reponendus ille, quo ablegamur, nominativus. Saltem *ornatus* §. 11, convelli non debet, quocum unice coit *variatus*, et mox *idem*, quod pro neutro accipere jejunum quam maxime fuerit. Omne autem hoc de genere demonstrativo hausit ex Cicer. Orat. c. 12; ubi est etiam « non ex *insi-* « *diis.* »

8. *Sit;* ita Turic. Flor. Guelferb. Goth. (tac. Gesn.) cum edit. Basil. Gryph. Stoer. Chouet. Reliqui *fit.*

9. *Præterea.* Ed. Basil. et posteriores ante Leid., *propterea.*—*Præterea.* In vera lite qui famam prætulerit utilitati, primum sibi noceat, deinde decorum violet.

10. *Quisquam.* Tur. Flor. Camp.,

de verbis esse sollicitus[1]; neque hoc eo pertinet, ut in his nullus sit ornatus, sed uti[2] pressior et severior, eo minus confessus[3], præcipue ad materiam[4] accommo-
14 datus: nam et suadendo sublimius aliquid senatus, concitatius populus, et in judiciis[5] publicæ capitalesque causæ poscunt accuratius dicendi genus: at privatum[6] consilium, causasque[7] paucorum, ut frequenter accidit, calculorum[8], purus sermo, et dissimilis[9] curæ magis decuerit: an non pudeat certam creditam[10] periodis[11] postulare? aut circa stillicidia[12] affici? aut in

quidem, cum Alm. Voss. 2, edd. ante Rusc. Correxit Regius, sed vocem omittit Guelf.

1. *Sollicitus.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) Guelf., *sollicitum*, cum Alm. Hinc eruo : *ne* (*ne* et *non* confunduntur. Vide Drakenb. ad Liv. XXXVIII, 38, 10; it. Nostr. IV, 4, 2; V, 11, 30.) *decet quidem... sollicitum.* Apparet sic magis etiam *præterea* recte dici, non *propterea.*

2. *Sed uti.* Turic. Flor. Guelferb. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *s. ubi*, cum Voss. 2, et edd. ante Ald.

3. *Eo minus confessus. Eo* valet propterea, vide ad IV, 2, 80. Non erat igitur quare in *et* mutatum vellet Gesnerus.

4. *Ad materiam.* Turic., *materia*, cum Alm. « Fortasse pro *materiæ.* » Burm. *materiam*, et protinus *accommodat* Flor.

5. *Et in judiciis.* Fortasse convenientius fuerit hic omittere *in*, cum Turic. manu prima, quam apponere supra ad *suadendo*, cum Gesnero.

6. *At privatum.* Turicens. Flor. Guelf., *ad p.*, cum Jens. (tacente Gesnero) et edd. posterioribus ante Rusc. *Et p.*, Goth.

7. *Causasque.* Sine *que* Turicens. Guelf. cum Jenson. (tac. Gesn.) et edd. posterioribus ante Rusc. exc. Tarv.

8. *Paucorum... calculorum.* Hoc interpretantur *paucitatem judicum*, vel *suffragiorum*, quæ fuerint data per *calculos.* Equidem cum omnibus, ubi *calculi* a Nostro memorantur, locis, videam subesse significationem aut computi aut ludi, malim trahere ad exiguam, de qua disceptatur, summam. Saltem vix invenietur geminus locus, unde certi quid statuas. Id quoque meæ rationi congruere videtur, quod interjicitur *ut frequenter accidit;* sæpe fit ut de exigua lis sit pecunia.

9. *Curæ.* Tur. Flor. Guelf., *cur te.*

10. *Creditam periodis;* sic Turic. Flor. Ambr. 1. Reliqui inserunt *pecuniam.*—Vide IV, 2, 61; ubi male alterum hujus omissionis exemplum inveniri negabam.

11. *Periodis.* Turic., *per hic dis.* Guelf. omittit.

12. *Circa stillicidia.* Cicer. Or. c. 21. « *Quam enim indecorum est,* « *de stillicidiis quum apud unum* « *judicem dicas, amplissimis verbis* « *et locis uti communibus; de majes-* « *tate vero populi romani summis-*

mancipii[1] redhibitione[2] sudare[3]? sed ad[4] propositum. Et, quoniam orationis tam ornatus, quam perspicuitas, 15
aut in singulis verbis est, aut in pluribus positus[5], quid separata, quid conjuncta exigant, consideremus: quamquam rectissime[6] traditum est, perspicuitatem propriis, ornatum translatis verbis magis egere, sciamus inornatum esse, quod sit improprium[7]. Sed, quum idem 16
frequentissime plura significent[8], quod συνωνυμία[9] vocatur, jam sunt aliis alia honestiora[10], sublimiora, nitidiora, jucundiora, vocaliora: nam, ut syllabæ e litteris melius sonantibus clariores sunt, ita verba e syllabis magis vocalia; et, quo plus quodque[11] spiritus[12] habet,

« *se et subtiliter?* » videtur ex scriptoribus antiquis romanis, quotidianam litem fuisse ex stillicidio. Vide et Martial. VI, Epigr. 19. (hoc quidem parum ad rem) Lactant. lib. de falsa religion. cap. 1. Almelovenius.

1. *In mancipii.* Turic. Flor., *incipii.* Guelferb. Camp. omittunt *in*, cum Goth. et edd. ante Rusc. quo acc. Ald.

2. *Redhibitione. Redhibitio* est ex ædilitio edicto, quum quis tibi vendidit servum vitiosum aut morbosum, petisque ut tibi pretium reddat et servum recipiat. Turn.

3. *Sudare.* Turic. Flor. Guelferb. Camp., *suadere*, cum Alm. et editt. ante Bad. Inter has Ald. legit *redhibitionem*, omissa ante *manc.* præpositione, unde sensus exit non plane absurdus, si *suadere* sit omnibus suasoriarum artificiis uti. Neque tamen hoc sufficit, et est *sudare* in Goth. Voss. 2, Vall. *Sudare* et *suadere* confusa ostendit Burm. ex Lambino ad Lucret. I, 173; et Heinsio ad Claud. VII, 146. Corr. Regius.

4. *Ad propositum.* Turic., *ad positum.* Flor. Guelf., *appositum.* Vide lib. V, cap. 12, §. 23.

5. *Ornatus... perspicuitas... positus.* Et generis et numeri mutatorum, qualia hic simul comparent, exemplum aliud nunc non succurrit. De singulari pro plurali vide Heindorf. ad Plat. Theætet. p. 411; item quos citat.

6. *Quamquam rectissime.* Turic. Flor. inserunt *enim.*

7. *Inornatum... improprium.* Vide VIII, 2, 4.

8. *Significent.* R. 12, *significant.* RR. 7, 8, 9, 10, Camp. Andr. Jens., *significet.* Ed.

9. *Quod συνωνυμία.* Malim *quæ σ.* et mox *tamen* pro *jam*, cujus loco in Camp. est *nam.* Vide IX, 3, 45.

10. *Alia honestiora.* Turic. Guelf. omittunt *alia*, cum Alm.

11. *Quodque.* Turic. Flor. (sed hic a pr. manu *quamquam*) Guelferb. Campan., *quoque.* Reliqui *quæque.* Nostrum e conjectura.

12. *Habet.* Camp. Andr., *quoque habent.* Ed.

auditu pulchrius[1]; et, quod facit syllabarum, idem verborum quoque inter se copulatio, ut aliud alii junc-
17 tum melius sonet. Diversus tamen[2] usus: nam rebus atrocibus verba etiam ipso auditu[3] aspera magis convenient[4]: in universum quidem optima simplicium creduntur[5], quæ aut maxime exclamant[6], aut sono sunt jucundissima: et honesta quidem turpibus potiora semper, nec sordidis unquam in oratione[7] erudita
18 locus. Clara illa atque sublimia plerumque materiæ modo[8] cernenda[9] sunt: quod alibi[10] magnificum, tu-

1. *Pulchrius;* sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Almelovenio, Vall. et editoribus ante Aldum. Reliqui *pulchrior*, corrigente Regio.

2. *Diversus tamen;* sic Turic. (a pr. manu). Reliqui inserunt *est*. Flor., *tamen usus est.*

3. *Auditu.* Camp., *vultu.*

4. *Convenient*; sic Turic. Flor. Guelf. cum Goth. Alm. Voss. 2, et edd. ante Chouet. Sed Camp. non notavi. Reliqui *conveniunt.*

5. *Simplicium creduntur... honesta quidem turpibus.* Turicens. Guelf., *simpla cui cred. quidem turpibus.* Flor. (nisi quod *quidem* pro *quibus*) Goth. (err. Gesn.) Camp., *simplicium cred. quibus turpibus*, cum Alm. (vide VIII, 2, 24; item hic §. 22) Voss. 2. Equidem nullum video codicem cognitorem eorum, quæ hinc absunt. Apparent illa in mearum prima Jens. nec tamen facile quisquam iis diffidat.— Vall. lib. RR. 7, 8, 9, 10, Andr. et apud Burm. Voss. 2, *simplicium creduntur. Turpibus*, omissis verbis quæ hic interponuntur. Ed.

6. *Quæ... maxime exclamant.* Hoc in syllabis iterum usurpat IX, 4, 137. Sunt verba, ut recte Capperronnerius, maxime vocalia. *Simplicia* autem hic dicuntur quæ §. 15, *separata.*

7. *Erudita.* Omittit R. 13.

8. *Modo.* Turic. Flor. Guelferb. Camp. omittunt cum Alm. Goth. et edd. ante Rusc. Quæ lacuna esse narratur in Voss. 2. *Clara... sunt*, ejus nullum in Goth. vestigium (vide VIII, Procem. 33; VIII, 6, 28, inprimis IX, 4, 107). Inseruit nostram vocem Regius, sed ex quibusdam, ut ipse dicit, exemplis. Recte.

9. *Cernenda.* Hanc dignoscendi, excutiendi vim deprehendere in verbo rarius contingit, nec geminus locus succurrit. Suspicor originem esse ex *cribrando* magis quam ex *videndo*. Neque enim vel cultissimis scriptoribus, ut Ovidio, Plinio, obsolevit illa vetus significatio *cernendi*, unde *cribrum* ipsum dictum fuit. (vide VII, 9, 2). *Materiæ* autem *modus.* Vide ad lib. V, cap. 6, §. 2; lib. IV, cap. 1, §. 35.

10. *Quod alibi;* sic Turic. Guelf. Goth. (err. Gesn.) Camp. cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Bad. Reliqui inserunt *enim*. Flor., *quam* (a sec. manu *qui*) *a.*

midum alibi; et, quæ humilia circa res magnas, apta circa minores videntur; et sicut[1] in oratione nitida notabile humilius[2] verbum, et velut macula: ita a[3] sermone tenui sublime nitidumque discordat, fitque corruptum, quia in plano tumet. Quædam non tam ra- 19
tione, quam sensu[4] judicantur, ut illud,

...Cæsa jungebant fœdera porca[5],

fecit elegans, fictio nominis: quod si fuisset *porco*, vile erat: in quibusdam ratio manifesta est. Risimus, et merito, nuper poetam, qui dixerat[6],

Prætextam in cista mures rosere Camilli[7].

At Virgilii[8] miramur illud, 20

.....Sæpe exiguus mus.

1. *Et, sicut.* Flor. Turic., *ut sint*, hic a sec. manu *e. sit in.*

2. *Notabile humilius;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Reliqui inserunt *est.*

3. *A.* Camp. Andr., *in. To' a*, sive *in* omittit R. 7.

4. *Sensu.* Vide VI, 5, 2.

5. *Cæsa... porca.* Æneid. VIII, 641. Quint., id quod nobis sufficit, novatum putavit vocabulum *porcæ.* Est enim ea *fictio nominis.* Vide I, 5, 3, 32, 71; et nostro capite 24, 30. Rectissime autem de Virgilii loco judicavit.

6. *Qui dixerat.* Turic., *quod d. — Poetam, qui dixerat.* Quis fuerit, nemo eruit; neque suppetit copia conjectanti.

7. *Prætextam... Camilli.* Quæ hic inter se contenduntur, sunt mentiones ab utroque poeta factæ de *muribus*, ridicula prior, mirabilis altera. Plane enim se submersit in vilissimum sermonem is, qui mures rodentes ostendit, et ne cistæ quidem nobis gratiam fecit, in qua reposita esset Camilli prætexta. An forte epitheton fuerit murium *Camilli* pro parvulis? Ea certe est ratio VV. DD. quibus accedit Forcellinus in Lexico. Fateor tamen hoc non minus displicere mihi quam Gesnero, qui itidem in Thesauro præfert interpretationem quæ genitivum nominis proprii agnoscit *Camilli.* Si urgenda quidem hic esset summa præceptorum diligentia, poterat sane dici in singulis adhuc versari vocabulis, et quod tangitur in Virgilio epitheton, idem in altero exemplo debuisse spectari. Servius eumdem versum exprimens, ut videtur, nostrum ipsum adhibet ad Georg. I, 181; de quo loco continuo Noster.

8. *Virgilii.* Georg. I, 181. Cujus artificii metrici rationes eruditissime aperuit I. H. Vossius in Commentario.

Nam epitheton *exiguus*[1] aptum[2] proprium effecit[3], ne plus exspectaremus, et casus singularis magis decuit, et clausula ipsa unius syllabæ, non usitata, addidit gratiam: imitatus est itaque utrumque Horatius[4],

.....Nascetur ridiculus mus.

21 Nec augenda semper oratio, sed summittenda nonnunquam est: vim rebus aliquando verborum ipsa[5] humilitas[6] affert: an, quum dicit in Pisonem Cicero[7], *Quum tibi tota cognatio*[8] *sarraco*[9] *advehatur*[10], incidisse videtur in sordidum nomen, non eo contemptum hominis,
22 quem destructum[11] volebat, auxisse? et alibi, *Caput*

1. *Mus... exiguus.* Hæc absunt a Florent. Ambr. 1, Alm. (quem refert profecto Turic. etsi dictus modo nonnulla verba omittere) Voss. 2. Ex hisce verbis *mus* solum retinent Guelf. Goth. Camp. et additur in Turic. a sec. manu. — Nostri quoque omittunt *nam epitheton exiguus.* Ed.

2. *Aptum.* Turic. a sec. manu *apta*, nec deleto tamen illo *um.* Obr., *aptatum.* Mihi quidem ea quæ nunc legimus in h. l. ab editoribus solis profecta videntur, et suspicor verum fuisse: « nam exiguus, ap« positum » (Vide II, 15, 3.) « pro« prium, effecit. » *Appositum* pro græco *epitheton* usurpari latinis apparet VIII, 2, 10; VIII, 6, 40. In recepta constitutione quid sit *aptum proprium*, plane non video. — R. 13, *apta proprietas.* Ed.

3. *Effecit.* R. 13, fecit. RR. 7, 12, Jens. Ald., *efficit.* Ed.

4. *Horatius.* Ad Pisones 139.

5. *Aliquando verborum ipsa;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Obr. Reliqui ante Basil., *a. i. v.* Mox recentiores *aliquando et ipsa verborum.*

6. *Humilitas.* Omittit R. 10. Ed.

7. *In Pisonem Cicero.* Relatum hoc est inter fragmenta orationis, cujus non nisi pars servata. Sordes sunt in *sarraco*, vocabulo vili, sed consulto hic adhibito. Idem memorat Curius Fortunatianus rhetor lib. III, p. (Capp.) 91. Simile est exemplum I, 5, 8. Ad illustrandam totius familiæ sarraco impositæ imaginem Burmannus ponit locum Tibulli I, 10, 51. *Rusticus e lucoque vehit male sobrius ipse Uxorem plaustro progeniemque domum.*

8. *Cognatio;* sic Turicens. Flor. Guelf. Camp cum Goth. Alm. Voss. 2. Reliqui addunt *in.*

9. *Sarraco.* Turic. Flor. Guelf., *serraco*, cum Jens. et edd. posterioribus ante Bad. — *Sarracum* appellant vehiculum quo graviora gestantur onera. Turn.

10. *Advehatur.* RR. 10, 13, *advehebatur.* Ed.

11. *Destructum.* « Ut V, 7, 26; tes« tis infamia criminum *destruendus.* » Gesnerus.

opponis, cum eo coniscans[1]. Unde interim[2] grati idiotis joci: qualis est ille apud M. Tullium[3], *Pusio*[4], *qui cum majore sorore cubitabat*[5]; et, *Cn. Flavius*[6], *qui cornicum oculos confixit;* et pro Milone[7] illud, *Heus*

1. *Coniscans.* Turic. Ambr. 1, Flor. Guelf. Camp., *conificans*, cum Goth. Voss. 2, Alm. Bodl. Bal. (nisi quod hic *tonif.*) et edd. ante Basil. qui tamen *corniscans*. Nostrum recte conjecit Badius. — *Coniscans.* Est arietum. Vide Lucret. II, 320. De re ipsa Virg. Georg. II, 526.

2. *Interim grati idiotis joci: qualis.* Turic., *intim. grati idictis de quo quale;* a sec. manu *intimo cratii dictis de quo qualis*, cum Flor. (nisi quod circumflexum super *intimo* et *g* pro *c* a pr. manu, item ab eadem *quale*) Gothan. Voss. 2, Vall. Ald. (nisi quod hi tres *Timocrati*) ut et Guelf. nisi quod *in Timocratii* et omisso *dictis.* Camp., *in Timocrati dictis de equo qualis.* Mox edd. *interim grati idiotis* (et hunc dativum referunt ex Almel. Vide 17, 28) *de quo qualis* ante Bad. qui pro *de quo* conjecit *joci*, quamquam apud ipsum sphalma *loci. Idiotæ* illi nequeunt ferri, nec *joci* commode eruuntur e scriptura veteri. Equidem mihi diffidens ipse tento: *interim gratia in dictis et decor; qualis.* Petitur hæc in dictis *gratia* ex ipsa verborum quotidianorum vilitate, velut in Ciceroniano *pusio* dicitur; neque tamen separatis modo verbis inest ea, sed et locutionibus contingit, qualis mox *cornicum oculos configere*, quæ ex medio sermone familiari assumpta est in orationem. Jam autem *decor* hic quidem non fuerit plane idem *gratiæ*, sed intelligi debet convenientia personæ relata, τὸ πρέπον. Sic enim usurpat Noster X, 1, 27, 71; quorum locorum altero consules not. init. adde et I, 8, 17. Nec Horatius aliter ad Pis. 157. « Mobi- « libusque *decor*... dandus... annis. » — *Unde... joci.* Hæc nequaquam sunt sana habenda.

3. *Apud M. Tullium.* Pro Cœlio c. 15. *Qualis* autem cave ad præcedentia trahas, pertinet ad *pusio.*

4. *Pusio.* Dictio et humilis est et turpis; habet tamen ambiguitatem; nam ita significatur puellus et catamitus. Turn.

5. *Cubitabat.* Jens., *dormitabat*, cum edd. ante Bad. Apud Cic. ipsum *cubitavit.*

6. *Cn. Flavius.* « Pro Mur. c. 11. Conf. pro Flacco c. 20. Ad quod proverbium intelligendum unice facit locus Prop. IV, 5, 15, a Burmanno hic laudatus, sed a nemine, quod sciam, plane ad hanc rem applicatus; nec enim solum id docet Propertius magicis sacris adhibitos esse cornicum oculos: sed apud ipsum lena « *Possit ut intentos astu* « *cæcare maritos, Cornicum emeri-* « *tas eruit ungue genas.* » Itaque hoc agitur *cornicum oculis* configendis a venefica, ut maritum cæcum reddat ad furta conjugis adulteræ. Hinc tractum, ut *cornici oculos configere* dicatur, si quis fallit alioquin cautissimos. » Gesn. Hæc ipsa et in Thesaurum assumpsit, probata etiam Burmanno secundo ad locum Propertii. De Flavio vide Liv. IX, 46.

7. *Pro Milone.* C. 22. Nihil est,

tu Ruscio[1]*?* et pro Vareno, [2]*Erutius* [3]*Antoniaster.* [4]Id tamen in declamationibus est notabilius, laudarique me puero solebat, *Da*[5] *patri panem;* et in [6]eodem,
23 *Etiam canem pascis.* Res quidem præcipue in scholis anceps, sed frequenter causa risus, nunc utique[7], quum hæc exercitatio, procul a veritate sejuncta, laboret[8] incredibili verborum fastidio, ac sibi[9] magnam partem
24 sermonis absciderit. Quum sint autem verba *propria*, *ficta*, *translata*, propriis dignitatem dat antiquitas: namque et sanctiorem et magis admirabilem faciunt

quod cum Manutio ad locum Ciceronis, reprehendas Quint. qui jocum interpretetur. Est profecto, si jocum putas cum irrisione factam negligentis et temere institutæ quæstionis mentionem. Atqui illa servorum compellatio habet id ipsum, quod hic tractat rhetor, ex vilitate sermonis ἦθος.

1. *Heus tu Ruscio.* Turic. Flor. Guelf., *heu tu rufio.* Goth., *heus tu pusio*, cum Voss. 2. *Heu heu tu rustio*, Camp. At Tarv., *heu heu tu rustico.* Jens., *heu turifio*, cum editt. ante Ald. qui nobiscum facit ad Cic. exempla. A Gryphio inde *ubi* pro *tu*, et sic in veteribus edd. Cic.

2. *Et... Erutius.* Turic. Flor., *e. eurutius.* Guelferb., *e. cornutius.* Camp., *e. Euritius.* Leidensis primus post eumque reliqui inserunt *pro Vareno*, quod est in nullo MS.

3. *Erutius Antoniaster.* In altero vocabulo est familiaris sermonis imitatio. Testatur autem Priscianus, lib. III, p. Ptsch. 617, verba deprompta esse ex oratione pro Vareno (vide VI, 1, 49), inter cujus fragmenta referuntur, p. Ern. 1040. Tractat hunc nostri locum Victor. Var. 14, 23.

4. *Id.* Hoc est, tanta sermonis demissio; *notabilius*, ut quod inter sublimia illa declamantibus vulgo quæsita magis etiam emineat.

5. *Da.* Turic. a pr. manu *de.* Nihil tamen latere puto.

6. *Et in eodem.* Credo accipiendum masculinum, id est, in eodem homine objurgando: *canis* enim mentio facta, etsi per se est infra dignitatem orationis, tamen h. l. majorem invidiam facit ei, qui patrem alere nolit: nam conjungenda hæc duo, quod visum adhuc interpretibus, et ego censeo. *Panem dare* pro alere, fovere, suscipere, et ipsum habet speciem quotidiani sermonis. Vide VI, 1, 46.

7. *Utique.* Turicensis, Florentinus, Guelferbytanus, Camp., *itaque*, cum Gothano.

8. *Nunc utique... laboret... fastidio.* Declamatoribus hisce fastidiosis etiam magis anceps, i. e., periculosum ampullis suis et sesquipedalibus interponere quotidianæ locutionis tenuitatem; neque enim jocos inserere audebant. Vide lib. VI, cap. 3, §. 14.

9. *Sibi.* Aldus omittit. Campana *si.* Ed.

orationem, quibus non quilibet fuerit [1] usurus [2]: eoque ornamento acerrimi judicii P. Virgilius unice est usus. *Olli* enim, et *quianam* [3], et *mis* [4], et *pone* [5], pellucent [6] et aspergunt [7] illam, quæ etiam in picturis est [8] gratissima, vetustatis [9] inimitabilem [10] arti auctoritatem: sed utendum modo, nec ex ultimis tenebris [11] repetenda; *satis* [12] est

1. *Fuerit;* sic Turic. Flor. (a pr. manu uterque) cum Alm. Reliqui *fuerat.* — Nostri omnes *fuerat.* Apud Burm. Voss. 2, *fuit.* Ed.

2. *Usurus;* sic solus Ald. *Usus;* sic reliqui. Ed.

3. *Quianam, et mis.* (Vide I, 7, 18.) Prius utrum habeat Virgilius, disputant interpretes ad Æn. X, 6, et V, 13. Alterum, ut nunc est, nusquam invenitur in ejusdem operibus. Equidem non mirer, si alibi lectum vocabulum hoc Quint. ex memoriæ lapsu tribuerit Virgilio. Forcellinus in Lexico uberius tractat hanc vocem quam Gesnerus in Thesauro, qui ne sui quidem Qu. meminit. Est autem hæc a pictura petita similitudo inprimis elegans et quæ collata ad verbosam illam picturæ et artis statuariæ mentionem, lib. XII, cap. 10 (it. ad VIII, 5, 26) ostendat nobis nostrum scriptorem studiosum et fortasse peritum ejusmodi deliciarum. Valde gemina est descriptio vetustatis perficientis picturam apud Drydenum in epistola ad Knellerum versibus 160-66.

4. *Mis.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *nus.* Ambr. 1, Flor. (a sec. manu) *mus.*

5. *Pone.* Turic., *pœne.* Flor., *poete,* a pr. manu. Guelf., *pene.* — *Pone,* præpositio antiqua, pro *post. Pone nos recede;* Plaut. Sed apud Virgilium hoc sensu non occurrit. *Pone,* adverbium, pro *retro,* non inusitatum. Roll. — Vide Virgil. Æn., lib. II, v. 725: « Pone subit « conjux. » Et eumdem Georg. lib. IV, v. 487: « pone sequens. » Ed.

6. *Pellucent.* Turic. Flor. Guelf., *et policent.* Goth., *pollicet,* cum Voss. 2. *Et policerent,* Ambr. 1. *Pollucent,* Camp. cum edd. ante Ald. Nostrum dicitur esse in Bodl. et Andr.

7. *Et aspergunt.* Turic. Flor., *adspergendum.* Uterque a secunda manu *adspargendam,* et sic Guelf. Goth. (err. Gesn.) Camp. cum Bodl. Andr. Obr.

8. *Gratissima.* Turic., *gravissima.* Guelferb. Camp., *gravissima,* cum Goth. Voss. 2, Vall. et edd. ante Ald. Correxit Regius, audenter sane (nam vulgata antiquitus potest et ipsa sufficere videri); sed recte, ni fallor. — Omnes nostri habent *gravissima.* Solus Jens. ab emendat., *gratissima.* Ed.

9. *Vetustatis.* Flor. (a pr. manu) *veritatis.*

10. *Inimitabilem.* R. 10, *admirabilem.* R. 7, Camp. Andr. Jens. ab emend., *imitabilem.* Ed.

11. *Ex ultimis tenebris.* Vide lib. VIII, cap. 2, §. 12.

12. *Satis... Oppido.* Hæc ita post Burmannum in Epistola ad Capper., p. 81, interpretantur: Vetus est adverbium *satis,* positum pro *valde,* veluti a Tibullo II, 6, 53, ubi

vetus[1]: quid necesse est, quæso, dicere, *Oppido?* quo sunt[2] usi paululum tempore nostro superiores: vereor, ut jam nos[3] ferat quisquam: certe *Antigerio*[4], cujus eadem significatio est, nemo, nisi ambitiosus, utetur. *Ærumnas*[5] quid opus est[6]? tamquam[7] parum sit, si di-

exempla cumulat Brukhusius. Quid igitur opus est usurpare *oppido*, eodem significatu? Hanc ego rationem, etsi in ea, quæ nunc quidem potest erui, scriptura sola videtur, probare nequaquam possum. Nunquam *satis*, si peculiari quadam potestate designabat, sic simpliciter posturus erat Quint., nec debebat aliter velle intelligi, quam ut *satis* referretur ad *vetus*, quum modo vetuisset ex *ultimis tenebris* repetere vocabula; itaque de ipso *satis* ejusque usu nihil plane hic exspectandum. Burmannus quidem censet, si de τῷ *quæso* egisset Qu., opus fuisse ut adderet aliud ab usu longe remotius verbum idem significans. Hoc et ipse sentio et excidisse puto illud ipsum, quum sit bonorum librorum hæc scriptura: *S. e. v. quæso: q. n. e. quæso d.* Pro altero igitur illo *quæso* inveniendum est, id quod me quidem fugit, antiquius aliquod verbum. Sic unum et hic erit verborum par, ut in reliquis. Quamquam ea quæ in toto hoc loco de vetustate nominum objicitur, exigua et ipsa, sanitatis species longe abest ut nitatur librorum veterum auctoritate. Melius disputantur hæc in notis. De *oppido* et *satis* prava omnia ex vulgatis citat et acquiescit Vulpius ad Catullum, p. 171, nisi quod *non ferat* pro *nos ferat*.

1. *Vetus... Oppido.* Turic. Guelf., *v. quod n. e. q. d. o.* Camp., *v. quod n. e. d. quæso o.* Voss. 2, *v. quidem n. e. q. d. o.*, et sic, puto, Goth. in quo aliquid turbat Gesn. *V. quæso q. n. e. quæso d. o.*, Ambr. 1, cum Jenson. et edd. ante Ald. qui omittit alterum *quæso*, cum editt. ante Obr. quo acc. Burm. Roll. Nobiscum faciunt Flor. Vall. Gesn. et, qui *est* post *nec.* omittit Obr.

2. *Quo sunt.* Turic., *qua s.*; a sec. manu *quæ s.*, et sic Flor. (a prima quidem hic manu *quã*) Guelf.

3. *Nos.* Camp., *non*, cum Basil. et posterioribus ante Gesner. Nostrum et Florent. Ambros. 1, Turicens. Guelferbyt.

4. *Certe Antigerio.* Turic. Tarv., *c. antegerio.* Flor., *certe ante genio*; a sec. manu *certante genio.* Guelf., *certante gerio.* Camp., *certante ingenio.*

5. *Ærumnas.* A labore distat *ærumna*: unde hæc, *ægritudo laboriosa* definitur a Tullio, Tuscul. lib. IV, n. 18. Vide etiam de Finibus, lib. II, n. 118. Sæpius hæc vox a Tullio adhibetur. Roll.

6. *Opus est.* Turic. inserit litteram *q.*

7. *Tamquam... horridum.* Turic. Flor. (hic a pr. manu *qui* pro *quod*) *t. parvus sit dicatur quod orridum*, ut et Guelf. quamquam cum *h. t. parvus sit si d. quod h.*, cum Goth. Ex nostro nihil mutat Ambr. 1, præter *labor* omissum. Hoc quidem a Basil. inseritur primo, sine ullo tamen auctore.

catur *labor;* horridum, *reor;* tolerabile, *autumno;* tragicum, *prolem ducendam*[1]*; universam ejus*[2] *prosapiam,* insulsum. Quid multa? totus prope mutatus est sermo. Quædam tamen adhuc vetera vetustate ipsa gratius ni- 27
tent, quædam etiam necessario[3] interim [4]sumuntur, *nuncupare,* et *fari;* multa[5] alia etiam audentius in-

1. *Ducendam.* Turic. Flor. Ambros. 1, *dicendi.* Illorum uterque a sec. manu *dicendam,* et sic Guelf. Camp. cum edd. ante Basil. qui *dicendo,* mox nobiscum.

2. *Universam ejus.* Flor., *universus e.* Ambr. 1, *versum ei.* Obr pro *ducendam... insuls.* hæc habet: *sed eruam universam ejus p. i.,* qua quidem vel auctoritate, vel sententia, prorsus ignoro. In omnibus hisce multæ remanent sordes. Quis nobis ostendet, unde pendeat *ærumnas* accusativus? Nisi forte *dicere* subaudis. Sed hoc diremptum inde, quia insertum *utetur.* Et ubi est diligentia et nitor orationis Quintilianeæ, quum post *uti* statim ingeritur *utetur?* In quo verbo et hoc indignum nostro dicendi artifice, quod cogimur *antigerio* struere cum *utetur* et accipere ablativum: nam ad *nos* non quidem male intelligitur *dicentes* ex proximo *dicere.* Possit igitur succurrere loco, qui idoneum vocabulum substituerit τῷ *utetur.* Ii maxime alieni, qui ferunt *non,* quum præcedat *ut,* quod debebat esse *ne* in hac ratione. Sententia tota nonnisi trans nebulam cernitur, adjuvantibus iis, quas recentiores tentarunt, interpolationibus. Rectene tot vocabula proscribat Quint., jam non attinet quærere, estque lector ablegandus ad Vossium Institt. Oratt. IV, 1, 7, p. 16, et inprimis ad Cicer. de Orat. III, 38, ubi hæc ipsa fere omnia defenduntur, cujus quomodo aut immemor esse, aut auctoritatem defugere potuerit Noster, mirum sane videri debet. An forte quod Crassi tempore tolerabatur, Quintiliani exolevisse plane dicemus? Vide et lib. I, cap. 6, §. 40.

3. *Etiam nec.* Turic. Flor. Camp., *esse n.,* cum Goth. 2, Jens. et edd. ante Ald. exc. Tarv.

4. *Sumuntur, nuncupare.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf., *s. enuncupare,* cum Goth. 1, 2, Bodl. et edd. ante Ald. exc. Camp. qui nostrum, quod Leid. intulit, quum *emancipare* priores, Regio suadente. Ad *enunc.* rediit Obr. Hoc improbat recte Burm. testem adhibens Cic. l. modo c. et ostendens non potuisse desiderari hæc verba in testamentis et in votis iis, quæ voce non scripto fuerint concepta. Idem in altero verbo accedit Obr. contra libros scribenti *effari,* cujus sit usus in auguriis, ut pateat e Cicer. ad Att. XIII, 42; Serv. ad Æn. III, 463; VI, 197. Addit Gesnerus Cic. de Legg. II, 8. Vide et Lexica. Sed non debebat ferri, quod per ἀσύνδετον subjiciuntur ista verborum exempla. Suspicor natum *enuncupare* ex *et nuncupare,* quod male fuerit scriptum pro *ut n.* Mox in *fari* facile post *et* excidebat *ef.*

5. *Fari; multa;* sic Turic. Flor. Guelf. cum Goth. 1, 2, Voss. 2,

seri possunt; sed ita demum, si non appareat affectatio; in quam [1] mirifice Virgilius [2],

28 Corinthiorum [3] amator [4] iste verborum [5],
Thucydides Britannus, atticæ febres,
Tau [6] Gallicum, min [7], al, spinæ [8] male illisit [9].
Ita omnia ista verba miscuit fratri [10].

aliique et editi. Reliqui inserunt *et*. — *Audentius;* sic Badius in priore ed. e conjectura. Reliqui *audientibus*, cui fulciendo Ald. addidit *grata*, quod est in omnibus post eum, neque tamen in ullo vetere neque scripto, neque excuso. — *Etiam audentius.* Adverbium *audenter* satis frequens Tacito, et ejusdem originis nomina *audentior, audentia* usurpata Nostro, Tacito, Plinio minori. — Vide Horat. Art. Poet. 46, « in verbis etiam tenuis « cautusque serendis » et seqq. Ed.

1. *Quam.* Turic., *qua*, et sic Ald., eoque posteriores ante Obr.

2. *Virgilius.* Turic. huic nomini subjicit *et* (sed a sec. manu) et sic Camp. Goth. cum edd. ante Leid. (quæ ejus loco *est*) exc. Aldo.

3. *Corinthiorum;* sic Codd. mei omnes et Burmanni, qui debebat et Bodl. ponere et Vall. accedunt Florent. et Ambr. 1. Eldikius in Suspicionibus conjicit *Homericorum* pro *Corinthiorum*, p. 45. Frustra ille. — Omnes nostri Codd. habent *Corinthiorum*. Ed.

4. *Amator.* Flor., *amor.*

5. *Verborum, Thucydides;* sic libri mei omnes ante Ald. qui cum reliquis editionibus præter Obr. interponit versum hunc: « Iste iste « rhetor namque quatenus totus. « Hunc e quo cujusque auctoritatis Codice Virgil. protraxerit Pithœus, ne apud Burmannum quidem in Antholog. proditum invenio.

6. *Tau.* Goth. 2, *tam.* — Virgil. nostræ Edit. vide vol. V, p. 160. Ed.

7. *Min, al.* Turic. Flor. Guelf. Ambr. 1, Camp. cum Goth. 1, 2, Kapp., *enim et.* Nostrum ab Obr. inde obtinet.

8. *Spinæ.* Ambr. 1, *spinet.*

9. *Illisit.* Diremptim *illi sit*, Ambr. 1, Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Goth. 2. Quod et Alm. hujus rationis testem profert Burm., recedit omnis ejus scriptura, ab ipso quidem posita, a Turicensi; sic enim: *Tau Gallicum et spinæ illi sit* (vide §§. 22, 36). Posui hic equidem MSS. solorum scripturas, quo magis mihi caverem ab editorum levibus commentis.

10. *Corinth... fratri.* Hujus integri epigrammatis ut sententia facile percipitur, ipsumque acumen prorsus admirabile apparet, ita singularum partium rationem reddere nemo adhuc potuit. Conjicitur dictum in C. Annium (sive, ut vult Casaub. ad Suet. Aug., c. 86, Annæum; ibi enim ejusdem mentio ab Augusto facta tamquam cacozeli) Cimbrum, qui, orationis reconditæ, verbisque insolentioribus refertæ studiosus, simul invidiam sustinebat interempti veneno fratris. Hoc ipsum testatur Cic. loco, quem mox designat Noster, Philipp. XI, 6, ubi ingeniosus est lusus in *Germano*, nomine et nationis et consanguinitatis. Vide similem apud Vellei. II, 67, 4, ibique Ruhnk. (Sedulo dis-

Cimber hic fuit, a quo fratrem necatum hoc Cice- 29

jungendus est *Annius* a *Tullio* Cimbro Cæsaris interfectore, quem errorem ne summus quidem Hemsterhusius cavit ad Luciani Jud. vocal.). Hunc ipsum igitur, ut discimus Quintiliano indice, sale perfricuit Virgilius, alias cliens Pollionis, Antoniani, qualis et Cimber fuit. Lepidissime autem colluvies illa et συγχυσις verborum, in Cimbro rhetore notata, transfertur hic ad venenum, quod idem fratri bibendum dederat, nec facile acrius ἀπροσδιόνυσον potest concipi, quam quod dicitur fratri miscuisse *ista omnia... verba*. Ut hic positum est epigramma, levi et prope nulla varietate legitur in omnibus MSS., nec debet in tanta horum constantia ratio haberi numerosissimarum correctionum, quas certatim tentarunt VV. DD., velut Pithœus, Jos. Scaliger, Salmasius, Turnebus, Sam. Petitus, Toupius, nimium sibi licere rati in poematio deposito quasi et relicto. Januam quidem huic mutandi intemperantiæ aperuit Ausonius poeta, qui in lusu illo, quem inscripsit Grammaticomastiga, ea habet, quæ ex hoc carmine desumpta esse, dubitare plane non possimus. Ejus hæc sunt verba: « Dic quid signifi- « cant catalecta Maronis? in his AL « Celtarum posuit, sequitur non « lucidius TAU. Et quod Germano « mistum male letiferum MIN. » Hinc illata sunt portenta illa MIN et AL, quorum quidem in MSS. nullum vestigium, nam TAU expressum in iisdem legitur. Quum autem hoc ipsum TAU vix sinat Ausonium disjungere a nostro epigrammate, majus tamen argumentum agnosco in illis: « *Germano* « mistum.... letiferum. » Illud memoriæ lapsu accidisse suspicor, quod Pius citat versum Ausonii hunc: « Scire velim catalecta le- « gens, quid significet TAU. » Neque enim iterum factam ab Ausonio hujus epigrammatis mentionem reperio. Confecta igitur res est ante oculos habuisse Ausonium hoc ipsum, quod tractamus, carmen, unde oritur summa ejus in constituenda scriptura auctoritas; sed ea ipsa Ausonii ratio non una premitur difficultate. « *Al* celticum » memorat, nos habemus « *Tau* galli- « cum; » subjectum priori *Al* dicit Ausonius *Tau;* nos ubi in prioribus ponamus *Al*, locum reperimus nullum; *Min* quoque ultimam ut sedem occupet, nullis emendandi machinis contingit. At dicat aliquis, Ausonium, memoriter referentem, potuisse turbare ista; qua solutione, quamvis inviti, acquiescemus. *Corinthia* (nam aliquando ordienda est interpretatio, quæ nunquam non erit inchoata) *verba* dicta ego censeo, cum Baptista Pio (vide Lamp. Crit. Grut., P. I, pag. 455) ad similitudinem æris corinthii, quod in urbis incendio confluxisse, nota erat fabula. Vide Flor. II, 16 extr. (item vide Nostr. VIII, 2, 8); neque hinc me abducit Huschkius in Analectis, p. 89, accipiens *corinthiam* orationem, refertam solœcismis, quales commiserint corinthiæ mulieres, a Sophrone mimographo notatæ. *Thucydides Britannus* rectissime illustratur a Gesnero, ut Cimber aut fuerit cum Cæsare in Britannia, gente tum omnino barbara, aut de illa expeditione aliquid litteris mandarit; eademque

ronis dicto notatum est, *Germanum Cimber occidit;*

proinde forma *Thucydides Britannus* dictus sit, qua Trebatio suo ridiculam JCti Britannici, vel Samarobriviensis personam Cic. imponat Famil. VII, 11; *Thucydidios* sic cum contemptu appellat Cicer. Orat., c. 9. Hic igitur voluit esse pressus, acer, *Thucydidis* instar; sed meram barbariem locutus est. Similiter in alia ratione Sallustius ille personatus Ciceronem dixit *Romulum Arpinatem* (IX, 3, 89), et ipse Tullius Pisonem *Epicurum ex hara productum*, ubi præclaro nomini subjicitur appositum ignominiosum. *Febris*, frigidum nervisque carens dicendi genus designat, quod simul *atticum* velit videri. Hoc, etsi per se satis apparet, tamen aliorum geminis locutionibus declarare parum datur, nisi quod apud Hesychium ἰπίαλοι dicuntur οἱ ψυχροί, et Phrynichus apud Athenæum (p. 44 D.) Lamprum musicum increpat Μουσῶν σκελετὸς, ἀνδάνων ἰπίαλον, quem locum tractat Lessingius noster ille magnus (in vita Sophocl., p. 44 seqq.). Pluralis tamen, quo numero hic effertur ista appellatio, nemini placeat, unde VV. DD. devenerunt ad eam rationem, ut scriberent *atticæ febris*, vel *ἰπτικὴν febris*, quorum alterum, ingeniosum sane, exemplo caret. *Tau gallicum* difficilius jam et impeditius, quam ut certi quid statuamus. Et quidem quod littera crucis figuram habet (vide Lucianum in Jud. Vocal. extr., p. Bip. 70, ibique notas), suadet maledictum interpretari hæc, quasi *furciferum* dicat. *Gallicum* qua vi adjiciatur, longe minus apparet, quam in Thucydide *Britanno;* nam quod Pius ait *Gallos* ad similitudinem litteræ *tau* cruces furcasve fabricasse, probationem dicti desidero. Firmant autem se invicem geographica hæc (ut appellare lubet) epitheta, *Corinthia*, *Britannus*, *Attice*, *Gallicum*, quo minus eorum aliquod convelli et ab intemperantiore critica obrui patiaris. *Gallicum* interim et ipsum ad barbariem exprobrandam traxerim; cujus significatio talis aptissima erat in homine Cæsariano, qui, ut supra est dictum, potuit Gallias adiisse, et qui nomine ipso *Cimbri* aliquid gallicani indicabat (vide nos ad VI, 3, 38). Quod tamen ad *tau* attinet, crucis similitudinem omittemus, si cum Scaligero ejus rationem accommodarimus ad illa *min* et *al*, quæ corrupta putabat is ex *minio* et *allio*. Ingeniose quidem, sed auctoritate subnixus nulla, declamationem aliquam fingit summus litterator, ubi qui allium debuerit miscere, *minium*, venenum ipsum, quoniam ex plumbo fit, intriverit, itemque alteram, in qua Themistocles proponatur, sanguine taurino ebibendo vitam finiens (vide Plut. in Themist. extr.). In his igitur scholasticis Cimbrum mutila et ad morem Ennianorum *gau* et *cœl* contrita vocabula affectasse sumit, quæ quum et ipsa respiciant veneficium, aptissima fuerint ad impetendum fratricidam. Remanent *spinæ* (quas Scaliger tollit sane versum effingens huncce: *Tau Gallicum min ipsum* (pro græco ἴψον) *et al ei illisit*) probabili interpretationi repugnantes omni. Si quis dativum singularis accipiat et *spinam* dorsi, cui illiserit hæcce C. Annius, quis, quæso, unquam per illam partem adi-

nec minus noto Sallustius epigrammate incessitur,

Et verba[1] antiqui multum furate Catonis,
Crispe, Jugurthinæ conditor historiæ.

Odiosa[2] cura, nam et cuilibet[3] facilis, et hoc [4]pessima, quod rei[5] studiosus non verba rebus aptabit, sed res extrinsecus arcesset[6], quibus hæc verba conveniant. Fingere, ut primo libro[7] dixi, Græcis magis concessum est, qui sonis etiam quibusdam et affectibus non dubi-

tum quæsivit veneno, nisi forte clystere perlui voluit frater Annii? Si inest maledictum huic quoque voci, plurali numero positæ, quo tricæ et asperitas orationis imputentur, novum hunc et repente oblatum usum loquendi agnoscere cogimur. Hanc quidem rationem alteri tamen præferam et structuram iniri velim eam, qua soli ponantur nominativi, singula convicia continentes ii, quibus describatur ille rhetor nequam; deinde huic homini, ita notato, inclametur: *male illi sit, ita* (i. e. quia)... *miscuit*. Quamquam enim displicet is scazontis rhythmus, quo non monosyllabum modo ponitur in fine (*sit*), nam hoc frequens quidem in voce *est*, sed penultima etiam fit ea syllaba, quæ accentu careat (*illi*), cujus ego nullum exemplum recordor in hoc metro; tamen sententiæ acumen prævalet, ut hunc nævum vel ignorasse, vel non curasse poetam existimem. In extremo Virgilii versu melius fortasse legeris *iste* pro *ista*. — Non sine metu hanc istius loci interpretationem dare ausus sum: *iste est amator verborum* ita permixtorum, ut permixtum erat ex triplici metallo æs corinthium; nam hic verba græca, latina, gallica sic in oratione sua permiscebat. Iste *Thucydides Britannus*, iste qui *febres atticas* vocabat; iste *thau*, nam utebatur *thau* gallico; iste, cujus oratio *spinarum* asperitatem æquabat; *male illi sit*, in malam crucem incidat. *Ita omnia ista verba* quasi venena *miscuit fratri*, qui his peremptus venenis interiit. Ed.

1. *Et verba.* Hic quidem Francius probandus videtur *O* reponens pro *Et*, nisi forte ex medio epigrammate partem excerpsit Fabius. « In « disticho *multum* adverbium si- « gnificat *abunde, copiose.* » Badius.

2. *Odiosa.* Vide I, 6, 19.

3. *Et cuilibet;* sic Turic. (a pr. manu) Flor. cum Goth. Voss. 2, Alm. Bip. Reliqui *est c.* Probavit tamen Gesnerus.

4. *Pessima.* Tur. Flor. (a sec. man. uterque) Guelf. Camp., *pessimum*, cum Voss. 2, et edd. ante Aldum.

5. *Rei.* Verissime Gesnerus conjicit *ejus*.

6. *Arcesset;* sic Turic Flor. (a pr. manu uterque), ad cujus exemplum e conjectura scripsi *aptabit*. Reliqui *aptavit, arcessit*. — Nostri *arcessit*. R. 13, *aecersivit*. Ed.

7. *Primo libro*. I, 5, 70, seq.

taverunt nomina aptare, non alia[1] libertate, quam qua[2] illi primi homines rebus appellationes dederunt.
31 Nostri autem, in jungendo, aut in derivando[3] paulum aliquid ausi, vix in hoc satis recipiuntur: nam memini juvenis[4] admodum inter Pomponium[5] ac Senecam[6] etiam

1. *Non alia... quam qua.* Vide lib. V, cap. 12, §. 17.

2. *Qua.* Turic. Flor. Guelf. Camp. omittunt *qua*, cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. Inseruit Regius.

3. *Aut in derivando;* sic Turic. Flor. Camp. cum Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Basil. Reliqui omittunt *in*. Vide VI, 3, 32. — *In derivando;* sic usurpatum *derivandi* verbum habes et I, 6, 38, aliter quidem III, 7, 25. Suspicor autem proxima sic a Quintiliano scripta: « Nostri *aut* « jungendo, aut derivando. » — Vide Horat. Art. Poet. 48: « Si for- « te necesse est indiciis monstrare « recentibus abdita rerum », et seqq. Ed.

4. *Memini juvenis.* Hæret Rollinus in locutione paulo audaciore pro eo quod erat dicendum: *mem. me juvene*, nec sufficiunt molliendæ huic rationi exempla a Burmanno posita, *audiebam puer*, vel *juvenis audivi*. Sed verissime monet Buttmannus in ipso præteriti usu (*memini*) cui plerumque adjungitur infinitivi præsens, inesse aliquod semen hujus structuræ. *Memini* enim esse fere: *mente concepi*. Et adest usus similis Platonis Charm., p. 156, a: *μέμνημαι... παῖς ὢν Κριτίᾳ τῷδε ξυνόντα σοι*, ubi vide Heindorf., p. 64. Ipsum suum Ciceronem imitatus videri potest Noster, cujus locum monstravit mihi meus Heindorfius de Senect., c. 9: « Metellum... me- « mini puer... bonis esse viribus. »

5. *Pomponium.* Hic procul dubio est L. Pomponius Secundus vir civilis et poeta tragicus, quare Plinius H. N. VII, 19, appellat eum poetam consularem. Quando autem consulatum gesserit, difficilius dictu; nam quod Tacitus Annal., lib. II, cap. 41, hunc accipiunt, error est, quum a Dione et in Fastis referatur L. Pomponius Flaccus. Qui autem Dioni est consul a. U. c. 794, lib. LIX extr. (identidem Caligulæ pedes exosculans) potuit esse Nostri frater Quintus, qualem exhibet Almelovenianus in Fastis, quo quidem auctore nescio. Poetam tragicum celebrem testantur Noster lib. X, cap. 1, §. 98; Plin. Epist. VII, 17; Tacitus Annal. XII, 28; Dialog. de Oratoribus, cap. 13. Quibus hoc *præfationibus* quæsitum fuerit, scriptis et in fronte cujusdam tragœdiæ positis an in sermone communi habitis (velut est lib. II, cap. 21, §. 20), non ego dixerim; *etiam* tamen addi videtur, ne quis credat hoc, quod juvenis Qu. audierit, familiari modo sermone agitatum. Senecam hic rhetorem, quocum disputaverit Pomponius, minus agnoscendum censeo, quam tragœdiarum scriptorem, nisi forte idem est. *Grammaticum* autem quis veterum appellarit Pomponium, adhuc quæro, et gratis sumptum ab interpretibus credo.

6. *Ac Senecam;* sic Turic. Flor. Reliqui *et S.*

præfationibus esse tractatum, an *gradus eliminat*[1], in tragœdia, dici oportuisset; at veteres ne [2]*expectorat* quidem timuerunt; et sane ejusdem notæ[3] est, *exanimat*[4]. At in tractu[5] et declinatione talia sunt, qualia 32
apud Ciceronem *beatitas* et *beatitudo*[6]; quæ dura quidem sentit esse[7], verumtamen usu putat posse molliri; nec a verbis[8] modo, sed a nominibus quoque, derivata sunt quædam, ut a Cicerone *Sullaturit*[9], et ab Asinio *Fimbriatum* et *Figulatum*[10]. Multa ex græco for- 33

1. *Eliminat, in tragœdia.* Turic. Flor. Guelf., *eliminatum tr.* A Gryphio demum inde post *elim.* inserunt *apud Accium.* Codd. hæc omittunt, velut Goth. Voss. 2, Bodl. Alm. — *Gradus eliminat.* Ipsum hoc *eliminandi* verbum ex *Pomponio* profert Nonius Marcellus, c. 1, §. 179. Sed est ille haud dubie L. Pomponius Bononiensis, atellanarum scriptor, circa Mariana tempora nobilis, cujus ex plurimis fabulis fragmenta ponit Nonius. De verbo ipso, quo inter priscos non unus delectatur, ut et protinus subjectis, videnda lexica. *Gradus* hic esse *gressus* facile sumitur.

2. *Expectorat.* Vide Cic. Tusc. IV, 8, e vetere poeta: « pavor omnem sapientiam mihi *expectorat*, » i. e., e pectore expellit. Ed.

3. *Notæ.* Turic. Flor. Guelferb. Jens. (tac. Gesn.) *nocte.*

4. *Exanimat.* Turic. Flor. Guelferb., *examinata.* Bodl., *exanimata.* Camp., *examinat*, cum edd. ante Gryph. exc. Tarv. — *Exanimat.* Apud Horat. Od. lib. II, 17, 1, « Cur « me querelis exanimas tuis? » Et apud eumdem, Od. lib. III, 12, 2, « exanimari metuentes patruæ ver- « bera linguæ. » Ed.

5. *Tractu.* Guelf. Camp., *tractatu*, cum Vall. Ald. *Tracta*, Jens. Loc. Rusc. — *At in tractu.* Præstare censeo si scribatur *Et*, quamvis geminato ejusdem conjunctionis usu. *Tractum*, monente Gesnero, *tractationem* dicit Cic. Partitt., c. 5.

6. *Beatitas... beatitudo.* Utrumque verbum durum judicat Cicer. Nat. Deor. I, 34. Ed.

7. *Dura quidem sentit esse.* Vide lib. I, cap. 5, §. 72.

8. *A verbis.* Turic. Flor. Guelf. omittunt *a.*

9. *Sullaturit, et ab Asinio.* Turic. Flor. (nisi quod hic *senio*) Guelf., *sullatur ita sinio.* Camp., *syllabatum ita ab Asinio.* Goth. Voss. 2, *syllatum ita Asinio.* Jens., *sullatum et Asinio*, cum edd. ante Ald. exc. Tarv. qui *sullatum ita ab Asinio.* Mox Ald., *subuculatum ita ab Asi*, quod repetierunt aliquot editi. Miror hisce conjecturarum sordibus quidquam tributum a Burm. et Gesnero. Receptam nostram ipsam esse in vett. apparet, quæ ut melius procedat, malim legi: *ut Ciceroni Sullaturit, Asinio.* — *Sullaturit.* Vide VIII, 6, 32; Ciceronis locus est ad Attic. IX, 10.

10. *Fimbriatum et Figulatum*; sic

mata nova ac plurima a Sergio Flavio [1], quorum dura quædam admodum [2] videntur, ut *ens* [3], et *essentia* [4] : quæ cur tantopere aspernemur, nihil video, nisi quod iniqui judices [5] adversus nos sumus, ideoque paupertate

Turic. Flor. Camp. cum Alm. Bodl. Andr. Vall. (a sec. manu) Bad. sec. Basil. *Fimbriatum fibulatum*, Guelf. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Stoer. nisi quod inserunt *et*; Jens. autem *fihulatum*. Reliqui *Fimbriaturit et Figulaturit*. — *Fimbriatum et Figulatum*. Posterius plane censeo usurpatum ab Asinio Pollione in causa Urbiniana (VII, 2, 26), ubi dixerit *Sosipatrum* illum servum repente nobis esse *Figulatum*, i. e., Clusinium Figulum factum. *Fimbriatum* quem, quave occasione, appellarit, nullam conjiciendi ansam video. Notissimus est C. Flavius Fimbria, Cinnæ satelles, de quo ab auctoribus prodita exhibet Freinshemius in Liviani operis, lib. LXXXII et seq. In utroque autem vocabulo accusativus casus quare sit positus, minus apparet, quum tamen neutrum genus accipere etiam sit alienius. An forte accipiemus impersonale verbum tempore præterito, ut aliquid fuerit a quibusdam *Fimbriatum* et *Figulatum*? — *Multa ex græco*. Vide Horat. Art. Poet. 52 : « et nova fictaque « nuper habebunt verba fidem, si « græco fonte cadant, parce detor- « ta, » et seqq. Ed.

1. *Flavio, quorum dura*. Turic. Flor., *fravio q. d.*; sed a sec. ille manu *fravio quoque d.* Guelf., *fravio dura quoque*. Camp., *Fl. quoque d.* Jens., *Flavioque d.*, cum edd. ante Basil. nisi quod Tarvis. Ald. Bad. inserunt *quorum*. — *A Sergio Flavio*. Probe excussis omnibus qui ad auctorem harum vocum, *ens et essentia*, spectant locis, jam persuasum habeo, in nostro quoque legendum esse : *Verginio Flavo*. Vide VII, 4, 40, not. Facilis erat lapsus, ut librarii a *Verginio* per compendia scripto devenirent ad *Sergio*. *Ac*, quod est ante *plurima*, epexegeticum est, pro *et quidem*. Vide Drak. ab Liv. XXXVIII, 39, 5.

2. *Quædam admodum*. Turicens. Flor. Guelf. Camp., *quemadmodum*, cum edd. ante Ald. — *Quædam admodum*. De re ipsa, vide II, 14, 2.

3. *Ut ens*. Turic. Flor. (sed hic *que* enclitice) *ut quæ e.*; a sec. manu *utraque e.*, et sic Guelf. Camp. cum editt. ante Ald., nisi quod Tarv., *ut enim*. Goth., *utquens*. Voss. 2, *ut quem et*. Vall., *utique ens*.

4. *Essentia*. Turic. a sec. manu *entia*, et sic edd. ante Ald. exc. Camp. Tarv. Totus hic sensus nec ad MSS. accommodate, nec latine satis elatus videtur. Illud *quæ* ante *cur*, per quod inducitur sententia proxime repugnans, valde displicet. Quod est in Vall. *utique*, expuncto eodem, de quo dixi, *quæ*, fortasse molliorem reddat structuram; modo docueris *utique* sic usurpari, ut præter asseverationem insit aliqua oppositio, valens *tamen*. Tum colo incidemus post *videntur*.

5. *Judices*. Flor. (a prima manu) *viderit*.

sermonis laboramus[1]. Quædam tamen perdurant: nam 34
et, quæ vetera nunc[2] sunt, fuerunt olim nova, et quædam in usu perquam recentia[3], ut Messala primus *reatum*, *munerarium*[4] Augustus primus, dixerunt[5]; *piraticam*[6] quoque, ut *musicam fabricam*[7], dici adhuc dubitabant mei præceptores; *favorem*, et *urbanum*, Cicero nova credit[8]; nam et in epistola ad Brutum, *Eum*, in-

1. *Paupertate... laboramus.* Idem admodum censebat de gallica lingua noster *Fénélon*, quum diceret: « *Notre langue manque d'un grand* « *nombre de mots et de phrases. Il* « *me semble même qu'on l'a gênée* « *et appauvrie depuis environ cent* « *ans, en voulant la purifier*, etc. » Vide *Lettre à l'Académie française*, §. 3. Ed.

2. *Nam et, quæ vetera nunc.* Vide VIII, 2, 4, 5. — Vide Horat. Art. Poet. 70: « multa renascentur quæ « jam cecidere, cadentque quæ nunc « sunt in honore vocabula, » et seqq. Ed.

3. *Recentia.* Guelferb. Camp., *recenti*, cum Goth. Voss. 2. Ex Alm. affertur *recenti aut*, origo erroris.

4. *Munerarium.* Turicens. Flor., *numeralium*, cum Alm. *Numerabilium*, Guelf. *Numerarium*, Jens. (tac. Gesn.) cum edd. posterioribus ante Aldum.

5. *Dixerunt; piraticam.* Inserunt Turic. Flor. Guelf. Camp., *reatum nemo ante Messalam*, *munerarium* (suam quisque scripturam) *nemo ante Augustum dixerat*, cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Gryph. quæ, tamquam glossam, jam Regius proscripsit et margini assignavit. Gesnerus nostra *ut Mess.... dixerunt* aliena potius censet. Legitur quidem pro *dixerunt* in Flor. (a pr. manu) *dixit*; in Camp., *dixerit*; in Goth. (err. Gesn.) Voss. 2, pro *prim. dix.* hæc *primo dixit*, unde facilius efficias marginalem glossam *ut Mess... dixerit.* Sed bonorum librorum ratio plane digna est Quintiliano *reatum*, *munerarium* per chiasmum, *dixerunt* plurali numero post *Augustus primus*, ut nulla hic de ipsius manu sit dubitatio. Parenthesia illa excolitur sane et nitescit Campani (sed solius) transpositione: *tamen nemo ante Messalam reatum*, *munerarium nemo ante Augustum dixerat.* Verum hoc non sufficit ad perferendam eam.

6. *Piraticam.* Succurrit hoc a Quintiliano, diligente Cicer. lectore, proditum *χρίσει* Marclandi et Wolfii, qui stylo censorio confodiunt eam orationem, Ciceronis vulgo habitam, in qua legitur hæc ipsa vox, *Post reditum in sen.*, c. 5. Trogus Pompeius in Augusti tempora cadens quod usus fuerit vocabulo (Justin. VIII, 3) non est cur miremur. Noster et ipse securus usurpavit III, 8, 44.

7. *Musicam fabricam.* Copula *et* a Jensio demum inseritur et posterioribus, scripto quidem nullo.

8. *Cicero.... credit.* Malim *credidit.* « Alterius [*urbani*] exemplum « affert ex epistola ad Brutum, quæ « non exstat » (vide §. 6) « alterius

quit, *amorem, et eum, ut hoc verbo utar, favorem in*
35 *consilium advocabo:* et ad Appium Pulchrum, *Te hominem non solum sapientem, verum etiam, ut nunc loquimur*[1], *urbanum:* idem putat[2] a Terentio[3] primum dictum esse *obsequium*: Cæcilius[4] a Sisenna[5], *albenti cælo: cervicem* videtur Hortensius primus[6] dixisse; nam veteres pluraliter appellant[7]; audendum itaque: neque enim accedo Celso, qui ab oratore verba fingi
36 vetat[8]: nam, quum sint eorum alia, ut dicit Cicero[9], *na-*

« [*favoris*] ex epistola 8 ad Appium « Pulchrum, quæ habetur lib. III « ad Famil. Addo ego Quintiliano « ex Cicerone pro Sextio num. 115, « locum insignem, unde constet « quoque *favorem* tum vocabulum « novum fuisse. *Qui rumore et, ut « ipsi loquuntur, favore populi te- « netur et ducitur.* Alias illa voce « usus tantummodo semel Cicer. « Orat. pro Roscio com. 29. *Quam « enim rem... et quem favorem se- « cum in scenam detulit Panurgus.* » Vavassor de vi et usu quorumd. verbb., citante Burmanno, qui recte monet, postremo loco proprie dictum, quoniam vox scenæ fuerit.

1. *Loquimur;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 2, Basil. Obr. et libris Ciceronianis. Reliqui *loquuntur.*

2. *Putat a Terentio.* Turic., *putant erentio;* a sec. manu *putant a Terentio*, et sic Camp. cum edd. ante Bad. Mox Camp., *primo* fortasse melius. Flor., *putant terentio;* sec. manus inserit *et.* — Nostri *putat*, exc. RR. 7, 10, Andr. Ed.

3. *A Terentio.* Vide Lælium Cic., c. 24. De vocabulo ipso consule lexica.

4. *Cæcilius.* Turicens., *cincilius.* Mire, neque enim *Quintilius* congruat.

5. *A Sisenna;* sic Turic. Flor. (a pr. manu uterque) cum Alm. Voss. 2, Goth. Reliqui *ad Sisennam.* Nostrum probavit jam Schneiderus in Epistola ad Langerum, p. 41. — *Cæcilius a Sisenna.* Observavit hoc procul dubio Cæcilius rhetor (vide III, 1, 16) in historiarum scriptore Sisenna (I, 5, 13). Mox ab ipso Cæsare hoc usurpatum docent lexica, quæ et sequente exemplo consulenda. Forcellinus *albescente cælo* designat in Pandectis XXVIII, 2, 25, ut appareat etiam communis esse factum sermonis, unde exierunt Italorum *alba* et Gallorum *aube. Albente* autem vel contra libros scribendum.

6. *Hortensius primus.* Vide Varron. de L. L., p. Bip. 107, 180.

7. *Appellant;* sic Turic. Flor. Guelf. cum Goth. Alm. Voss. 2, et edd. ante Ald. exc. Camp. Tarvis. Reliqui *appellabant.*

8. *Verba fingi vetat.* Neque idem sentiebat Cicero qui contra: « Fa- « bricemur, si opus erit, verba ne « hic sibi... hoc licere soli putet. » Quæstt. Acadd. Lucull., §. 17. Ed.

9. *Dicit Cicero.* Partitt., cap. 5,

tiva[1], id est, *quæ significata sunt*[2] *primo sensu*; alia *reperta*, quæ ex his facta sunt, ut jam[3] nobis ponere alia, quam quæ[4] illi rudes homines primique fecerunt, fas non sit; at *derivare, flectere, conjungere*, quod natis postea concessum est, quando desiit licere? Et, si quid 37
periculosius[5] finxisse videbimur, quibusdam remediis præmuniendum est, *Ut ita dicam; Si licet dicere; Quodam modo; Permittite mihi sic uti:* quod idem[6] etiam in iis, quæ licentius translata[7] erunt, proderit, quæ non tuto dici possunt[8]; in quo non falli judicium nostrum, sollicitudine ipsa manifestum erit: qua de re græcum

primo sensu significantur (sic enim intellectum existimo a Fabio, sive de suo addidit *primo*, sive apud ipsum Ciceronem legit, ut esset pronomen pertinens ad *sensum*, non adverbium ad *significata*, qualis est Gesneri interpretatio) ea, quæ accipiunt illud nomen, quod primus quo percipiuntur sensus suadet. « Quæ indicata et suppedi- « tata sunt per sensum sc. rerum, « de quibus proprie dicuntur, facta « ex sensu. » Ernestus ad loc. Cic.

1. *Alia, ut dicit Cicero, nativa.* Turic. Flor., *alii audicit Cicerona n.* (*na* quidem a Flor. abest); a sec. manu pro *audicit* iidem *avidi*. Obr., *a. judicio Ciceronis n.* Male.

2. *Significata sunt... facta sunt: ut jam.* Turic. Flor. Guelf. Camp. omittunt *sunt.... facta*, cum Goth. Alm. Voss. 2. Nostra inserit primus Jens.; unde, velim discere, nam *primo* non est apud Ciceronem. — Eadem nostri omittunt. Ed.

3. *Ut jam.* Hæc duo junctim esse pro *quamvis* erudite observat post alios Burmannus. Vide Drakenb. ad Liv. XXXVIII, 46, 3.

4. *Alia, quam quæ.* Turic. Guelf. Camp., *aliqua quod*, cum Goth. Voss. 2 (Alm. *aliq̃ quam quæ*. Vide §§. 28, 41). Mox Jens., *aliqua quæ* (et sic Flor. qui a pr. manu *aliqua quam*) cum edd. ante Gryph. nisi quod quædam *aliquam*. — Nostri omittunt *quam*, et pro *quæ* habent *quod*. Ed.

5. *Periculosius.* Vide VIII, 2, 20.

6. *Quod idem.* Turic. Camp., *quidem.* Guelf., *quidam.* Goth. (tac. Gesn.) *quædam*, cum Voss. 2.

7. *Licentius translata.* Ablegant ad Ciceronem de Oratore, III, 41. Longin. lib. XXXII, 3; ibique Tollium, p. 173.

8. *Quæ non... possunt.* Turicens. Flor. Guelf., *q. n. t. d. potest.* Fateor hanc appendiculam valde mihi sordere. Quapropter adjuvante isto *potest* et ex *quæ non* effecto *quoniam* sic jungam sequenti sententiæ, quæ et ipsa seorsim posita displicet: *quoniam tuto dici potest, in quo... manifestum erit.* Etiam modo pro *proderit*, Guelf. Camp., *proderunt*, cum Goth. prava pluralis continuatione.

illud[1] elegantissimum est, quo[2] præcipitur[3], προεπιπλήσσειν[4] τῇ ὑπερβολῇ. *Translata* probari, nisi in contextu
38 sermonis, non possunt: itaque de singulis verbis satis dictum, quæ, ut alio loco[5] ostendi, per se nullam virtutem habent; sed ne inornata sunt[6] quidem, nisi quum sunt infra rei, de qua loquendum est, dignitatem, excepto, si obscena nudis nominibus enuncien-
39 tur. Quod viderint, qui non putant esse vitanda, quia nec sit[7] vox ulla natura turpis, et, si qua est rei defor-

1. *Græcum illud;* sic (modo recte inspexerim) Ambr. 1. *G. erit*, Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Reliqui *g. erit illud.*

2. *Elegantissimum est, quo;* sic Turic. (a pr. manu) Ambr. 1. *Eleg. esse q.*, Flor. Reliqui omittunt *est.*

3. *Præcipitur*, προεπιπλήσσειν; sic Turic. (a pr. manu) Florent. cum Gothan. Bip. Reliqui inserunt *ita*, quædam *illa*. A sec. Turic. manu π græci verbi mutatur in illud ipsum *ita*.

4. Προεπιπλήσσειν. Vide Aristot. Rhet. III, 7, 9; quem locum ita legendum censeo: Ἄλλος δ' ἐπὶ πάσῃ ὑπερβολῇ τὸ θρυλλούμενον (hoc apparet quare *græcum* modo appellarit Noster, nullo subjecto auctore) δεῖν αὐτὸν αὑτῷ προεπιπλήττειν (apud Buhlium ipsum adhuc vitiose legitur προεπιπλ.). Præpositionem recte in Quint. tuentur vetustissimi quique MSS. quorum Florentinus satis emendate profert græca hæc. Illud magis anceps, an debuerit σσ scribi pro ττ. Vid. Vaterus V. C. ad loc. Arist. p. 156. — Id est, præmunire hyperbolen, eique veniam deprecari, velut præveniendo castigationem et reprehensionem. Roll.

5. *Loco.* Turicens. (a pr. manu). Flor. omittit cum Alm. — *Alio loco*, I, 5, 3.

6. *Inornata sunt.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelferb. Camp. inserunt *quæ*, cum Goth. Voss. 2, et editt. ante Ald. Abesse a quibusdam exemplaribus testatur Regius. Turic. Flor. Guelf. Camp. etiam *inordinata*, cum Alm. — *Sed ne inornata.* Ut virtutem singulis verbis non concesserat, ita vicissim deforme quidquam iis inesse negat, ut *ne... quidem* valeat *etiam*, nihil amplius. Vitiositatis enim significatus est *inornato*. Vide §§. 15, 58.

7. *Quia nec sit... et perveniat.* Est hæc ratio stoicorum aliorumque philosophorum, quibus omnino iniquiorem cognovimus Nostrum, sive eos insectando demeretur Domitianum suum (vide I, Procem. 15.) sive, id quod magis consentaneum, indignatur græculorum sui temporis impudentem et stultam loquentiam. Inde est etiam quod mox *romanum* appellat *pudorem*, seque *talibus* (hominibus, masculinum enim accipiendum) *respondisse*, id est, in ordinem eos redegisse, testatur. *Nec* autem atque *et* se invicem respiciunt. Decretum illud *vox nulla turpis natura*, est Brysonis

mitas, alia quoque appellatione quacunque ad intellectum eumdem nihilominus perveniat: ego romani pudoris [1] more contentus, ut jam respondi talibus, verecundiam silentio vindicabo. Jam hinc igitur ad ratio- 40
nem sermonis conjuncti [2] transeamus: cujus ornatus in hæc duo prima [3] dividitur, quam concipiamus elocutionem, quo modo efferamus: nam primum est, ut liqueat [4], augere quid velimus, an minuere; concitate dicere, an moderate; læte, an severe; abundanter, an presse; aspere, an leniter; magnifice, an subtiliter; graviter, an urbane. Tum, quo translationis genere, 41
quibus figuris, qualibus sententiis, quomodo, qua postremo collocatione id, quod intendimus, efficere possimus [5]. Cæterum dicturus, quibus ornetur oratio, prius

apud Aristot. Rhet. III, 2, 13. *Perveniatur* ut legamus non est necesse. Intelligitur bene *vox* ipsa. — Litem linguæ latinæ intendit gravissimam *Boileau, Art poét. ch. II, v.* 178, ubi: « *Le latin dans les mots brave* « *l'honnêteté.* » Romæ tamen, obscenis verbis offendebantur viri castitatis ac pudoris amantes, ut patet ex hoc Quintil. loco sexcentisque aliis locis. Vide quoque Cicer. de Officiis lib. I, cap. 35, ubi: « Nec « vero audiendi sunt cynici, aut si « qui fuerunt stoici pæne cyniči « qui reprehendunt, etc... Nos au- « tem naturam sequamur, et ab om- « ni, quod abhorret ab oculorum « auriumque approbatione, fugia- « mus. » Item *Voltaire, lettre sur la comédie anglaise*: « *Bayle prétend* « *que les expressions sont indifférentes; en quoi, lui, les cyniques* « *et les stoïciens semblent se tromper;* « *car chaque chose a des noms différents qui la peignent sous divers* « *aspects, et qui donnent d'elle des* « *idées fort différentes... Si les Ro-* « *mains permettoient des expressions* « *grossières dans des satires qui n'é-* « *toient lues que de peu de personnes,* « *ils ne souffroient pas des mots dés-* « *honnêtes sur le théâtre.* » Ed.

1. *Romani pudoris.* « *Romanum* « pudorem » bene illustrat Petrus Paullus Justus in Specimine Observv. Criticarum (Viennæ 1765, 4) p. 63, initio carminum Priapeorum, ubi est *latium supercilium*, quod ponere jubetur lecturus illos lusus.

2. *Rationem sermonis conjuncti;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. (tac. Gesn.). *C. ad r. s.*, Jens. cum edd. ante Bad. Reliqui *c. s. r.*

3. *In hæc duo prima.* Recte Capperonnerius confert §. 61, « *primi* « sunt gradus. »

4. *Liqueat.* Turic. Flor. Guelferb. Camp., *liceat*, cum Goth. Vide lib. V, cap. 10, §. 14.

5. *Possimus.* Turic., *possunt;* a

ea, quæ sunt huic contraria laudi, attingam; nam *prima*
42 *virtus est, vitio carere*[1]. Igitur ante omnia ne speremus ornatam orationem fore, quæ probabilis non erit: *probabile* autem Cicero id genus dicit[2], quod non plus minusve est, quam decet[3]; non, quia comi expolirique non debeat (nam et hæc ornatus pars est); sed, quia vi-
43 tium est ubique[4], quod nimium est. Itaque vult[5] esse *auctoritatem in verbis*[6], *sententias vel graves, vel aptas opinionibus hominum ac moribus*: his enim salvis licet assumere ea, quibus illustrem fieri orationem putat, *delecta*[7], *translata*, *superlata*[8], *ad nomen adjuncta*, *duplicia*[9], *et idem significantia*[10], *ab ipsa actione*[11] *atque ab*

sec. manu *possint*, et sic Guelferb. Camp. Flor. (a pr. manu) *possit*, quod ex Alm. affertur (vide 36, 81).

1. *Prima virtus... carere.* Fortasse adumbravit Horatianum versum Epist. I, 1, 41.

2. *Cicero... dicit* Partitt. c. 6.

3. *Non... decet.* Turic., *n. minus est dicunt;* a sec. manu *n. p. m. v. e. q. dicit*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Vall. et edd. ante Bad. Flor., *non minus est dicturus*; a sec. manu *non plus minusve quam dicitur.* Reposuit nostrum Regius. Ald., *dicet* per sphalma, suspicor. — *Dicit;* sic Vall. lib. RR. 7, 8, 9, 10, 12, 13. *Decet;* sic Andr. Jens. ab emend. Ed.

4. *Ubique.* Convenientius videtur *utique*, quamquam Almelov. citat Senecam de Tranq. vitæ c. 9, « vitiosum est *ubique* quod nimium « est. » Sed ibi luxus librorum coemendorum opponitur alteri supellectilis pretiosæ. Vide III, 8, 6.

5. *Vult.* Turic. Flor., *vobis.* Ille a sec. manu *in vobis.* Guelf. Camp., *in nobis*, cum edd. ante Ald. Sed Badius pr. *vult* reposito, tamen retinet *in nobis*, male. — Eadem nostri. Ed.

6. *Auctoritatem in verbis;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Basil. Reliqui inserunt *et pondus* ex Cicerone.

7. *Delecta.* Turic. Flor., *delectat*, cum Goth. Voss. 2. Reliqui ante Gesn., *delectant;* verissima ab ipso emendatio ex Cicerone reposita. — *Delectant;* sic R. 10, Camp. Andr. Jenson. Ald. *Delectat;* sic Vall. lib. RR. 7, 8, 9, 12. Ed.

8. *Superlata.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *suprælata*, cum Gothan. et edd. ante Gryph.

9. *Duplicia.* Gryph. et posteriores ante Obr., *duplicata.* — Omnes nostri *duplicia.* Ed.

10. *Duplicia, et id. significantia.* Displicet hoc uno loco posita copula *et*, quæ apud ipsum quidem Ciceronem singulis vocabulis inseritur. An hoc corruptum ex Ciceroniano *duplicata?* nam sic apud ipsum pro *duplicia.*

11. *Ab ipsa actione.* Hæc omittunt

imitatione rerum non abhorrentia. Sed, quoniam vitia 44
prius demonstrare[1] aggressi sumus, vel hoc vitium sit, quod κακέμφατον[2] vocatur[3]: *sive* mala consuetudine in obscenum intellectum sermo detortus est, ut *ductare exercitus*, et *patrare bellum*, apud Sallustium[4] dicta sancte et antique, ridentibus[5], si diis placet; quam culpam non scribentium quidem judico, sed legentium: tamen vitanda[6], quatenus verba honesta moribus per- 45
didimus, et vincentibus[7] etiam vitiis cedendum est: *sive* junctura deformiter sonat, ut, si *cum hominibus notis*[8] *loqui* nos dicimus, nisi hoc ipsum *hominibus* me-

Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Voss. 2, et edd. ante Gryph. *Ab* ante *imit.* omittunt Turic. Flor. (hic *imitationem*) Guelf. Alm. — Omittunt etiam omnes nostri. R. 10 pro *ab imit.* dat *mutationem.* Ed.

1. *Demonstrare... κακέμφατον.* Hæc absunt a Turic. Guelf. Camp. ut et Alm. In Flor. item desiderantur, sed in margine sunt ascripta manu recentiore. Si quid vidi, in Ambr. 1 hæc ipsa leguntur.

2. Κακέμφατον. Hæc scriptura ex vetustissimorum per totum Quint. hisce: *cacenfaton*, *cacenphaton*, *cacephaton*, κακίφατον recte eruitur, quare eam præferendam duxi alteri κακόφατον, quod nusquam apparet in MSS. Primam illam rationem duplicem latt. litt. (etsi nec semper) habent Turic. Flor. Ambr. 1. Est ubi κακόν τι ἐμφαίνεται. — Κακόφατον reperimus apud Reg. 13, Jenson. Hanc lectionem admittere non dubitamus, quum illud κακίμφατον non nisi contorto et minime probabili etymo explicet Spald. Ed.

3. *Vocatur.* Turic. Guelf., *vocantur.* Camp., *notantur.*

4. *Apud Sallustium.* Catil. 13; Jugurth. 17, 34, 66. (Telleri.) De horum verborum significatu exponere non attinet, quum ea causa jam pridem acta sit et in lexica relata.

5. *Ridentibus, si;* sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Alm. et edd. ante Ald. qui, præeunte Regio, *ridentur a nobis, si,* obtemperantibus reliquis. — R. 12, *ridetur, si.* Ed. — *Ut... ridentibus.* Structuram sic expedio: *in obscenum intellectum sermo detortus est velut iis qui rident* (*si diis placet,* nam indignatur Sallustium ab istis homuncionibus rideri) *locutiones ab ipso sancte et antique usurpatas.*

6. *Vitanda.* Hæc quum sit constans librorum omnium scriptura, nec a quoquam sollicitata, sensum turbat tamen; neque enim, in quo acquievisse videntur lectores, licet participium referre ad exempla illa *ductandi, patrandi* (neutro genere, numero plurali). Nisi velis subaudire *est* referens ad *culpam* (quod durum sane), reponemus *vitandam.* Mox pro *etiam vitiis* malim *jam v.*

7. *Vincentibus;* sic Turic. Flor. cum Alm. Reliqui *evincentibus.*

8. *Notis... hominibus.* Omittunt

dium sit, in præfanda[1] videmur incidere; quia ultima prioris syllabæ littera[2], quæ exprimi, nisi labris coeuntibus, non potest, aut intersistere nos indecentissime cogit, aut continuata[3] cum insequente, in[4] naturam ejus cor-
46 rumpitur. Aliæ[5] conjunctiones[6] aliquid simile faciunt, quas persequi longum est, in eo vitio, quod vitandum dicimus[7], commorantes; sed *divisio* quoque[8] affert eam-

hæc Turic. Guelf. Sola *nisi hoc*, Camp. cum Goth. Voss. 2. — *Cum hominibus notis.* Hoc quid sit etiam Cicero aperit in Oratore c. 45. Vide Nostr. IX, 4, 33.

1. *Præfanda*; sic et Turicens. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voss. Obr. Gesn. Bip. Reliqui *præfata*, quod non debebat tueri Burmannus, nec accipere pro *ante dictis*.— Omnes nostri *in præfanda*. Ed. — *In præfanda*. « Quibus *honor præ-* « *fandus* sit, ut Plin. H. N. lib. VII, « 51; V, 52; inter *signa letalia* re- « fertur *præfandi humoris e corpore* « *effluvium*. » Gesnerus.

2. *Prioris syllabæ littera*. Turic. Guelf. Camp. Goth. (tac. Gesn.) *p. syllabæ litteræ*, cum Voss. 2. *P. ultimæ syllabæ litteræque e. n. l. coentibus* (a sec. manu *coeuntibus*) Flor. — *Ultima prioris ultimæ syllabæ littera*; sic R. 12, Andr.; item R. 10, nisi quod pro *ultima* habet *ultimæ*; item quoque Vall. lib. RR. 7, 8, 9, nisi quod pro *littera* habent *litteræ*. Vall. lib. a sec. man. valde antiqua dat *ultima prioris est prima sequentis syllabæ litteræ*. En.

3. *Cogit, aut continuata*. Turic. Flor., *ut non cogita*; ille a sec. manu *ut non cogitata*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Almel. Mox Jens., *cogit aut non cogitata*, cum edd. ante Ald. qui Regianam emendationem dedit. — *Continuata... corrumpitur*. Hoc est oratione nitorem dare vilibus et minutis. Simile quid I, 7, 11.

4. *Naturam*. Turic. Flor. Guelf. Camp., *natura*, cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Bad.

5. *Aliæ*. Turic. Guelf. Camp., *aliquæ*, cum Gothan. Voss. 2, Bodl. Andr. *Aliæque*, Flor. Jenson. cum edd. ante Stoer. Malim *aliæ quoque*, si, quod unum facere Gothanum video, mox post *divisio* abjiciatur *quoque*.

6. *Conjunctiones*. Cave hic grammaticum accipias vocabulum; sunt rationes conjungendi verba. Ejus generis autem velut Dorica castra, de quibus vide Servium ad Georg. II, 13; Æneid. II, 27.

7. *Dicimus*. Turic. Flor. Guelf. Camp., *scimus*, cum Goth. Voss. 2.

8. *Divisio quoque*. In hoc ipso vocabulo an ejusmodi quid designare voluerit Noster, merito quæritur; quoniam *visio* sane est verbum turpiculum, et Cicero ad Pætum Famil. IX, 22; hæc habet: « Quid « enim? non honestum verbum est « *divisio*? At inest obscenum, cui « respondet *intercapedo*. » Voluisse igitur hoc Quintilianum censeo cum Gesnero contra Christium in Noctibus Acadd. p. 112, seqq. Sed quamvis latenter extulit, quod non nisi

dem injuriam pudori, ut, si *intercapedinis* nominativo casu quis utatur. Nec scripto modo id accidit, sed etiam 47
sensu plerique obscene intelligere, nisi caveris, cupiunt, (ut apud Ovidium [1], *Quæque latent meliora putat* [2];) et ex [3] verbis, quæ longissime ab obscenitate absunt, occasionem turpitudinis rapere: siquidem Celsus κακέμφατον apud Virgilium [4] putat,

Incipiunt agitata tumescere,

gnaris jam antea patere cupiebat.

1. *Ut apud Ovidium... putat.* Metamorph. I, 502. Est tamen ibi « *Si qua* latent. » Qui hoc Ovidianum exempli causa positum existiment, sicuti mox Virgilianum, longe profecto aberrent (quorum est Gedoynus, nec dubito quin omnes ita ceperint); neque enim quidquam occultæ obscenitatis inest: sed comparat Fabius lectores, qui reconditam aliquam in sanctissimis nequitiam deprehendere ament, ei, qui apud Ovidium meliora putet, quæ lateant. Hoc etsi non sit sine acumine, tamen magis conveniat, si supervacua aliqua et prava notetur diligentia, nonnisi in abstrusis et a communi intelligentia remotis acquiescens. Jam vero corrumpi hoc interjecto structuram nostram nemo neget, quum alioqui facillime decurrat: « intelligere... cupiunt... « et... rapere. » Accedit quod fœda inest iteratio in hisce « apud Ovi- « dium... putat... apud Virgilium « putat. » Novi equidem scriptorem meum repetendis iisdem vocabulis nimium sibi indulgentem (vide lib. I, cap. 8, §. 13; lib. V, cap. 13, §. 38; sed vide et mox §. 51); sed hæc quidem infra ipsum est socordia. Caret insuper elegantia, quod versus ex poetis petiti tantulo intervallo continuantur, nequaquam pertinentes illi ad unius præcepti exemplum. Denique si id quod posui, dicturus erat, scripsisset tale quid fere: « ut *ille* apud Ov. » sive « similes *illi* qui apud Ov. » Quæ quum ita sint, glossam judico hæc quæ uncis inclusi, non quidem criticis (quos nullos usquam posui), sed interim rhetoricis, ut ruenti structuræ aliquatenus subvenirem. Huic autem satis scite pepercit interpres Gedoynus, omittens Ovidiana juxta et Virgiliana, et in notas conjiciens, sed priorum ne vestigium quidem ullum relinquens. Qui allevit ista, intempestive eruditus, visus est sibi profecto exemplum afferre rei ipsius, in qua docenda versatur Fabius.

2. *Putat.* Turic., *putant.* Jenson. (tac. Gesn.) *puta*, cum edd. ante Ald. Regius corrigi volebat *puto*.

3. *Et ex;* sic Ambr. 1, et sec. quoque Flor. manus. Reliqui mei (de Gothan. Jens. tac. Gesn.) ante Bad. omittunt copulam. Mox omnes e Regii conjectura *ac ex*. Vide V. 2, 3; sic et §. 74. *Ac* pro *atque* Goth. deterior codex (tac. Gesn.).

4. *Apud Virgilium.* Georgic. lib. I, vers. 357.

48 quod si recipias, nihil loqui tutum est. Deformitati proximum est *humilitatis vitium*, ταπείνωσιν vocant, qua rei magnitudo vel dignitas minuitur, ut, *Saxea*[1] *est verruca in summo montis vertice:* cui natura[2] contrarium, sed errore par est, parvis dare excedentia modum nomina, nisi quum ex industria risus[3] inde captatur: itaque nec parricidam, *nequam* dixeris hominem; nec deditum forte meretrici, *nefarium:* quod alterum parum, alte-
49 rum nimium est. Proinde[4] quædam *hebes*[5], *sordida*, *jejuna*, *tristis*, *ingrata*, *vilis* oratio est: quæ vitia facillime fiunt manifesta contrariis virtutibus; nam primum *acuto*, secundum *nitido*, tertium *copioso*, deinceps *hi-*
50 *lari*, *jucundo*, *accurato* diversum est. Vitanda[6] et μείωσις, quum sermoni deest[7] aliquid, quo minus plenus sit:

1. *Saxea.* Turic. Flor. Guelferb. Camp., *ex ea*, cum edd. ante Ald. *Ea*, Goth. cum Voss. 2. Sed Flor. a sec. manu *exeat.* Reposuit nostrum e conjectura, ut videtur, Aldus, sed verissima, quam non debebant sollicitare Burmann. et Gesn. Vide VIII, 6, 14.—*Saxea... vertice.* Vide Gell. III, 7. Ex originibus Catonis « ad *verrucam* illam (sic enim M. Ca- « to locum editum asperumque ap- « pellat) ire jubeas. » et mox « sed « ubi apparuit ad eamdem *verrucam* « occupandam item intendere. » Utrum hæc ipsa Fabio notata posuerit ibi Cato, an aliquis recentiorum, Catoniana verba furatus, non liquet. Mihi posterior ratio verisimilior. Vossium (Orat. IV, 6, 9, p. 103) hæc defendentem nollem a Burmanno, etiam minus a Gesnero, probatum.

2. *Natura.* Goth. (tac. Gesn.) *non*, cum Voss. 2, Vall. Correxit Regius, sed ex libris, ut apparet.

3. *Ex industria risus.* Velut apud Virgilium in apibus Georg. lib. IV.

4. *Proinde.* Malim *perinde.* Vide V, 13, 21.

5. *Hebes.* Turicens. Flor., *habet*, cum Jenson. et posterioribus ante Ald.; sed hæc pro *quædam* etiam *quæ hæc.* Guelf. Camp. omittunt cum Goth. Voss. 2, Vall. et editt. ante Bad. qui e conjectura nostrum. — Nostri omittunt *hebes.* Ed.

6. *Vitanda.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *vitari*, cum Goth. *Vitatum*, Jens. cum edd. ante Rusc. quæ *vitatur*, jubente Regio. Nostrum in Ald. primo. Non credo vere correctum. Quamquam non placet *vitarim.* Græcum in Goth. (tac. Gesn.) Camp. Voss. 2, expresse *μείωσιν* per accusativum. In cæteris aut lacuna aut obscurior scriptura.

7. *Sermoni deest.* Turic. Flor. (a pr. manu) Guelferb., *s. de.* Camp. transponendo *sermoni aliquid deest.* Goth. (tacente Gesnero) nos-

quamquam id obscuræ potius, quam inornatæ orationis vitium est; sed hoc quoque quum a prudentibus[1] fit, schema dici solet, sicut ταυτολογία, id est, ejusdem verbi aut sermonis iteratio. Hæc enim, quamquam non ma- 51
gnopere summis auctoribus vitata[2], interim vitium videri potest: in quod sæpe incidit etiam Cicero[3], securus tam parvæ observationis; sicut hoc loco, *Non solum igitur illud judicium judicii simile, Judices, non fuit.* Interim mutato nomine[4] ἐπαναλῆψις dicitur, atque est et ipsum[5] inter schemata; quorum exempla illo loco[6] reddam, quo virtutes erunt. Pejor hac ὁμοιολογία[7] est, quæ nulla va- 52
rietatis gratia levat tædium, atque est tota coloris[8] unius, qua[9] maxime deprehenditur carens[10] arte oratoria; ea-

trum. Reliqui inserunt *quidem.* — *Aliquid, quo.* Turicens., *a. quod;* a sec. manu *aliquo quod,* et sic Guelf. cum Voss. 2, non Goth. *Alio quod quam,* Flor.; a sec. manu *aliquid quo quid.* Etiam Gesn., *quod* pro *quo* per sphalma profecto. — *Quod;* sic Vall. lib. RR. 7, 8, 9, 10, 12. Ed.

1. *Prudentibus.* Id est, *scientibus.* Vide lib. I, cap. 5, §. 53. In ταυτολογία vide Ruhnk. editionem Rutilii Lupi, p. 180; item Quintilianum, lib. IV, cap. 2, §. 43.

2. *Vitata.* Goth., *vitanda,* cum Voss. 2. Sed Vall. nobiscum. Flor. (a pr. manu) Jens. (tac. Gesn.) *usitata,* cum edd. ante Ald. Reposuit Regius.—*Vitata;* sic plerique nostri. R. 7, *usitata.* R. 9, *vitanda.* R. 13, *vitetur.* Ed.

3. *Cicero.* Pro Cluentio c. 35. Etiam hic apparet supina illa veterum in citando negligentia. *Solum* non est apud Ciceronem, sed illius loco *fuit,* et interstinguendo facile tollitur tautologia, sicut Grævius incidit post *judicium.*

4. *Mutato nomine.* Turic. Flor., *mutatio nomine;* a sec. manu uterque *mutatio nominis,* et sic Guelf. Camp. cum Goth. Colbert. — Sic quoque omnes nostri, nisi quod R. 7, Jens. Ald., *mutato nomine.* Ed.

5. *Est et ipsum.* Importuna hic corrigenda libido in Francio, qui pro *et* volebat *id.* Etiam ἐπαναλῆψις tuetur locum suum inter schemata. Hoc *etiam* latine inprimis redditur per *et ipsum.* Vide Ruhnk. ed. Rutil. Lupi p. 39, 174, 218.

6. *Illo loco.* Lib. IX, c. 2.

7. *Ὁμοιολογία.* Turicens. Guelf., *omo earia.*

8. *Coloris.* Turic. Flor., *doris;* a sec. manu uterque *dotis,* et sic Guelf. Camp. cum Goth. Bodl. Voss. 2, Andr.—Omnes nostri *dotis.* Ed.

9. *Qua;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Obr. *Quam,* Flor. Reliqui *quæ.*

10. *Car.* I. e., is qui dicit hoc maxime vitio deprehenditur imperitus.

que[1] et sententiis[2], et figuris[3], et[4] compositione[5] longa, non animis solum, sed etiam auribus est ingratissima.
53 Vitanda μακρολογία, id est, longior, quam oportet[6], sermo, ut apud Livium[7], *Legati, non impetrata pace, retro domum, unde venerant, abierunt;* sed huic vicina periphrasis virtus habetur. Est et πλεονασμὸς vitium, quum supervacuis verbis oratio oneratur[8], *Ego oculis*[9] *meis*
54 *vidi*[10]: sat[11] est enim, *vidi*. Emendavit hoc etiam[12] ur-

1. *Oratoria; eaque.* Turic. Flor., *oratorie atque;* a sec. manu uterque *oratoria atque*, et sic Guelf. *Oratoria æque*, Camp. cum Goth. Voss. 2.

2. *Et sententiis.* Turic. Flor., *et ut s.;* a sec. manu *ut et s.*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Reliqui *et in sent.* Nostrum e conjectura.

3. *Et figuris.* Turic. Flor. Guelf. inserunt *in.*

4. *Et compositione.* Turic., *in pòsitione.* Flor. (a pr. manu *et in positione*) Jens., *impositione*, cum edd. posterioribus ante Aldum, quo acc. Bad. pr. Vide X, 1, 18; *compositione... longior. — Compositio longa* hic accipitur de longioribus periodis. Ed.

5. *Longa.* Turicens. Flor. (a sec. manu uterque) *longe*, cum Voss. 2 (mirum consortium). Tum junxeris superlativo *ingratissima.* Nove sane dicitur *longa* pro *tarda* vel *tædii plena.*

6. *Oportet;* sic Turicens. Flor. Guelferb. Ambr. 1, Camp. Reliqui *oporteat.*

7. *Ut apud Livium.* Esse in VIII Liviano indicaverat Philander Castilioneus, cæteri post eum quærere insuper habuerunt. In illo quidem non est, nec percensitis apud Livium legationibus ad indicem Drakenborchianum reperi; neque inter fragmenta Liviana retulit Drakenborchus, neque observationis Quintilianeæ mentionem fecit in multis quibus rhetorem nostrum tractat notis. Si sedulo quærentem fefellit, ignorantiæ socios habeo plurimos. Deduxit tamen Forcellinus voce *retro* ad locos geminos Liv. XXIV, 20. « Marcellus *retro unde venerat*, « Nolam *redit.* » ib. c. 40. « Is... « navibus... Oricum *retro unde ve-* « *nerat... remissis.* » Add. XXXVIII, c. 16.

8. *Oratio oneratur;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Reliqui *oneratur orat.*

9. *Oculis meis;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Reliqui *m. o.*

10. *Ego oculis meis vidi.* De hujusmodi pleonasmo Burmannus ablegat ad Drakenborchum in Sil. Ital. XVI, 645; qui ipse ad Nostrum IX, 3, 46.

11. *Sat;* sic Turicens. Guelferb. Camp. Reliqui *satis.* Flor. omittit mox *est.*

12. *Etiam urbane;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Alm. et edd. ante Gryph. quo accedit Obrechtus. Reliqui *non inurbane.* — Nostri omnes *etiam urbane*, exc. R. 13, qui *quod urbuna.* Ed.

bane in Hirtio[1] Cicero[2], qui, quum in[3] Pansam[4] declamans, *filium a matre*[5] *decem mensibus in utero latum esse*[6] dixisset, *Quid? aliæ*, inquit, *in penula*[7] *solent ferre?* nonnunquam tamen illud genus, cujus exemplum priore loco posui, affirmationis gratia adhibetur[8],

.....Vocemque[9] his auribus hausi[10].

1. *Hirtio.* Turicens. Flor. (a sec. manu uterque) Guelf. Camp., *Hirtii*, cum Goth. Voss. 2, Colbert. *Hirtium*, Jens. et edd. ante Gryph. — *In Hirtio.* « Qui cum Dolabella « aliisque declamaret apud Cicero- « nem. Vide famil. lib. IX, 18. » Gesnerus.

2. *Cicero.* Cic. jam senex plerosque ex nobilibus Romanis rhetoricam docebat; itaque discipulos habuit *Hirtium* et *Pansam*, quos jam ætate grandiores solebat appellare *grandes pretextatos.* Turn.

3. *Qui, quum in.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *causa* (sed hic antevertit voci *Cic.* et subjicit *quum*) cum Goth. Alm. *Quum*, Jens. et edd. ante Ald. — *Qui.* Videlicet *Hirtius;* nam τὸ *qui* ad Cic. referri non potest: itaque pronomen relativum non semper ad antecedens refertur. Capper.

4. *Pansam.* Turic. Flor., *pascium*, cum Alm.; sed a sec. manu illorum uterque *passivum*, cum Guelferb. Camp. Goth. Voss. 2, Vall. et edd. ante Ald. qui nostrum, e conjectura profecto, nisi quod *cui* et *Pausam.* — *Passivum;* sic R. 9, Andr. Jens. *Passurum;* sic Vall. lib. RR. 8, 12. *Passienus;* sic Jenson. ab emend. et apud Burm. marg. Basil. *Nam is quum declamans;* sic Vall. lib. a sec. man. valde antiqua. Ed.

5. *A matre.* Turic., *matere;* a sec. manu *matri*, et sic Guelferb. Camp. Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, Obr. *Mater*, Flor. (a pr. manu).

6. *Latum esse.* Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. omittunt cum Voss. 2. Omnem locum longe abesse a sanitate apparet. Invenienda erit causa aliqua, sive controversia, sive suasoria, in quam cadat aliquid simile *pascii* illius, quem declamasse putandus est Hirtius; et tunc fortasse decem menses lucem accipient. *Pansam* nimis leviter nobis obtrusit Aldus; sed nec *Passienum* Regio concedam. Qui *Patiscum* substituat *Pansæ*, non multum juverit locum.

7. *Penula.* Conjecit pro hoc *perula*, ut perhibent, Passeratius (neque enim nomen adscriptum est in Leid.), longe profecto convenientius recepto. Vocem apud Plautum demonstrant Trucul. II, 6, 5; 4. Vide de eadem lexica.

8. *Affirmationis... adhibetur;* sic Cic. pro Milone « nisi oculis vide- « ritis; » sic quoque noster *Molière: le Tartuffe, act. V, sc.* 3, *vers.* 35: « *Je l'ai vu, dis-je, vu, de mes pro-* « *pres yeux vu, Ce qu'on appelle vu.* ».

9. *Vocemque.* Æneid. IV, 359.

10. *Hausi. At vitium.* Tur. Flor., *hausit avitium;* a sec. manu uterque *hausi tale v.*, et sic Guelferb. Camp. cum Goth. Bodl. Voss. 2, Colb. Andr.

55 At vitium erit, quoties otiosum fuerit, et supererit; non, quum adjicietur: est etiam quæ περιεργία vocatur[1], *supervacua*, ut sic dixerim[2], *operositas*, ut a diligenti *curiosus*, et a religione[3] *superstitio* distat: atque, ut semel finiam, vel verbum[4] omne, quod neque intellectum
56 adjuvat, neque ornatum, *vitiosum* dici potest. Κακόζηλον, id est, *mala affectatio*, per omne dicendi genus peccat: nam et *tumida*, et *exilia*, et *prædulcia*, et *abundantia*, et *arcessita*, et *exsultantia*[5], sub idem nomen cadunt: denique κακόζηλον vocatur, quidquid est[6] ultra virtutem, quoties ingenium judicio caret, et specie boni fallitur:
57 omnium in eloquentia vitiorum pessimum: nam cætera parum vitantur[7], hoc petitur: est autem totum in elocutione: nam *rerum vitia*[8] sunt, *stultum*, *commune*, *contrarium*, *supervacuum*: *corrupta oratio* in verbis maxime *impropriis*, *redundantibus*, [9]*comprehensione obscura*, *compositione fracta*, *vocum similium*, aut *am-*
58 *biguarum puerili captatione* consistit. Est autem omne

1. *Vocatur, supervacua.* Turic. Flor. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Camp. inserunt *cum*, cum Voss. 2, et edd. ante Gryph. Proscripsit jam Regius. Succurrit Bad. subjungendo *fit*, Tarv. scribens *supervacuat.* Natum suspicor ex antecedentis ultimis.

2. *Sic dixerim.* Turic., *sic dixerit;* a sec. manu *si qui dixerit.* Guelf., *si qui dixerint.* Camp., *si quis dixerit.*

3. *Et a religione.* Turic. Flor. Guelf. omittunt *a* cum Alm.

4. *Vel verbum;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Jens. Voss. 2, et edd. ante Gryph. exc. Bad. Reliqui omittunt *vel.*

5. *Exsultantia.* Ad compositionem spectat. Vide IX, 4, 108.

6. *Quidquid est.* Turic. Guelferb. Camp., *quod quidem*, cum Gothan. Voss. 2.

7. *Parum vitantur;* sic et Turic. Flor. Guelf. Camp. Edd. quidem multi *parum* omittunt, alii succurrunt scribendo *quum vitentur.* — Jens. Locat. τὸ *parum* omittunt. Cæteri omnes habent. Τὸ *parum* tamen redundare videtur. Ed.

8. *Vitia.* Flor. (a pr. manu) omittit; nec male.

9. *Comprehensione.* Turic. Flor. Guelf., *compressione*, cum Bodl. Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Venet. acc. Ald. Obr. *Compræsione*, Camp. Emendasse Valla narratur *comprœhensione.* Vide V, 14, 5. — Eadem nostri. Ed.

κακόζηλον utique falsum[1], etiamsi non omne falsum κακόζηλον· et dicitur[2] aliter, quam se natura habet, et quam oportet, et quam sat est: totidem[3] autem generibus corrumpitur oratio, quot ornatur: sed de hac parte et in alio nobis[4] opere[5] plenius dictum est, et in hoc sæpe tractatur[6], et adhuc spargetur omnibus locis[7]: loquentes enim de ornatu, subinde, quæ sint[8] vitanda, similia virtutibus[9] vitia dicemus. Sunt inornata et hæc: 59
Quod male dispositum est, id ἀνοικονόμητον· *quod male figuratum, id* ἀσχήματον· *quod male collocatum, id* κακοσύνθετον vocant: sed de *dispositione* diximus[10]; de *figuris* et *compositione* dicemus[11]. Κοινισμός[12] quoque appellatur quædam mixta ex varia ratione linguarum oratio, ut, si atticis[13] dorica, ionica, æolica etiam dicta confundas. Cui simile vitium est apud nos, si quis sublimia 60

1. *Utique falsum... plenius dictum est.* Hæc omnia omittuntur a Turic. Guelf. ut et Alm.

2. *Et dicitur;* sic Florent. Camp. cum Goth. Voss. 2. *Etiam d.*, Jens. et edd. ante Ald. qui *etenim d.*, cum Bad. Reliqui *ut quum d.*

3. *Totidem... quot ornatur.* Omnis orationis virtus potest cacozelia corrumpi, quoniam cacozelon est *ultra virtutem.* Vide V, 14, 30. De cacozelo vide Schneider. ad Demetrium p. 165, seqq.

4. *Alio nobis;* sic Florent. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Bad. *A. nostro*, Basil. Reliqui inserunt *a* præpos.

5. *In alio... opere.* Vide lib. VI, Procem. 3.

6. *Tractatur;* sic Turicens. Flor. Ambr. 1, Guelferbytan. Camp. cum Goth. Almel. Voss. 2, et editoribus ante Badium. Reliqui *tractabitur.* — Omnes nostri *tractatur.* Ed.

7. *Adhuc spargetur omnibus locis.* Vide Cic. Verr. IV, 52. *Quæ disperse a me multis locis dicentur.*

8. *Quæ sint;* sic Turic. Florent. Camp. Reliqui *q. sunt.* — Sic quoque omnes nostri, except. R. 10, Andr. qui habent *sint.* Bene. Ed.

9. *Similia virtutibus.* Turicens. Flor. inserunt *aut*, ille a sec. manu *autem*, et sic Guelferb. Camp. cum Voss. 2, Goth.—Omnes nostri *autem* inserunt. Ed.

10. *Diximus.* Lib. VII.

11. *Dicemus.* Lib. IX; I, 2, 3, 4.

12. Κοινισμός. Vall. lib. RR. 9, 12, 13, Ald., σοραισμός. R. 8, ωραισμός. Ed.

13. *Ut, si atticis... æolica.* Turic. Guelf. Camp., *ut atticis dorice* (Turic. *lorice*) *eolica.* Flor., *si atticis dorica* omittit, sed a sec. manu reponit *si.*

humilibus, vetera novis, poetica vulgaribus misceat: id enim tale est monstrum, quale Horatius in prima parte libri de Arte poetica fingit,

> Humano capiti cervicem pictor equinam
> Jungere si velit...

61 et cætera[1] ex diversis naturis subjiciat. *Ornatum*[2] est, quod perspicuo ac probabili plus est: ejus primi sunt gradus in eo, quod velis, exprimendo[3], concipiendoque: tertius, qui hæc nitidiora faciat; quod proprie dixeris *cultum:* itaque ἐνάργειαν, cujus in præceptis[4] narrationis feci mentionem, quia plus est *evidentia*, vel, ut alii dicunt, *repræsentatio*, quam *perspicuitas*, et illud[5] patet,

1. *Cætera.* Turicens., *ete;* a sec. manu *ea esse*, et sic Guelf. Camp. cum Gothan. Voss. 2. Sic et mox §. 63, pro *cætera* Turic. *esset;* a sec. manu *si essent*, et sic. Guelf. Camp. Prior manus erasa in Flor.

2. *Ornatum est.* Oratio potest esse *perspicua*, et *probabilis*, id est, nihil habere *plus minusve quam decet*, ut ex Cicerone paulo ante definitur §. 42, necdum esse ornata. Id quod duabus hisce virtutibus adjicitur, efficit *ornatum.* Roll.

3. *Exprimendo.... tertius, qui.* Turic., *exprimi detertis quod;* a sec. manu *exprimi deterius quod.* Flor. omittit *concipiendoque*, et modo dat *in eo quod velis gradus.* Guelferb. Camp., *exprimi decentius quod*, cum Bodl. Andr. Obr.; item Goth. nisi quod *que*, cum Voss. 2. *Concipiendoque* primus habet Aldus, obtemperantibus reliquis. Vulgata ferri nequit. Obrechti ratio et ipsa salebrosa: *Ejus primi gradus in eo quod velis exprimi decentius, quod hæc nitidiora faciat: quod proprie dixeris cultum.* Mihi magis placeant hæc: *E. p. sunt g. in eo, quod velis, exprimendo disertius, quod h. n. f., q. p. d. c.*, quamquam nec animum explent. *Primi* dicas irrepsisse ex illo *exprimi*, quod ipsum natum erat extruso male *do* sequente *de* an *di.* Tum gradus tres agnoscam hosce, non quidem *primos* sed *solos:* Exprimere disertius (ἐνάργεια), quod hæc diserta nitidiora faciat (nempe, *genus*, hoc enim subaudiam ad neutrum *quod*), quod proprie dixeris cultum: nam melius haud fuerit « *qui* hæc, » ut referatur ad *gradus*, et « *quem* propr. » (ut pr. Flor. manus) ut *cultum* accipias substantivum. — Rollino igitur hic aliquid mendi subesse jure videtur; certe inversus est ordo: prius est enim, inquit, rem concipere animo, quam eam verbis exprimere. Ed.

4. *In præceptis narrationis.* IV, 2, 63. Vide VI, 2, 32.

5. *Illud patet;* sic Turic. Flor. cum Alm.; sed illorum uterque a

hoc[1] se quodammodo ostendit, inter ornamenta ponamus. Magna virtus est, res, de quibus loquimur, clare, 62
atque ut cerni videantur, enunciare: non enim satis efficit, neque, ut debet, plane[2] dominatur oratio, si usque ad aures valet[3], atque ea sibi judex, de quibus cognoscit, narrari credit, non exprimi, et oculis mentis ostendi. Sed, quoniam pluribus modis accipi solet, 63
non equidem in omnes eam[4] particulas secabo[5], quarum[6] ambitiose a quibusdam numerus augetur, sed maxime necessarias attingam: est igitur unum[7] genus, quo tota rerum imago quodammodo verbis depingitur,

Constitit[8] in digitos extemplo arrectus uterque,

et cætera, quæ nobis illam pugilum congredientium faciem[9] ita ostendunt[10], ut non clarior futura fuerit spectantibus. Plurimum in hoc genere, sicut in cæteris, 64
eminet Cicero: an quisquam tam procul a[11] concipiendis

sec. manu inserit *quod*, et sic Guelf. Camp. Unde reliqui *quidem*.

1. *Hoc;* ita Turic. Flor. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Ald. quo acc. Obr. Reliqui *hæc.—Illud... hoc.* Ad nomina quæ præcesserant non respicit, et invertit ordinem pronominum. Vide VI, 1, 9.

2. *Plane;* sic Camp. cum Andr. Obr. Reliqui *plene*.

3. *Valet;* sic Turic. (a pr. manu) Flor. Ambr. 1, cum Alm. Reliqui *volet*. — *Volet;* sic omnes nostri, excep. Vall. lib. R. 12, qui *volat*. Bene, propter τὸ *credit* sequens. Ed.

4. *Eam*. Turic. Flor. Guelferb. Camp., *ea*, cum Voss. 2. Sed Goth., *eas*.

5. *Secabo*. Turic. Flor. Guelferb. Camp., *locabo*, cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. Nostrum reposuit Regius; egregie. Vide lib. V, cap. 10, §. 90.

6. *Quarum*. Turic. Flor. Camp., *quorum*, cum Bodl. Bal. Gothan. Voss. 2, et edd. ante Ald. Referebant igitur ad *ea* neutrum.

7. *Unum genus*. Scilicet perspicuitatis. Ed.

8. *Constitit*. Virg. Æneid. lib. V, vers. 426.

9. *Faciem*. Turic. Camp., *aciem*, cum Alm. Voss. 2, Goth. et edd. ante Gryph. Solus Guelf., *vaciem*. — R. 7, *artem*. Cæteri *aciem*. Ed.

10. *Ostendunt;* sic Jens. Ald. *Ostendant;* sic RR. 7, 10. *Ostendit*, Vall. lib. RR. 8, 9, 12 a sec. manu. *Ostendat*, R. 12, Camp. Andr. Ed.

11. *A concipiendis imaginibus*. « De quibus supra VI, 2, 29 seqq.

imaginibus rerum abest, ut, non quum[1] illa in Verrem legit, *Stetit soleatus prætor populi romani cum pallio purpureo, tunicaque talari*[2], *muliercula nixus, in littore,* non solum ipsum os[3] intueri videatur[4], et habitum, sed quædam etiam ex iis[5], quæ dicta non sunt,
65 sibi ipse adstruat? Ego certe mihi cernere videor et vultum, et oculos, et deformes utriusque blanditias, et eorum, qui aderant, tacitam aversationem[6], ac timi-
66 dam verecundiam. Interim ex pluribus efficitur illa, quam conamur exprimere, facies, ut est apud eumdem (namque ad omnium ornandi virtutum exemplum[7] vel unus[8] sufficit) in descriptione convivii luxuriosi, *Videbar videre*[9] *alios intrantes, alios vero exeun-*

« Locus Ciceronis est in Verr. V, 33. « Repetit XI, 3, 90. » Gesnerus.

1. *Ut, non quum.* Turic. Flor. Guelf., *quum ut non.* Goth. Camp. nobiscum faciunt. Reliqui omittunt *non.*

2. *Talari.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) Guelf. Camp. omittunt cum Almel.

3. *Ipsum os.* Turic., *ipsos,* cum Alm. Jens. (tac. Gesn.) et posterioribus edd. ante Ald. *Ipsius os,* Obr. *Ips...* reliquis rasis Flor. a pr. manu.

4. *Videatur, et habitum;* sic Turic. Flor. (hic a pr. manu) Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 2. Reliqui inserunt *et locum.*

5. *Ex iis.* Hic iterum ordiuntur. Avic. Put. Poul. RR. 3, 5. Ed.

6. *Aversationem.* R. 9, Gothan., *aversionem.* R. 7, *accusationem.* Ed.

7. *exemplum;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. (tacente Gesn.) Voss. 2, et edd. ante Gryph. Reliqui *exempla.*

8. *Unus.* Guelferb. Camp. Goth. (err. Gesn.) *unum,* cum Voss. 2, Andr.

9. *Videbar videre.* Hæc esse ex Galliana Ciceronis discimus Aquila Romano auctore. Intercidit ea oratio, nec nisi paucula fragmenta servata. « Quintil. Gallium » Asconii Pediani sunt verba p. 148. « (Cice- « ro) reum ambitus defendit... Hic « enim quum esset præturæ candi- « datus, quod in ædilitate, quam « ante annum gesserat, bestias non « habuerat, dedit gladiatorium, sub « titulo, patri se id dare. » Ruhnkenius ad locum Aquilæ (in ed. Rutilii Lupi, p. 144) fragmentis adhuc collectis et apud Ernestum positis vol. IV, p. 1053, adjicit verba Eugraphio citata in Terent. Eunuch. II, 2, 4, ingeniose a se correcta: « qui spurce dictum commemora- « rent in libera civitate. » Accusatus est Gallius a M. Calidio, cujus patrem ipse reum egerat, et admistum causæ ambitus crimen venefici in Calidio accusatore tentati.

tes, quosdam ex vino vacillantes, quosdam hesterna ex potatione[1] *oscitantes*[2]*: humus erat immunda, lutulenta vino, coronis languidulis, et spinis cooperta piscium.* Quid plus videret, qui intrasset[3]? Sic urbium[4] captarum crescit miseratio: sine dubio enim, qui dicit *expugnatam* esse civitatem, complectitur omnia, quæcunque talis fortuna recipit; sed in affectus[5] minus penetrat, brevis hic velut nuncius. At, si aperias[6] hæc, quæ verbo uno inclusa erant, apparebunt et fusæ[7] per 67 68

Vide Cic. Brut., c. 80. Hæc convivii luxuriosi descriptio, in quo versatus fuerit Gallius *unguentis oblitus, redimitus coronis* (nam apponuntur hæc quoque apud Aquilam), potest videri parum consentanea defensioni (Cœliana quidem est in accusatione 4, 2 extr. et accusatorie convivium Verrinum notat V, 11), sed suspicor hoc pertinuisse ad diluendum crimen veneni, ut Gallius ostenderetur alienissimus ab insidiis struendis in ea compotatione, ubi sibi ipse non cavisset a temulentia. Vide et XI, 3, 165. Erudite Victorius Varr. LL. 22, 5, illustrat *languidulas coronas* per Plutarchi in Pyrrho στέφανον τῶν ἰώλων, (p. 390. D.) et *lutulentam vino humum* per πηλὸν οἴνου ejusdem περὶ ἀοργησίας (p. 463. A. ubi pro ὅστις legendum ὡς τις.). Burmannus commode addit Dionem Chrysost. de regno p. 77, 24, στεφάνους τινὰς ἐστεφανωμένος ἰώλους. Vide et Burm. Secund. ad Propert. II, 25, 59. De *vacillando* vide Ruhnk. ad Rut. Lup., p. 111; et vide Lyconis descriptionem ebrietatis apud eumdem, p. 100 seqq.; vide et Cic. in Catil. II, 5, 15. Beck.

1. *Hesterna ex potatione*; sic Turic. Flor. Camp. cum Almel. *H. epot.*, Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 1, 2, 3, Vall. *Extrema expositione*, Guelf. Reliqui omittunt *ex*.

2. *Oscitantes: humus;* sic Turic. Flor. Guelferb. Camp. cum Goth. Voss. 1, 2, 3, Almel. et edd. ante Bas. Reliqui inserunt *Versabatur inter hos Gallius unguentis oblitus, redimitus coronis* ex Aquila Romano. — Omnes nostri hæc omittunt. Ed.

3. *Intrasset.* Camp., *interesset,* cum Ald. et aliquot apud Burm. Nec contemnenda scriptura.

4. *Sic urbium... miseratio.* Hoc expressum ex Aristotele Rhet. I, 7, 31, censet Victorius in commentario, p. 136. Est scholion Venetum ad locum Homeri Iliad. XV, 496, quod respicit alterum illum, Aristoteli citatum, Iliad. IX, 592-94: ῥητορικῶς... τὸ ἓν πρᾶγμα τὴν πόρθησιν, εἰς πολλὰ κατεμέρισεν. Vide quæ citat Heynius ad posteriores Iliad. vers.

5. *Affectus.* Turic. Flor. Camp., *affectibus,* cum Alm.

6. *At, si ap.* Rect. Burm. revincit Gesnerus, æstuantem unde hæ amplificat. sint desumptæ. Sunt ipsius Qu., decoræ profecto ejus ingenio.

7. *Et fusæ;* sic soli Avic. Camp. Andr. Cæteri *effusæ*. Ed.

domus[1] ac templa flammæ, et ruentium tectorum fragor, et ex diversis clamoribus[2] unus quidam [3]sonus, aliorum fuga incerta, alii in extremo[4] complexu suorum cohærentes, et infantium feminarumque ploratus, et
69 male in illum usque diem servati fato senes[5]: tum illa profanorum sacrorumque direptio, efferentium prædas repetentiumque discursus, et acti ante[6] suum quisque prædonem catenati, et conata retinere infantem suum mater, et, sicubi majus lucrum est, pugna[7] inter victores: licet enim hæc omnia, ut dixi, complectatur *eversio*,
70 minus est tamen totum dicere, quam omnia. Consequemur autem, ut manifesta sint, si fuerint verisimilia; et licebit etiam falso affingere, quidquid fieri solet: contingit eadem claritas etiam ex accidentibus[8],

.....Mihi frigidus horror[9]
Membra quatit, gelidusque coit formidine sanguis.

et,

...Trepidæ matres pressere ad pectora natos.

71 Atque hujus summæ, judicio quidem meo, virtutis facillima est via: naturam intueamur, hanc sequamur: omnis eloquentia circa opera vitæ est; ad se refert quis-

1. *Domus;* sic Turicens. Reliqui *domos*.

2. *Clamoribus*. Turicens. Flor. Camp., *fragoribus*, cum Alm. Vide VI, procem. 6; nam et hoc intervenit ex prioribus. — R. 12, *clangoribus*. Ed.

3. *Et ex diversis... sonus*. Rectissime suadet Heindorfius expungere *clamoribus*, ut ad *diversis* subaudiatur *sonis*. Vide not. super.

4. *In extremo*. Turicens. Florent. Guelferbytanus omittunt *in*, cum Camp. qui et transponit *alii suorum extremo complexu cohærentes*.

5. *Senes*. Turic. Flor. (hic a pr. manu) *ratus*. Alm., *rat*. Repetitum ex præcedente *ploratus*.

6. *Acti ante*. Turic. Flor. (hic a pr. manu) *actio*, cum Almel. Sed Guelf., *acti* omisso *ante*.

7. *Pugna*. Turic. Flor. Guelferb., *pugnam*.

8. *Accidentibus*. Turicens. (a pr. manu) *accedentibus*. Flor., *accendentibus*.

9. *Mihi frigidus horror*. Æn. III, 29. — alterum VII, 518.

que, quæ audit; et id facillime accipiunt animi, quod agnoscunt. Præclare vero ad inferendam rebus lucem 72
repertæ sunt *similitudines;* quarum aliæ sunt, quæ probationis gratia inter argumenta ponuntur, aliæ ad exprimendam rerum imaginem compositæ, quod est hujus loci proprium :

...Inde lupi[1] ceu raptores atra in nebula.

et,

...Avi similis[2], quæ circum littora, circum
Piscosos scopulos humilis volat æquora juxta.

Quo in genere id est præcipue custodiendum, ne id, 73
quod similitudinis gratia ascivimus, aut obscurum sit, aut ignotum : debet enim, quod illustrandæ alterius rei gratia assumitur, ipsum esse clarius eo, quod illuminat: quare[3] poetis permittamus sane ejusmodi exempla :

Qualis, ubi[4] hibernam Lyciam Xanthique fluenta
Deserit, aut Delon maternam invisit Apollo.

Non idem oratorem decebit[5], ut occultis aperta demon- 74
stret: sed illud quoque, de quo in argumentis[6] diximus, similitudinis genus ornat orationem, facitque[7] eam sublimem, floridam, jucundam, mirabilem : nam, quo quæque longius petita est, hoc plus affert novitatis, atque inexspectata magis est. Illa vulgaria videri possunt, 75
et utilia tantum[8] ad conciliandam fidem : ut *terram*

1. *Inde lupi.* Æn. II, vers. 355.
2. *Avi similis.* Æn. IV, v. 254.
3. *Quare poetis permittamus sane ejusmodi;* sic Turic. Camp. *Quia p. quidem permittimus s. e.*, Florent. *Quare p. quidem p. s. e.*, Guelf. cum Bern. Reliqui *quare sane p. quidem p. hujus.* — Eadem nostri. Ed.
4. *Qualis ubi.* Æn. IV, v. 143.
5. *Oratorem decebit;* sic Turic. Florent. Camp. Reliqui *decebit oratorem.*
6. *In argumentis.* Vide V, 11.
7. *Eam;* sic Turic. (a sec. manu) Camp. Ille a pr. *enim.* Flor., *orationem.* Reliqui omittunt, non quidem male, sed sequor veterem librum.
8. *Tantum;* sic Turic. Florent.

cultu, sic animum disciplinis meliorem uberioremque fieri: et, ut *medici abalienata*[1] *morbis membra præcidant*[2], *ita turpes ac perniciosos, etiamsi nobis sanguine cohæreant, amputandos*: jam sublimius illud pro Archia[3], *Saxa atque solitudines voci respondent, bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur atque consistunt,* et cæ-
76 tera. Quod quidem genus a quibusdam declamatoria maxime licentia corruptum est; nam et falsis utuntur: nec illa iis, quibus tandem[4] similia videri volunt, applicant: quorum utrumque in iis est, quæ me juvene ubique cantari[5] solebant, *Magnorum fluminum navigabiles fontes sunt:* et, *Generosioris arboris statim planta*
77 *cum fructu est.* In omni autem parabole[6] aut præcedit similitudo[7], res sequitur; aut præcedit res, et similitudo sequitur: sed interim libera et separata est; [8]interim,

Guelferb. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Alm. Voss. 2, et editt. ante Gryph. exc. Ald. quo acc. Obr. Reliqui *tamen*.—Maxima pars nostrorum *tantum*. Ed. — *Ad conciliandam fidem*. Avic. Put. Poul. R. 3, *conciliandum*. Ed.

1. *Abalienata*. Appellat Fabius membra *abalienata*, quæ exaruerunt, motum et sensum amiserunt, ac plane emortua sunt. Turn.

2. *Præcidant;* sic Turic. Flor. Reliqui *præcidunt*. — sic plerique nostri. Avic. Put. Poul. R. 3, *præcidant*. Ed.

3. *Pro Archia*. C. 8. Pro *jam sublimius* malim *nam subl.*

4. *Quibus tandem similia*. Turic. (a pr. manu) *quibusdem s.* Guelf. omittit *tandem*, cum Voss. 1, 3. *Quæ dissimilia*, Flor.; a sec. manu *que similia*. An fuit *quibus quidem?* An *q. tamen?*

5. *Cantari*. Gesn., *cantare*, cum Guelf. Camp. Jens. Tarv. Correxit Regius, nec dubito quin addicat Turic. Etiam Gothan. (tac. Gesn.) nostrum a sec. manu. Vall. nostrum — *Cantare;* sic Avic. Put. Poul. RR. 3, 5, 10, Jens. Cæteri *cantari*. Vide VIII, 6, 38. Ed.

6. *Parabole;* sic Turic. Camp. Reliqui *parabola*.

7. *Similitudo, res sequitur;* sic Turic. Florent. (hic a pr. manu) et Jens. (tac. Gesn.) cum posterioribus ante Ald. Reliqui inserunt *et* post *simil*. Arripui quod aliquantum variaret hæc tam rigida et unius coloris, quo nomine commendatur mihi etiam unius Camp. transpositio in fine *et sequitur similitudo*.

8. *Interim, quod*. Turicens. omittit *interim;* a secunda manu ejus loco ponit *et*. Camp., *interim et quod*.

quod longe optimum est, cum re, cujus est imago, connectitur, collatione invicem respondente, quod facit *redditio contraria*, quæ ἀνταπόδοσις dicitur. *Præcedit* si- 78
militudo illa, cujus modo feci mentionem,

...Inde lupi ceu raptores atra in nebula.

Sequitur in primo Georgicon[1], post longam de bellis civilibus atque externis conquestionem,

Ut, quum carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt in[2] spatia; et frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

Sed hæc sunt sine antapodosi. *Redditio* autem illa rem 79
utramque, quam comparat, velut subjicit oculis, et pariter ostendit: cujus præclara apud Virgilium multa reperio exempla; sed oratoriis potius utendum est: dicit Cicero pro Murena[3], *Ut aiunt in græcis*[4] *artificibus eos aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuerint*[5]*: sic nos videmus, qui oratores evadere non potuerint, eos ad juris studium divertere*[6]. Illud pro eodem[7], jam 80

1. *Georgicon.* V. 512-14. Usum hunc genitivi græci vide ad lib. VI, cap. 3, §. 96.

2. *Addunt in;* sic Turic. Flor. (a pr. manu) Guelferb. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 1, 3. Reliqui inserunt *se*. Vide inprimis I. H. Vossium. — *Se* inserunt RR. 7, 12, Jens. Ald. Cæteri omittunt. Ed.

3. *Pro Murena.* Cap. 13.

4. *In græcis.* Turic. (a pr. manu) *ingræci*. Hinc transponendo efficio *in artificibus Græci*, et sic apud Cic. ipsum legendum censeo.

5. *Potuerint... potuerint;* sic Turicens. Reliqui bis *potuerunt*. Cic. prius conjunctivum, mox indicativum. Flor. vicissim.

6. *Divertere;* sic Turic. Flor. cum Bodl. Joann. Gothan. Andr. Gibs. Obr. Non quidem Jens. (ut Gesn.). Reliqui, quorum est Guelf. Bern., *devenire*, ut et Cic. Neglectis nunc quidem quæ monet Burm. et ad locum et in epist. ad Capp., p. 61; de descensu in *deveniendo;* qui opponatur *evadendo*, item de scribendo *devertere* per *de*, non *di*, unice sequor libros meos vetustissimos. Voss. 2, *deverare* dare fertur, unde *deerrare* efficit Burm. — *Divertere;* sic RR. 8, 9, 12. *Advenire;* sic R. 10. Reliqui *devenire*. Ed.

7. *Pro eodem.* Cap. 17. Hic quidem Victorius in Commentario ad Aristot. Rhet., p. 582, philosophi

pæne poetico spiritu, sed tamen[1] cum sua redditione, quod est ad ornatum accommodatius: *Nam ut tempestates sæpe certo aliquo cæli signo commoventur, sæpe improviso*[2], *nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex causa concitantur: sic in hac comitiorum tempestate populari sæpe intelligas, quo signo commota sit; sæpe ita obscura*
81 *est, ut sine causa*[3] *excita videatur*[4]. Sunt et illæ breves, *Vagi*[5] *per sylvas ritu ferarum:* et illud Ciceronis in Clodium[6], *Quo ex judicio, velut ex incendio*[7], *nudus effugit:* quibus similia possunt cuicunque, etiam ex quotidiano sermone, succurrere: huic subjacet[8] virtus non solum aperte ponendi rem ante oculos, sed circum-
82 cise atque velociter. Ac merito laudatur brevitas[9] integra: sed ea minus præstat, quoties nihil dicit, nisi quod necesse est (βραχυλογίαν vocant, quæ reddetur inter schemata[10]): est vero pulcherrima, quum plura paucis

præceptum Nostro observatum suspicatur, quum dicit *poetico spiritu;* sic enim ille Rhet. III, 4, 2: χρήσιμον δὲ ἡ εἰκὼν καὶ ἐν λόγῳ· ὀλιγάκις δὲ ποιητικὸν γάρ.

1. *Sed t.* Turic. Flor. Camp., *eo t.*

2. *Improviso.* Turic., *improbis,* cum Alm.; a sec. manu ille *ab improbis,* et sic Camp. *Improvise,* Flor. — *Ex improviso;* sic Put. a sec. manu, Andr. Jens. Ald. Locat. reliqui *improviso.* Ed.

3. *Sine causa;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Bodl. Bal. Joann. Alm. Voss. 1, 2, 3 (postremus *sine casu*), et edd. ante Gryph. Reliqui *casu,* cum Cic. — Omnes nostri *sine causa.* Ed.

4. *Excita videatur;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Gothan. Jens. (tac. Gesn.) cum Alm. Voss. 1, 2, 3, et edd. ante Gryph., nisi quod *excita* soli Turic. Flor. (sed hic addit *esse*) Alm. Reliqui *excitata esse v.* e Cic. — Solus R. 10, *concitata.* Reliqui *excitata.* Omnes τὸ *esse* omittunt. Ed.

5. *Vagi;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Almel. Voss. 3, Obr. Reliqui *vagique.* — *Vagi per silvas.* Unde sit, non reperio.

6. *In Clodium.* De oratione unde hæc vide III, 7, 2.

7. *Velut ex incendio.* Turicens. omittit.

8. *Subjacet.* Turic. Flor., *subjectat;* a sec. manu uterque *subjecta est,* et sic Camp. cum Bodl. Andr. Ald. Ex Alm. affertur: *subcitat* (vide §§. 41, 84).—Omnes nostri *subjacet.* Ed.

9. *Brevitas.* Guelferb., *velocitas,* cum Joann. Bal. Voss. 1, 3, Bern.

10. *Reddetur inter schemata.* IX,

complectitur[1], quale[2] Sallustii[3] est, *Mithridates corpore ingenti, perinde*[4] *armatus:* hoc male[5] imitantes sequitur obscuritas. Vicina prædictæ[6], sed amplior 83
virtus est ἔμφασις, altiorem præbens intellectum, quam quem verba per se ipsa declarant: ejus duæ sunt species: altera, quæ plus significat, quam dicit; altera, quæ etiam id, quod non dicit. *Prior* est et apud[7] Homerum, 84
quum Menelaus Graios in equum[8] *descendisse* ait[9]; nam

3, 50. De βραχυλογία vide nos ad IV, 2, 42.

1. *Complectitur;* sic Goth. (tac. Gesn.) Reliqui *complectimur.* Minus bonum librum sequimur, suadente reapse. — Omnes nostri *complectimur,* except. Put. a sec. manu R. 9, qui *complectitur,* et R. 7, qui *complectuntur.* Ed.

2. *Quale Sallustii;* sic Turicens. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 1, 2, 3, et edd. ante Bas. Reliqui inserunt *illud.* Sed Flor. (a pr. manu) *q. Sallustius* omisso *est.* Cæterum *Sallusti,* et hic Turic. — Solus R. 10 inserit *illud.* Ed.

3. *Sallustii.* Fragmentum ex ejus historiis. Gemellum e Floro exemplum ponit Burm., *atrox cœlum, perinde ingenia.* III, 2, 2.

4. *Perinde.* Turic. Guelf. Camp., *proinde,* cum Alm. Voss. 2, Goth. Bern. et edd. ante Ald.

5. *Hoc male.* Turic. Flor. Camp., *in h. m.,* cum Alm. — Nostri omnes *hoc male.* Ed.

6. *Prædictæ.* Vide IV, 2, 57.

7. *Apud Homerum.* Odiss. XI, 522: *αὐτὰρ ὃν' εἰς ἵππον κατεβαίνομεν, ἣν πάμ' Ἀχαιοί.* Memoria fallitur Quint. Menelaum hæc dicere ratus, quum sint verba Ulyssis confabulantis cum Achille in inferis. Auctor libelli de Homero (p. 165. Vol. V, Homeri ex ed. Ern.) ἐν τῷ κατεβαίνομεν, inquit, τὸ μέγεθος τοῦ ἵππου ἐμφαίνει· namque et ipse *emphasin* agnoscit in loco Homerico. Pseudo-Plutarchi locum indicavit Capper., nec neglectum Ursino in Virgilio cum Græcis collato monet Gesnerus (p. 238, ad ipsum qui mox laudatur Æneidos versum).

8. *Equum descendisse;* sic Turic. Guelf. Ambr. 1, 2, Camp. cum Goth. Voss. 1, 2, 3, Bern. Vall. Bodl. Joann. Andr. cum edd. ante Ald. quo acc. Gesn. Bip. *Descendisset,* Flor. *E. ascendisse,* Alm. (ut fertur. Vide §. 81; VIII, 4, 1) cum Ald. Bad. *Equo sedisse* reliqui, nisi quod Obr., *intra e. desedisse,* omnes ad Hartungi monitum Lamp. Grut. 2, 682. — Soli Put. Prat., *ascendisse.* Reliqui *descendisse.* Bene. Nimirum ita altus fuit equus ille, ut, quum Græci ad portam ascendissent, quæ erat in ejus latere, necesse fuerit, ut ex illa in equum, quasi in *cavernas* descenderent. Æn. II, 19. Ed.

9. *Ait;* sic Turicensis, Florentinus, Guelf. Ambros. 1, 2, Goth. Jens. (tacente Gesnero) cum editt. ante Gryph. Reliqui *dicit.* — Omnes nostri *ait,* except. Put. Prat. qui *dicit.* Ed.

verbo uno magnitudinem ejus ostendit: et apud Virgilium [1],

Demissum lapsi per funem...

nam sic quoque altitudo demonstrata est: idem Cyclopa quum *jacuisse* dixit [2] *per antrum*, prodigiosum
85 illud corpus spatio loci mensus est. *Sequens* posita [3] est in voce aut omnino suppressa, aut etiam [4] abscisa: *Supprimitur* vox, ut fecit pro Ligario Cicero: *Quod si in hac tanta fortuna bonitas* [5] *tanta non esset, quam tu per te, per te, inquam, obtines* [6]*; intelligo, quid loquar:* tacuit enim illud, quod nihilominus accipimus, non deesse homines, qui ad crudelitatem eum [7] impellant: *Absciditur* per ἀποσιώπησιν· quæ, quoniam est figura,
86 reddetur suo loco [8]. Est in vulgaribus quoque verbis emphasis: *Virum esse oportet;* et, *Homo est ille* [9]*;* et *Vivendum* [10] *est:* adeo similis est arti plerumque natura: non

1. *Apud Virgilium.* Æneid. II, 262; mox III, 631; Cic. pro Lig. cap. 5.

2. *Dixit;* sic Turic. Flor. Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 3, Obr. Reliqui *dicit.*

3. *Posita est;* sic Vall. lib. a sec. manu antiq. R. 12. *Positum;* sic Avic. Put. Poul. Vall. lib. RR. 3, 5, 8, 10, Voss. omnes. *Sequens genus cernitur;* sic R. 13. Ed.

4. *Abscisa;* sic Turic. Guelf. ut et mox *absciditur,* ubi accedit Flor. Reliqui *abscissa, abscinditur.* Vide IX, 4, 118.

5. *Tanta fortuna bonitas... quam;* sic Turicens. Flor. (nisi quod hic *quantam*) Guelf. Camp. cum Alm. Voss. 1, 2, 3, Bodl. Bern. (hi duo quidem in *bon.* modo citantur) Goth. et edd. ante Ald. quo acc. Bad. Bas. Reliqui cum Cicerone *t. tua f. lenitas quantam.*

6. *Obtines.* Turic., *optime,* cum Almel.

7. *Impellant;* sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) cum Alm. Voss. 1, 3, Obr. Reliqui *impellerent.*

8. *Suo loco.* IX, 2, 54; item lib. IX, cap. 3, §. 60.

9. *Homo est ille.* Hanc erroris excusandi formulam exemplis illustrat Ruhnkenius ad Rutil. Lup., p. 114.

10. *Vivendum.* Turic. Flor. Camp. Jens. (tac. Gesn.) *videndum,* cum Alm. et edd. ante Gryph. exc. Ald. — *Vivendum est.* « Quum dicimus « *vivendum est* significamus *vitam* « *esse traducendam;* plus tamen in- « telligitur per emphasin, scilicet

tamen satis eloquentiæ est, ea, de quibus dicat, clare atque evidenter ostendere: sed sunt multi ac varii excolendæ[1] orationis modi. Nam ipsa[2] illa ἀφέλεια[3] simplex et inaffectata habet quemdam *purum*, qualis etiam in feminis amatur, *ornatum*, et sunt quædam velut [4]e tenui diligentia circa proprietatem[5] significationemque munditiæ: alia *copia* locuples, alia floribus læta. 87

Virium non unum genus: nam, quidquid in suo genere satis *effectum est*, valet: præcipua tamen ejus[6] opera δεινώσεις in *exaggeranda indignitate*[7]; et in cæteris *altitudo* quædam; φαντασία in *concipiendis visionibus*: ἐξεργασία in *efficiendo* velut opere[8] proposito; cui adjicitur ἐπεξεργασία, *repetitio probationis* ejusdem, et cumulus ex abundanti; ἐνέργεια confinis his (est enim ab[9] *agendo* dicta[10]), et cu- 88 89
jus propria virtus[11], non esse, quæ dicuntur, otiosa: est

« *genio esse indulgendum* et *in lætitia vivendum*. » Pseudo-Turnebus.

1. *Excolendæ*. R. 10, *excedendæ*. Vall. lib. RR. 8, 9, 12, et apud Burm. Voss. 2, *extollendæ*. Ed.

2. *Nam ipsa*; sic Tur. Flor. Guelf. Camp. cum Voss. 1, 2, Goth. et edd. ante Gryph. Reliqui inserunt *est*.

3. Ἀφέλεια. Vide XI, 1, 93.

4. *Velut e*. Turic., *veluti*. Flor., *veluti e*. Guelf., *velut ex*. Camp., *velut*. Voss. 2 (non Goth.) *velut a*. Hoc fere optimum videtur, nam inest aliquantum insolentiæ in ista *tenui diligentia*, *e* qua sint hæ *munditiæ*. Velles etiam apertiorem expeditioremque esse locum per se venustissimum.

5. *Proprietatem*. Turic., *propriorem*. Flor., *proprium*; a sec. manu *proprietate*.

6. *Ejus*. Hoc pronomen proprie quidem non habet quo referatur; præcessit enim *virium* plurale. Nec tamen dubium, quin ante oculos habuerit eam ipsam virtutem, quam latine quidem singulariter dicere non poterat. — Quum antea dixerit virium esse plura genera, nunc ad earum enumerationem progreditur. Atqui præcipuum genus est δείνωσις, i. e., gravitas; in cæteris occasionibus vis consistit sive in *altitudine*, sive in φαντασίᾳ, etc. Ed.

7. *Indignitate*. Pratensis addit *vel dignitate*. Non male. Ed.

8. *Opere*. Camp., *ope*. R. 13, et apud Burm. Voss. 2 omittunt *proposito*. RR. 3, 5, 10, totam hanc phrasim omittunt. Ed.

9. *Est enim ab*; sic Turic. Flor. Guelferb. Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 1, 2, Bern. Ald. *E. eis ab*, Camp. Reliqui omittunt *enim*.

10. *Dicta*; sic Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Voss. 2, Bern. Obr. Reliqui *ducta*.

11. *Propria virtus*; sic Turicens.

et *amarum* quiddam, quod fere in contumelia est positum, quale Cassii[1], *Quid facies, quum in*[2] *bona tua invasero? hoc est, quum te docuero nescire*[3] *maledicere?* et *acre*, ut illud Crassi[4], *Ego te consulem*[5] *putem, quum tu me non putes senatorem?* Sed[6] vis oratoris omnis in *augendo minuendoque* consistit: utrique parti totidem modi, ex quibus præcipuos attingemus: reliqui similes erunt. Sunt autem positi *in rebus*, et *verbis*: sed, quæ sit rerum inventio ac ratio, tractavimus[7]: nunc, quid *elocutio* attollat, aut deprimat, dicendum.

1 CAP. IV[8]. Prima est igitur *amplificandi*, vel *minuendi* species in ipso *rei nomine*: ut, quum eum, qui sit *cæsus*[9], *occisum*; eum, qui sit *improbus, latronem*; contraque eum, qui *pulsavit*[10], *attigisse*; qui *vulneravit*,

CAMP. Reliqui omnes inserunt *sit*.

1. *Quale Cassii*; sic Turic Flor. Guelferb. CAMP. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Gryph. quo acc. Obr. Reliqui inserunt *est*. — *Cassii*. Si hic, id quod vix dubium, sit Cassius Severus (vide VI, 1, 43), maledicendi rabies ipsius maxime bonum dici poterat.

2. *Quum in bona*. Turic. (a sec. manu) CAMP., *q. b.*, cum Voss. 1. *Q. vi b.*, Guelf. *Q. vi in b.*, Gothan. cum Obr.

3. *Nescire*. Omittunt Turic. Flor. Alm. Non quidem sine sensu.

4. *Crassi*. Hoc ipsum rejecto, quem immittebat L. Marcius Philippus consul (a. U. c. 663), lictore pronunciavit in senatu L. Licinius Crassus, celeberrimus orator. Vide Val. Max. VI, 2.

5. *Putem, quum*; sic Turic. Flor. Guelf. CAMP. cum Goth. et edd. ante Burm. quo acc. Obr. Reliqui *q. p.*

6. *Sed*. Hic caput inchoat Prat. Solus. ED.

7. *Sed, quæ... tractavimus*. Turic. CAMP., *s. q. sunt... t.* Hinc eruo: *quæ sunt rerum, inventionem ac rationem t.* Id quoque prætulerim, ut *et* pro *sed* scribatur cum Guelferb. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Voss. 1, 2, 3, et edd. ante Ald. exc. CAMP.

8. *Cap. IV*. Cap. non distinguunt Avic. Poul. RR. 3, 5, CAMP. ED.

9. *Cæsus, occisum*. « Hac utitur « amplificatione Terent., Adel. IV, « 2, 20: *Me pugnis miserum et istam « psaltriam Usque occidit*; ubi Do- « nat. *mire interjecit* miserum: *et « necessario* usque *addidit, ut osten- « deret* occidit *nimiæ cædis verbum, « non occisionis intelligi oportere*. « ut mox, *non enim occisus loqui- « tur*. » Burmannus.

10. *Pulsavit*. Turic., *plus eunt*; a

læsisse[1] dicimus: utriusque pariter exemplum est pro M. Cœlio[2], *Si vidua libere, proterva*[3] *petulanter, dives effuse, libidinosa meretricio*[4] *more viveret, adulterum ego putarem, si quis hanc paulo liberius salutasset?* Nam 2
et impudicam, *meretricem* vocavit; et eum, cui[5] longior cum illa fuerat usus, *liberius salutasse*: hoc genus increscit, ac fit manifestius, si ampliora verba cum ipsis nominibus, pro quibus ea posituri sumus, conferantur: ut Cicero in Verrem, *Non enim furem, sed raptorem*[6]*; non adulterum, sed expugnatorem pudicitiæ; non sacrilegum, sed hostem sacrorum religionumque; non sicarium, sed crudelissimum carnificem civium sociorumque, in vestrum judicium adduximus*[7]. Illo enim 3
modo, ut sit multum, hoc etiam, plus ut sit, [8]efficitur: quatuor tamen maxime generibus video constare amplificationem, *incremento*, *comparatione*, *ratiocinatione*, *congerie*: *incrementum* est potentissimum, quum magna videntur, etiam quæ inferiora sunt: id aut uno gradu fit, aut pluribus: per id venitur non modo ad summum, sed interim quodammodo supra summum. Omnibus his sufficit vel unum Ciceronis exemplum, 4

secunda manu *plus nos eunt*. Almeloveenius, *pluscunt* (vide VIII, 3, 84; item hic §. 7).

1. *Qui vulneravit, læsisse*. Turic. Flor. omittunt cum Alm.

2. *M. Cœlio*. Cap. 16. In Verrem I, 3. Alter locus in Verrem. V, 66.

3. *Proterva*. Turic., *propter* (cum Almel. sed hic compendio); a sec. manu *proterve*, et sic Flor. Jenson. cum edd. posterr. ante Ald.

4. *Meretricio*; sic soli R. 7, et Jens. Cæteri *meretricis*. Ed.

5. *Longior*. Guelf., *longius*, cum Voss. 3. Omittunt Turic. et Alm. omnia hæc *salutasset. Nam... liberius*, ut et mox §. 3, *summum, sed interim... supra*. — Eadem nostri. Ed.

6. *Raptorem*. Turic., *eraptorem*; a sec. manu *ereptorem*, et sic Guelf. Camp. cum Alm. et Bern. ipsoque Cicerone. — Maxima pars nostrorum *ereptorem*. Ed.

7. *Adduximus*. Put. Prat. et apud Burm. Voss. 3, *adducimus*. Ed.

8. *Efficitur*. Apud Burm. Voss. 2, *efficiatur*. Ed.

Facinus est vincire civem romanum, scelus verberare, prope parricidium necare: quid dicam in crucem tollere? nam et, si tantum *verberatus* esset, uno gradu increverat, ponendo etiam id *esse facinus*, quod erat
5 inferius; et, si tantum *occisus* esset, per plures gradus ascenderat: quum vero dixerit, *prope parricidium necare*, supra quod nihil est; adjecit, *quid dicam in crucem tollere?* ita, quum id, quod maximum est, occupasset, necesse erat in eo, quod ultra est, verba deficere.
6 Fit et aliter supra summum adjectio, ut apud Virgilium [1] de Lauso,

. . . . . Quo pulchrior alter
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

Summum est enim, *quo pulchrior alter non fuit;* huic
7 deinde aliquid superpositum [2]. Tertius quoque est modus, ad quem non [3] per gradus itur, et [4] non est plus, maximum [5], sed quo nihil majus est: *Matrem* [6] *tuam*

1. *Apud Virgilium.* Æneid. VII, 649. Ciceronis locus est Phil. II, 25; et alter in Catil. I, 7; et pro Cluentio, cap. 11.

2. *Superpositum;* sic Turic. cum Ald. Basil. Reliqui *suprapos.* Vide IX, 4, 25. Item præter Turic. Guelf. subjungunt vocabulo nostro *est.* — Eadem nostri. Ed.

3. *Quem non.* Turic. Flor. Camp. omittunt *non.* Quæ quidem scriptura sensu carere videtur. Omnia tamen rimanti, subnata est hæc ratio explicandi: gradus inest etiam illi, quod sequitur, exemplo. Quæritur enim *majus* aliquid, sed non invenitur; ut jam redeundo ad id ipsum, unde progredi volebamus, agnoscatur tamen prius illud esse majus, quam primo videbatur, quippe *quo nihil sit majus.* Sic erunt gradus, nec tamen erit *plus maximum.*

4. *Itur, et;* sic Turic. Florent. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 1, 2, 3, et edd. ante Basil. Reliqui *i. ut;* ex conjectura, ut videtur, Philandri.

5. *Non est plus, maximum;* sic Turic. Flor. Reliqui *quod n. e. p. quam m.* — *Non est plus, maximum.* Verbum *est* hic usurpatur fere ut vidimus in grammaticis (vide not. ad I, 5, 13); valetque *locum habet, dicitur, ponitur.*

6. *Matrem tuam.* Hoc quum nullo auctore ponatur, credibile est a Quint. ipso nunc fingi. Qui pro *cecidisti* plurimi dant *occidisti*, controversiam Orestis (vide VII, 4, 8) significari putaverunt. Minus tamen in parricidium cadit ejusmodi *in-*

cecidisti[1]*: quid dicam amplius? Matrem tuam cecidisti:* nam et hoc augendi genus est, tantum aliquid efficere, ut non possit augeri. Crescit oratio[2] minus aperte, 8 sed nescio an hoc ipso efficacius, quum citra distinctionem intextu[3] et cursu semper aliquid priore majus insequitur: ut de vomitu in Antonium Cicero, *In cœtu vero populi romani, negotium publicum gerens, magister equitum:* singula incrementum habent: per se deforme, vel non in cœtu, *vomere;* in cœtu, etiam non *populi;* populi, etiam non *romani;* vel, si nullum *negotium* ageret; vel, si non *publicum;* vel, si non *magister equitum.* Sed alius divideret hæc, et circa singulos gra- 9 dus moraretur: hic in sublime etiam currit[4], et ad summum non pervenit[5] nisu, sed[6] impetu: verum, ut hæc amplificatio in superiora tendit, ita, quæ fit per *comparationem*, incrementum ex minoribus petit: augendo enim, quod est infra, necesse est[7] extollat

crementum, quam in crimen pulsatæ matris, quod multis sane modis poterat amplificari, nunc autem tantæ atrocitatis arguitur, ut conatus invidiosum illud facere nihil inveniat potentius, quam ut nuda accusationis verba repetat. Simile quid habet Rutilius Lupus, p. Ruhnk. 43, ubi vide notam Ruhnk. Nostri non immemorem.

1. *Cecidisti... cecidisti;* sic Turic. Flor. cum Voss. 1, 3. Camp., *cecidisti.... occidisti*, cum Alm. (vide §§. 1, 12) et edd. ante Ald. quo acc. Bad. pr. Reliqui *occidisti* bis, nisi quod Bern. priore loco omittit verbum, ejusque loco ponit *et*. — Eadem nostri. Ed.

2. *Crescit oratio.* Turicens. Flor. omittunt cum Alm. Non displiceret, si ante *sed* insertum esset *fit*.

3. *Intextu;* sic Turic. Ex Alm. affertur *in textu*, et sic Flor. Reliqui *in contextu*. Nostrum est apud Plinium, Histor. Natur. II, 8. Vide IX, 4, 13.

4. *Currit.* Ambr. 1, *cucurrit.* Tum fortasse antea *divisisset, moratus esset.* — R. 7, *incurrit.* Ed.

5. *Non pervenit;* sic Turic. Flor. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Camp. et edd. ante Ald. Reliqui transponunt, Regio auctore, sed et MSS. aliquot.

6. *Nisu, sed;* sic Turic. Flor. Guelf. Ambr. 2, nisi quod *nisus et*. Reliqui fere *nixu*.

7. *Extollat.* Subjectum est *amplificatio*, neque enim opus corrigere *extollas*, aut ἀπὸ κοινοῦ dictum intelligere, ut *inquit*.

id, quod supra positum est: ut idem, atque in eodem
10 loco, *Si hoc tibi inter cœnam, et in illis immanibus poculis tuis accidisset, quis non turpe duceret? in cœtu vero populi romani*[1]: et in Catilinam: *Servi mehercle mei si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes cives tui,*
11 *domum meam relinquendam putarem.* Interim proposito velut simili exemplo, efficiendum est, ut sit majus id, quod a nobis exaggerandum est: ut idem pro Cluentio, quum exposuisset Milesiam quamdam[2] a secundis heredibus pro abortu pecuniam accepisse, *Quanto est,* inquit, *Oppianicus*[3] *in eadem injuria majore supplicio dignus? Siquidem illa, quum suo corpori vim attulisset, se ipsa*[4] *cruciavit: hic autem idem illud effecit per alieni*
12 *corporis vim atque cruciatum.* Nec putet quisquam hoc, quamquam est simile, illi ex argumentis loco[5], quo majora ex minoribus colliguntur, idem esse: illic enim *probatio* petitur, hic *amplificatio*[6]: sicut in Oppianico non id agitur in illa comparatione, ut ille male fecerit, sed, ut pejus: est tamen quamquam diversarum rerum quædam vicinia: repetam igitur[7] hic quoque idem, quo sum illic usus[8], exemplum, sed non in

1. *Populi romani: et.* Turicens., *populis et;* a sec. manu *populi sed.* Camp., *populi: sed et.* Editt. ante Basil. fere *p. r. sed et,* vel *p. r. sed.*

2. *Quamdam.* Turic. Flor. Camp., *a quodam;* nam quod iidem *miles etiam,* levius est.

3. *Oppianicus.* Prægnantem fratris uxorem una cum fœtu veneno sustulit, ut hereditatem haberet. Turn.

4. *Se ipsa.* Put. Poul. Jens. Ald. et apud Burm. Voss. 1, 3, Locat., *se ipsam.* Ed.

5. *Illi... loco.* V, 10, 86 seqq.

6. *Amplificatio: sicut... in illa.* Turic. Flor. omittunt cum Alm.

7. *Igitur.* Turic. Flor. (hic a sec. manu omittit) Guelf. Camp., *itaque,* cum editt. ante Gryphium. Ex Alm. (vide §. 7; lib. VIII, cap. 5, §. 11) et Voss. pr. affertur nostrum. Insuavis est sonus continuo occurrente *quoque.* Gothan. cum Voss. 2 omittit nostram vocem.

8. *Quo sum illic usus.* Nemo quæsivit, ubi hoc Scipionis Nasicæ exemplum posuisset Noster. Eo quidem libri V loco, quem modo designavimus, non est. Sed quum ca-

eumdem usum. Nam hoc mihi ostendendum est, augendi gratia non *tota* modo *totis*, sed etiam *partes partibus comparari*: sicut hoc loco[1], *An vero vir amplissimus P. Scipio, pontifex maximus, Gracchum*[2], *mediocriter labefactantem statum reipublicæ, privatus interfecit: Catilinam, orbem terrarum*[3] *cæde atque incendio vastare cupientem, nos consules perferemus?* Hic et Catilina Graccho, et status reipublicæ orbi terrarum, et mediocris labefactatio cædi, et incendiis, et vastationi, et privatus consulibus comparatur: quæ si quis dilatare velit, plenos singula locos habent. Quas dixi *per ratiocinationem* fieri amplificationes, viderimus[4], an satis proprio verbo significaverim[5]: nec sum in hoc sollicitus, dum res ipsa volentibus discere appareat: hoc sum tamen secutus, quod hæc *amplificatio* alibi posita est, alibi valet; ut[6] aliud crescat, aliud augetur[7]; inde ad id, quod extolli volumus, ratione ducitur[8]. Objec- 13 14 15 16

pitum intersectionem ignoret Noster, nec ipsarum, quas tractat, rerum valde diligentem custodiat divisionem, potuit in animo habere V, 13, 24. Est autem locus Ciceronis in Catil. I, 1.

1. *Hoc loco.* Vide V, 13, 24.

2. *Maximus, Gracchum;* sic Turic. Flor. Camp. *M. T. G.*, Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. Reliqui *m. Tib. G.*

3. *Terrarum.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *terræ*, cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Gryph. ipsiusque Ciceronis. — Omnes nostri *terræ*. Ed.

4. *Viderimus;* sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Bern. Reliqui *videamus*. — Sic quoque plerique nostri. Ed.

5. *Significaverim;* sic Turicens. Flor. Camp. cum Alm. Goth. et edd. ante Basil. quo acc. Gryph. Reliqui *signaverim*, aptiore sane verbo; sed sequor libros vetustiores. Vide III, 6, 52. — *Signaverim;* sic Avic. Put. Poul. Prat. Vall. lib. RR. 3, 5, 7, 8, 9, 10. Ed.

6. *Valet; ut;* sic Ambr. 1, cum Jens. et posterr. ante Stoer. qui *v. ut et al.*, cum Chouet. Reliqui inserunt *et*.

7. *Augetur.* Turic. Camp., *augeatur*, cum Tarv. Ald. et hoc posterr. ante Obr. Sed ad aliorum bonorum libb. auctoritatem accedit Ambr. 2, et prima manus 1.

8. *Ratione ducitur.* Turic. Florent. (uterque a sec. manu) Camp., *ratio deducitur*, cum edd. ante Obr. (nisi quod Ald., *add.*; Chouet., *red.*) Verbum quidem sic et Goth. Voss. 1, 2. Hæc etsi levioribus commen-

turus[1] Antonio Cicero merum et vomitum, *Tu*, [2] inquit, *istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate:* quid fauces et latera ad ebrietatem? Minime sunt otiosa: nam respicientes ad hæc possumus æstimare, quantum ille vini in Hippiæ nuptiis exhauserit, quod ferre et concoquere [3] non posset illa corporis gladiatoria [4] firmitatę: ergo, si ex alio colligitur aliud, nec improprium, nec inusitatum nomen est *ratiociniationis*, ut quod ex eadem causa inter status quoque ha-
17 bemus [5]. Sic et ex *insequentibus* amplificatio ducitur: siquidem tanta vis fuit vini erumpentis, ut non casum afferret, aut voluntatem, sed necessitatem, ubi minime deceret [6], vomendi: et cibus non recens, ut accidere interim solet, redderetur, sed qui [7] usque in posterum diem redundaret: idem hoc præstant, quæ antecesse-
18 runt: nam, quum Æolus [8] a Junone rogatus,

datur testimoniis scriptura, præplacet tamen. Quod enim subjectum est in nostra? Dicas sane *ducitur* impersonaliter usurpari, ut *curritur, itur;* sed hoc omnino durum. In prioribus quoque modo melior Turic. manus secunda, ubi a pr. est *dicere* pro *discere*. — *Ratione ducitur;* sic Avic. Put. RR. 3, 5, 10, Prat. et apud Burm. Alm. Voss. 3. *Ratione deducitur;* sic Vall. lib. a sec. manu, RR. 8, 9, 12, Goth. et apud Burm. Voss. 1, 2. *Ratio deducitur;* sic Vall. lib. Andr. Jens. Ed.

1. *Objecturus.... vomitum.* Hæc omittunt Tur. Flor. Camp. cum Alm. Nec displiceat tam abrupta ratio.

2. *Tu, inquit.* Cic. Philipp. II, 25.

3. *Concoquere.* Turic. (a pr. manu) *conquere*, unde nostrum effecimus. Reliqui *coquere*. Nullis veterum certis quidem locis probatur *coquere* dici pro *concoquendo*. Saltem Plin. H. N. XXIX, 1, frustra appellat Forcellinus, ubi « cibi in « corporibus *coqui* » dicuntur » a « balineis ardentibus. » — Solus Avic., *concoquere*. Rell., *coquere*. Ed.

4. *Corporis gladiatoria;* sic Turic. Flor. Reliqui *g. c.*

5. *Habemus.* Ambr. 1, Flor. (sed hic et mox omittit *et*) *habeamus*, cum Ald. Hoc volèbat Regius. Verba autem *causa... si quidem* omittunt Turic. Alm. Flor. a pr. manu. — Omnes nostri *habemus*. Ed.

6. *Deceret, vomendi.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) Camp. (hic quidem *et* quoque sequens) omittunt cum Alm.

7. *Sed qui.* Turicens. Flor. Camp. omittunt *qui*, cum Voss. 1, 3.

8. *Æolus.* Virg. Æn. I, 81. Ciceronis locus est Verr. V, 44.

. . . . . Cavum conversa cuspide montem
Impulit in latus, ac venti, velut agmine facto,
Qua data porta, ruunt...

apparet, quanta sit futura tempestas. Quid? quum res 19
atrocissimas, quasque in summam ipsi extulimus invidiam, elevamus consulto, quo graviora videantur, quæ secutura sunt: ut a Cicerone factum est, quum illa diceret, *Levia sunt hæc in hoc reo: metum*[1] *virgarum navarchus nobilissimæ civitatis pretio redemit; humanum est: alius, ne securi feriretur, pecuniam dedit; usitatum est.* Nonne[2] usus est ratiocinatione[3], qua col- 20
ligerent audientes, quantum illud esset, quod inferebatur, cui comparata hæc, viderentur humana[4] atque usitata? Sic quoque solet ex alio aliud augeri: ut,[5] quum Hannibalis bellicis laudibus ampliatur virtus Scipionis; et fortitudinem Gallorum Germanorumque miramur, quo sit major C. Cæsaris gloria. Illud quoque est *ex* 21
relatione ad aliquid, quod non ejus rei gratia dictum videtur[6], amplificationis genus: non putant[7] indignum trojani principes, Graios Trojanosque propter He-

1. *Reo: metum;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 1, 2, 3, Vall. et edd. ante Ald. Reliqui inserunt *crimina* e Cicerone. — Omittunt vero omnes nostri. Ed.

2. *Nonne.* Turic. Camp., *non.* Vide not. ad IV, 2, 15.

3. *Ratiocinatione.* Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *ratione*, cum Alm. Voss. 2, Vall. et edd. ante Ald. Correxit Regius, necessario. — Omnes nostri *ratione*. Ed.

4. *Viderentur humana*; sic Turic. Flor. Camp. Reliqui *h. v.*

5. *Ut, quum.* Turic. Guelferbyt. Camp. omittunt *ut*. — Omittunt quoque *ut* Avic. Put. Poul. Prat. RR. 3, 5, 10, Andr. Ed.

6. *Videtur.* Turic. (a pr. manu) Flor. Guelf., *videretur*, cum Goth. Alm. Voss. 2, et edd. ante Ald. Sed et Vall. nobiscum. — Nostri omnes *videretur*, except. Put. Vall. lib. qui *videtur*. Ed.

7. *Non putant.* Vide Iliad. III, 156 seqq. Ablegat Gesn. ad Hemsterh. in Luc. Diall. mortt., tom. (Bip.) II, p. 498, indicantem qui sint usi loco Homerico, ad quos accedunt aliquot Heynio designati ad Homerum ipsum. Est et comparandus Lessingius in Laocoonte, pag. 215.

lenæ speciem tot mala, tanto temporis spatio sustinere: quænam igitur illa forma credenda est? non enim hoc dicit Paris, qui rapuit; non aliquis juvenis, aut unus[1] e vulgo; sed senes, et prudentissimi, et Priamo assiden-
22 tes. Verum et ipse rex, decenni bello exhaustus, amissis tot liberis, imminente summo discrimine, cui faciem illam, ex qua[2] tot lacrymarum origo fluxisset, invisam atque abominandam esse oportebat, et audit hæc, et eam filiam[3] appellans juxta se locat, et excu-
23 sat etiam, atque sibi[4] esse malorum causam negat. Nec mihi videtur in Symposio Plato[5], quum Alcibiadem confitentem de se, quid a Socrate pati[6] voluerit, narrat, ut illum[7] culparet, hæc tradidisse: sed, ut Socratis in-

1. *Aut unus;* sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 1, 2, 3, et edd. ante Stoer. exc. Ald. Reliqui *non u.*—Omnes nostri *aut.* Ed.

2. *Ex qua tot lacrymarum origo fluxisset.* Turic., *e. q. or. fl.;* a sec. manu *e. q. ora fluxissent.* Ex Flor. (sed *go* additur a sec. manu) et Alm. nihil nisi *ori* profertur. Gebhardus in Crepundiis ex Palatino suo eruit *e. q. t. l. ora fluxisset,* Pareo stulte mirante, reprobante recte Burmanno. — Omnes nostri receptam habent Ed.

3. *Eam filiam.* Turic., *ex familiam* (Alm., *ex familia,* et sic Flor. cujus in margine tertia manus nostrum dat); a sec. manu ut et Flor., *eam familiarem,* et sic Camp. cum Bodl. Andr. — Omnes nostri vulgatam habent. Ed.

4. *Atque sibi.* Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *sibi atque,* cum Bodl. Alm. Voss. 1, 2, Joann. Tarv. Nostram transpositionem, quæ jam in prioribus aliquot exigit Regius. Equidem veterem ordinem verum suspicor, quamquam in Homero quidem hoc ipsum non legitur, ut sibi irascentem Helenam mulceat et placet Priamus (neque enim sufficit, v. 180, *κυνώπιδος,* cui nil reponit socer). Sed *etiam* in nostra ratione otiosum est, et ipsa scriptura *atque* pro *ac* prodere videtur, debuisse sequi vocalem in *esse.* (Vide VIII, 3, 47.) — Omnes nostri *sibi, atque esse.* Ed.

5. *In Symposio Plato.* Vide Plat. Sympos., p. (Steph.) 218 b-219 d, Bip. 10, 263-266. Dignus qui legatur, vel relegatur locus. Eo rectissime est usus Gesnerus in disputatione de Socrate sancto pæderasta Commentt. Soc. Gott., tom. II, p. 25 seq.

6. *Pati.* Turic., *pite* (cum Alm.); a sec. manu *petere.*

7. *Illum.* Turic., *illud.* Modo *τῳ ut* Flor. (a sec. manu) Camp. præmittunt *non,* cum Jens. et edd. ante Ald.

victam continentiam ostenderet, quæ corrumpi speciosissimi hominis tam obvia voluntate [1] non posset. Quin 24
ex instrumento quoque heroum illorum magnitudo æstimanda nobis datur: huc pertinet [2] *clypeus* [3] *Ajacis*, et *Pelias* [4] *Achillis:* qua virtute egregie est usus in Cyclope Virgilius [5]: nam quod illud corpus mente concipiam, cujus

Trunca manum pinus regit?...

Quid? quum *vix loricam duo multiplicem connixi humeris ferunt* [6], quantus Demoleos, qui, indutus [7] ea,

. . . . . Cursu palantes Troas agebat?

Quid? M. Tullius de M. Antonii luxuria tantum fin- 25
gere saltem [8] potuisset, quantum ostendit dicendo, *Conchyliatis Cn. Pompeii peristromatis servorum in cellis stratos lectos videres? Conchyliata peristromata*, et *Cn. Pompeii*, terunt [9] servi et *in cellis*, nihil dici po-

1. *Voluntate;* sic et Goth. err. Gesn. qui *voluptate*, quod est in Jens. et edd. posterr. ante Stoer. exc. Basil. — Plerique nostri *voluntate*. Ed.

2. *Huc pertinet;* sic Obr. *Hoc p.*, Turic. (a prima manu) Guelf. cum Alm. Reliqui *ad hoc p.*

3. *Clypeus... Pelias.* Iliad. VII, 219; XVI, 140. — Clypeum habebat septemplicem Ajax quem nullus alius gestare posset. Turn.

4. *Et Pelias;* sic Turic. Flor. (nisi quod *t* pro *i*) Guelf. cum Alm. Goth. Voss. 1, 2, Vall. Reliqui inserunt *hasta*. — Soli Put. a sec. manu, Poul. a sec. manu, Jens. Ald. inserunt *hasta*. Etiam si in textu non reciperetur, intelligi tamen deberet. Namque Achillis hasta *Pelias* dicebatur a monte *Pelio*. Ed.

5. *Virgilius.* Æneid. lib. III, 659; V, 260; *Tullius* Philipp. II, 27.

6. *Ferunt;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Voss. 1, 3, Goth. et edd. ante Basil. Reliqui *ferrent*. — Omnes nostri *ferunt*, nisi quod Put. Poul. R. 8 perperam *fuerunt*. Ed.

7. *Ea;* sic Turic. Guelf. Camp. Goth. (tac. Gesn.) cum Alm. Bern. Reliqui *eam*.

8. *Saltem.* Interrogatio quum valeat negationem, hoc est pro *ne fingere quidem*. Vide VI, 4, 15.

9. *Terunt;* sic Voss. 1, 3, Bern. *Terter*, Turic. (a pr. manu). *Ter*, Guelf. *ĭter*, Alm. a sec. manu. Turic., *de*, et sic Camp. cum Goth. Voss. 2, Vall. et edd. ante Bad. sec. *Inter*, Flor.; a sec. manu *de*, ultimæ syllabæ superscriptum. — Vall. lib. RR. 7, 8, 9, 10, Andr. Goth.

test ultra; et necesse est tamen infinito plus in domino
26 cogitare. Est hoc simile illi, quod ἔμφασις dicitur; sed illa ex verbo, hoc ex re[1] conjecturam facit; tantoque plus valet, quanto res ipsa verbis est firmior: potest ascribi amplificationi *congeries* quoque verborum, ac sententiarum idem significantium: nam, etiamsi non per gradus[2] ascendant, tamen velut acervo quodam alle-
27 vantur: *Quid enim tuus*[3] *ille, Tubero, destrictus in acie pharsalica gladius agebat? cujus latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quæ*[4] *tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas?* Simile est hoc figuræ[5], quam συναθροισμὸν[6] vocant: sed illic plurium rerum est congeries, hic unius multiplicatio: hæc etiam crescere solet verbis omnibus[7] altius atque altius insurgentibus: *Aderat janitor carceris, carnifex prætoris, mors terrorque sociorum, et civium ro-*
28 *manorum, lictor Sextius*[8]. Eadem fere est ratio *minuendi:* nam totidem sunt ascendentibus, quot descen-

omittunt *terunt*. Ed. — *Servi;* sic Turic. Flor. Guelf. cum Voss. 1, 3, Bern. Alm. *Servis*, Turic. Flor. (a sec. man. uterque) Camp. cum Goth. Voss. 2, Vall. et edd. ante Bad. sec. — *Et in cellis*. Turic. Flor. Guelf. Camp. omittunt *in*, cum Alm. Voss. 1, 2, 3, Goth. Vall. et edd. ante Bad. sec. Hic primus, obsecundantibus reliquis, ex Regii conjectura pro nostro *terunt servi et in cellis* hæcce dat *et in cellis servorum*, exc. Obr. qui sic: *et lecti in cellis servorum*. Nos *in* adjecimus contra MSS.

1. *Hoc ex re*. Turic. Flor. Guelf. Camp., *hæc e. r.*, cum Goth. Alm. Voss. 2, Jens. Tarv. Ald.

2. *Non per gradus*. Florentinus, *per gradus non*, cui scripturæ a secunda manu præmittitur *non*.

3. *Quid enim tuus*. Ex Ligariana, c. 3. Alterum de janitore carceris, Verr. V, 51.

4. *Tuorum? quæ*. Turic. Flor. omittunt; a sec. manu ascribitur ab illo *an mortua tua;* ab hoc nostrum, sed *quid*.

5. *Hoc figuræ*. Turic. Flor. Camp. omittunt *hoc*, cum Alm.

6. Συναθροισμόν. Vide Rutil. Lup. ed. Ruhnk., p. 5. — Hic eodem prope modo συναθροισμὸν accipit, ponitque in *verbis singulis* et *conjunctis*. Sed quod de verbis dicit accipi etiam potest de sententia. Turn.

7. *Altius*. Ppt. Prat. *tà atque altius* omittunt. Ed.

8. *Sextius*. Turic. Camp., *rex tuus*.

dentibus, gradus: ideoque uno ero exemplo contentus ejus loci, quo Cicero de oratione Rulli[1] hæc dicit: *Pauci tamen, qui proximi astiterant, nescio quid illum de lege Agraria voluisse dicere, suspicabantur:* quod si ad intellectum[2] referas, *minutio est;* si ad obscuritatem, *incrementum.* Scio posse videri quibusdam speciem 29
amplificationis *hyperbolen* quoque; nam et hæc in utramque partem valet; sed, quia excedit[3] hoc[4] nomen, in tropos differenda est: quos continuo[5] subjungerem,

1. *De oratione Rulli.* Cic. de Leg. Agr. II, 5. Insignis est varietas apud Quint., *qui proximi astiterant,* apud Cic. ipsum *si qui acutiores... steterant.* Noster verum Ciceronis acumen oblitus erat. Memoriam Quintiliani lapsam agnoscit et Garatonus ad loc. Cic. ipsius.

2. *Ad intellectum.... ad obscuritatem.* Si Tullius probare voluit non *intellectum* esse Rullum, *minutio* est; si obscuritatem orationis exaggerare voluit, *incrementum* est. Ed.

3. *Excedit.* Ambr. 1, *excidit.*

4. *Excedit hoc nomen.* Recte Gesnerus accusativum agnoscit *hoc nomen*, ut hyperbole plus sit, quam quod appellemus amplificationem. Rollinus et Capperonnerius hoc tenuisse non videntur, quorum alter apposite tamen utitur verbis Julii Rufiniani apud Ruhnk., p. 223. « (Hyperbole) fit, quum *excedit ve-* « *ritatem* sententia. »

5. *Quos continuo.... translatis.* Hæc, etsi valde perspicua videantur, a se parum perspici ingenue fatetur optimus Regius, quem non plane assecutus videtur Gesnerus diffisum dicens eum verbis *quæ constat... translatis.* Ubi enim difficultatem sentiret, non designavit Regius. Gesnerus hic definitionem *sententiæ* desiderari censet, quippe de qua sit expositurus Noster, quamque tropis antevertendam indicet. Hæc quidem ratio an sit necessaria, quæri potest. Fortasse tropos modo describit, et hoc vult: Continuo de tropis dicerem, nisi hæc eloquentiæ pars constaret translatis, non propriis; ita satius erit tum demum ad tropos progredi, quum omnis proprie dicendi ratio pertractata fuerit, cujus partem unam reliquam video, i. e., *sententiam.* Sed nec ipse animum expleri sentio ab hac interpretatione, et ultro agnosco convenientius loco fore, si reperiatur modus aliquis ex hisce verbis finitionem *sententiæ* extundendi. An forte transponendo unaque littera abradenda hoc consequemur? « ratio dicendi quæ *non constat* pro- « priis *et* translatis. » *Antequam ad tropos accedam, superest aliqua dicendi ratio, cujus vis non est in propriis et translatis, sed quæ nunc hac, nunc illa utens oratione, peculiari suo artificio ornatum efficit.* Maxime displicet in hac constitutione loci, quod abest *aliqua*, vel *quædam* pronomen, necessarium fere ad nominativum illum « a cæteris...

nisi esset a cæteris separata ratio dicendi, quæ constat non propriis, sed translatis: demus ergo breviter hoc desiderio jam pæne publico, ne omittamus[1] eum, quem plerique præcipuum ac pæne solum putant orationis ornatum.

1 CAP. V. *Sententiam* veteres, quod animo sensissent, vocaverunt: id quum est apud oratores frequentissimum, tum etiam in usu[2] quotidiano quasdam reliquias[3] habet: nam et juraturi[4] *ex animi nostri sententia*[5], et gratulantes *ex sententia* dicimus: non raro tamen et sic locuti sunt, ut *sensa* sua dicerent; nam
2 *sensus* corporis videbantur. Sed consuetudo jam tenuit, ut mente concepta *sensus* vocaremus; lumina autem, præcipueque in clausulis posita, *sententias*: quæ minus crebra apud antiquos, nostris temporibus modo carent: ideoque mihi et de generibus earum, et de usu arbitror
3 pauca dicenda. Antiquissimæ sunt, quæ proprie, quamvis omnibus idem nomen sit[6], *sententiæ* vocantur, quas Græci γνώμας appellant: utrumque[7] autem no-

« dicendi. » Ut *propriis* et *translatis* hic latior aliquis tribuatur significatus, veluti mox c. 5, §. 6, *translatio a communi ad proprium*, cum Gesnero probare non possum. Redeundum erit ad Regianæ confessionis simplicitatem.

1. *Ne omittamus.* Turicens., *nec mittamus;* a sec. manu *ne amittamus*, et sic CAMP. *Ut omittamus*, Gothan. cum VOSS. 2. *Nec omittamus*, Aldus cum aliquot, ex Regii conjectura.

2. *Usu.* Omittunt Put. Avic. Poul. RR. 3, 5, 10. ED.

3. *Reliquias.* Avic. Poul. RR. 3, 5, 7, 8, 9, 12, *reliquas.* ED.

4. *Et juraturi.... et gratulantes.* Priore modo quod *scimus*, altero quod *cupimus* appellamus *sententiam*, quo magis appareat, quidquid animo sentiamus, esse *sententiam*. De jurandi formula, vide lib. VI, cap. 3, §. 32.

5. *Ex.... sententia.* Ea videtur fuisse formula jurandi apud antiquos. Unde ait Cicero in Officiis: « Non enim falsum jurare pejerare « est, sed quum *ex animi tui sententia* juraris. TURN.

6. *Nomen sit;* sic Turic. Guelf. CAMP. Reliqui *s. n.*

7. *Utrumque* et græcum et latinum. Uterque enim populus mutuatus est appellationem a deliberandi negotio.

men ex eo acceperunt, quod similes sunt consiliis aut decretis: est autem hæc vox universalis, quæ etiam citra complexum causæ possit esse laudabilis, interim ad rem tantum relata; ut, *Nihil est*[1] *tam populare, quam bonitas:* interim ad personam; quale est Afri Domitii, *Princeps, qui vult omnia scire, necesse habet multa ignoscere*[2]. Hanc quidam partem *enthymematis*[3], quidam 4
initium, aut clausulam *epichirematis* esse [4]dixerunt: et est aliquando, non tamen semper: illud verius, esse eam aliquando *simplicem*, ut ea, quæ[5] supra dixi: aliquando ratione subjecta[6], *Nam in omni*[7] *certamine, qui opulentior est, etiamsi accipit injuriam, tamen, quia plus potest, facere videtur*: nonnunquam *duplicem*, *obsequium*[8] *amicos, veritas odium parit.* Sunt etiam qui 5
decem genera fecerint[9], sed eo modo, quo fieri vel plura

1. *Nihil est... bonitas.* Cicer. pro Lig., c. 12.

2. *Princeps.... ignoscere.* Hanc sententiam optime illustravit clarus fabularum auctor Lessingius in fabella quæ inscribitur: *Das Geschenck der Feien.* Fingit enim principis cunis assedisse duos genios; quum alter dilecto infanti aquilæ perspicacitatem tribuisset, alter addidit illam divinæ avis animi magnitudinem, qua multa ignoscit. Ed.

3. *Enthymematis... epichirematis.* Vide lib. V, c. 10, 14, et Aristot. Rhet. II, 21, 2: ἐπεὶ τὰ ἐνθυμήματα ὁ περὶ τοιούτων συλλογισμός ἐστι, σχεδὸν τά τε συμπεράσματα τῶν ἐνθυμημάτων καὶ αἱ ἀρχαὶ, ἀφαιρεθέντος τοῦ συλλογισμοῦ, γνῶμαί εἰσιν. Huc respexisse Quint. censet Victorius ad Aristot., p. 445, eodemque remittit Capper.

4. *Dixerunt: et est al... aliquando simplicem.* Turic. Flor. (a prima manu) Guelf., *d. etsi al. simpl.*, cum Voss. 1, 3, Tarv. Ald. *D. etsi al... al. simpl.*, Camp. Alii quoque editi interjecta τοῖς *aliquando* non habent.

5. *Quæ;* sic Turic. Camp. cum Voss. 1, 3, Ald. Reliqui *quam.* — — *Ea, quæ.* Neutro genere utitur; designat autem sententias supra positas, Ciceronis alteram, alteram Domitii.

6. *Subjecta.* Jens. Tarv., *subjectam*, cum Voss. 2, ut refertur, non quidem Goth. Sed et modo *rationi*, Guelf. Goth. (tacente Gesnero) cum Voss. 2.

7. *Nam in omni certamine.* Est Sallustii in oratione Micipsæ Bell. Jug., c. 10; Telleri 6.

8. *Obsequium.... parit.* Terent. Andr. I, 1, 41.

9. *Fecerint;* sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. cum Alm. Reliqui *fecerunt.*

possunt, *per interrogationem, per comparationem*[1], *infitiationem, similitudinem*[2], *admirationem*[3], et cætera hujus modi: per omnes enim figuras tractari potest. Illud notabile *ex diversis*, *mors*[4] *misera non est, aditus* 6 *ad mortem est miser*[5]. Ac rectæ[6] quidem sunt tales, *Tam deest avaro, quod habet, quam quod non habet*[7]: sed majorem vim accipiunt emutatione[8] figuræ, ut,

Usque adeone[9] mori miserum est?...

Acrius[10] enim hoc, quam per se, *Mors misera non est:* et *translatione* a communi[11] ad proprium: nam, quum

1. *Interrogationem, per comparationem;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. 1, 3, et edd. ante Bad. Reliqui omittunt *per*.

2. *Similitudinem*. Omittit Guelf. cum Goth. Voss. 1, 2, 3, Colb.

3. *Admirationem*. Omittunt Turic. Camp. cum Alm.

4. *Mors.... miser*. Gallæus hoc ipsum designat a Lactantio relatum III, 17, cujus locum ponit etiam Menagius ad Diog. Laert. X, 124. Quum sit senarius versus, possit et ipse esse ex græco translatus, ut ille Epicharmi trochaicus, quem hic citant fere, apud Cic. Tusc. I, 8, *Emori nolo*, etc. Vide Nostrum, lib. V, cap. 14, §. 12.

5. *Est miser;* sic Turicens. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *m. e.*

6. *Rectæ*. Camp., *a recto quidem*. — Τὸ *rectæ* significat sententias ἰσθείας, directas, absque tropo, sine figura, sine inflexione locutionis prolatas. Ed.

7. *Tam deest... non habet*. Senarius est ex P. Syri mimis, quem et M. Seneca exhibet, laudatum Cassio Severo, p. 227.

8. *Emutatione*. Turic. Flor. (a sec. manu uterque) Camp., *ex mutatione*, cum Goth. Colb. et edd. ante Gryph. Illorum uterque (a pr. manu) Guelf., *et mutatione*. Sed *mutatione* solum Voss. 1. Reliqui *commutatione*. Nostrum e conjectura. Vide VIII, 6, 51. — Præterea Poul., *imitatione*. Ed. — *Emutatione figuræ*. Accipiam *emutationem*, quam efficit figura, non quam patitur, quamquam ne hoc quidem absurdum. *Figuratæ* sententiæ opponuntur *rectis*, velut IX, 2, 5, 66, 78; item II, 13, 8.

9. *Usque adeone*. Virg. Æn. XII, 646. Mox sunt loca Cic. pro Lig., c. 12; ibid., c. 4; Virg. Æn. I, 37; Cic. pro Mil., c. 4; pro Lig., c. 1. *Medeam* Ovidii intercidisse nemo ignorat. — Hunc versum recitavit Nero, quum sibi mortem invitus conscivit. Ed.

10. *Acrius.... non est*. Omittunt Turic. Flor. (hic a pr. manu) Alm.

11. *Communi*. Appellat *commune*, quod est generalius, cujus tamen

sit rectum, *Nocere facile est, prodesse difficile:* vehementius apud Ovidium Medea dicit,

Servare potui, perdere an possim[1], rogas?

Vertit ad personam Cicero, *Nihil habet, Cæsar, nec* 7
fortuna tua majus, quam ut possis; nec natura melius, quam ut velis servare quam plurimos: ita, quæ erant rerum, propria fecit hominis[2]: in hoc genere custodiendum est, id[3] quod[4] ubique[5], ne *crebræ* sint, ne *palam falsæ*, quales frequenter ab iis dicuntur, qui hæc καθολικὰ vocant[6], et, quidquid pro causa videtur, quasi indubitatum pronunciant, ne *passim* et *a quocunque* dicantur[7]. Magis enim decent eos, in quibus est auctoritas, 8
ut rei pondus etiam persona confirmet: quis enim ferat puerum, aut adolescentulum, aut etiam ignobilem, si judicet[8] in dicendo, et quodammodo præcipiat? *En-* 9
thymema[9] quoque est omne, quod mente concipi-

loco *proprium* subjicitur, quod est magis singulare. Turn.

1. *An possim.* Turic., *a. possis*, cum Alm.—Hanc tragœdiam quam desideramus, Fabius laudat lib. X. Hic Ovidii versus videtur desumptus ex illo in Ciri (cujus poem. est auctor Corn. Gallus, non autem Virgilius): « ut me, si servare potes, « ne perdere mavis. » Ed.

2. *Hominis.* Turic., *nominis*, cum Alm.

3. *Est, id*; ita nos e conjectura; inseritur enim a libris *et*, ut et mox post *pronunciant*, quod et ipsum expunximus.

4. *Quod*; sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 1, 2. Reliqui *quidem*.

5. *Id quod ubique.* Opponitur hoc illis: *in hoc genere.* In omni enim ornandi ratione, ne sæpius recurrat idem artificium, sedulo cavendum.

6. *Qui hæc καθολικὰ vocant.* Hoc artis vocabulum imponentes sententiis falluntur simul ita ut, quidquid speciem habeat sententiæ, non investigata ejusdem veritate, tuto ubique, quoniam καθόλου, ponere posse videantur. Vide Ern. in Lex. technol. qui docet καθολικὸν λόγον eumdem esse τῇ γνώμῃ.

7. *Dicantur... decent.* Turic. Flor. Guelf. utrobique singularem cum aliquot Codd. et edd. Alii fluctuant nunc prius, nunc posterius singulariter efferentes, nec constat lectio ante Gryph.

8. *Judicet... præcipiat*, agat partes judicis, et magistri. Malim prope *qui* præ *si*.

9. *Enthymema.* Vide Cic. Topic., capite 13. Ed. — *Omne.* Camp.

mus[1]: proprie tamen dicitur, quæ est sententia ex contrariis, propterea quod eminere inter cæteras[2] videtur, ut Homerus *poeta*, *urbs* Roma: de hoc in argumentis satis dictum est[3]. Non semper[4] autem ad probationem adhibetur, sed aliquando ad ornatum, *Quorum*[5] *igitur impunitas, Cæsar, tuæ clementiæ laus est, eorum te ipsorum ad crudelitatem acuet oratio?* non, quia sit ratio dissimilis[6], sed, quia jam per alia, ut id injustum[7] appareret, effectum erat. Et addita in clausula est epiphonematis modo non tam probatio, quam extrema quasi insultatio: est enim epiphonema rei narratæ, vel probatæ summa acclamatio,

Tantæ[8] molis erat romanam condere gentem!

Facere enim probus adolescens periculose, quam perpeti[9] *turpiter maluit.* Est et, quod appellatur[10] a novis νόημα[11]; qua voce omnis intellectus accipi potest: sed hoc

Andr. Bodl., *quod omnes mente.* Ed.

1. *Concipimus.* Turic. Flor. (a pr. manu uterque) Guelf., *concepimus*, cum Bern. — Eadem nostri. Ed.

2. *Inter cæteras.* Capper., *inter cætera;* supple enthymematum genera. Male. Nostri omnes *inter cæteras.* Bene, nempe sententias, de quibus hic agitur. Ed.

3. *De hoc... dictum est.* Vide lib. V, cap. 10, §. 2.

4. *Non semper.* Attamen *enthymema* ad ornatum et ad motum valet, quum in clausula ponitur, re jam tractata et confirmata: itaque non docet, sed duntaxat movet. Turn.

5. *Quorum igitur.* Ex Cicer. pro Lig., §. 4. Ed.

6. *Non, quia... dissimilis.* Probat sane hoc ipsum a Cicerone positum enthymema, sed hic quidem probationis causa non est positum.

7. *Injustum.* Gesn., *justum* per sphalma, quod propagarunt Bipontini.

8. *Tantæ.* Virg. Æn. I, v. 37. Ed.

9. *Perpeti turpiter.* Turic. Flor., *perturpiter,* ex Alm. afferunt *turpiter.* (Vide VIII, 4, 12; item hic 24.) — *Quam perpeti.* Ex Cicerone pro Milone, 4. Ed.

10. *Novis.* Gesn., *nobis,* per sphalma repetitum Bipontinis. — In rhetoribus ipsis *novos* discernit a *veteribus*, non in oratoribus solis. Vide dicta ad IV, 2, 118; item exempli causa IX, 2, 42; X, 1, 41.

11. Νόημα. Nonnulli interpretantur νόημα sententiam, quæ ad locum communem, aut ad sententiam

nomine donarunt ea, quæ non dicunt[1], verum intelligi volunt, ut in eum, quem sæpius a ludo [2]redemerat soror, agentem cum ea talionis, quod ei pollicem dormienti recidisset, *Eras dignus, ut haberes integram manum:* sic enim[3] auditur, *ut depugnares.* Vocatur aliquid 13
et *clausula:* quæ, si est, quod *conclusionem* dicimus, et recta[4] et quibusdam in partibus necessaria est: [5]*Quare prius de vestro facto*[6] *fateamini necesse est, quam Ligarii culpam ullam reprehendatis:* sed nunc aliud[7] volunt, ut omnis sensus[8] in fine sermonis feriat aurem. Turpe 14

aliam alludat. Fabius appellat, quum aliud *dicitur*, et aliud *intelligitur.* Turn. — Τὸ νόημα, Vossius aliter exponit Instit. Orat. V, 13, 5; ubi ad χρείαν et ad γνώμην refert: sed νόημα Fabianum multam habet affinitatem cum ἐμφάσει, quam rhetor Herennianus vocat *significationem.* De *Emphasi* vide Fab. VIII, 2 et 3; IX, 2. Capp.

1. *Dicunt.* Goth., *dicuntur*, cum Voss. 2. Idem velle videntur Turic. Flor. Alm. qui post nostrum subjiciunt *ut.* Et fortasse passivum elegantius. — *Dicunt;* sic Avic. Poul. RR. 3, 5, 7, 10, Camp. Andr. Jens. *Dicuntur;* sic Vall. lib. RR. 8, 9, 12. Ed.

2. *A ludo redemerat.* Ablegat Gesnerus ad Lipsium Saturnall. II, 3, 5; multa veterum loca ponentem, quibus apparet, liberos quoque se auctorasse lanistis ad depugnandum in arena.

3. *Sic enim... depugnares.* Significatum *audiendi* pro *subaudiendo* iterum habet Noster IX, 3, 58; ex quo loco et hic pro *sic* reponendum *simul* necessario videtur. Item *auditur* pro *additur* reposuerunt VV. DD. in Julio Rufiniano, pag. 272, Ruhnk. cujus vide notam, ut et Capper. ad eumdem scriptorem. *Depugnare* proprium gladiatorii spectaculi et suspicor inesse vim etymi in præpositione *de*, ut intelligatur pugna ad mortem protracta, quod suadet et noster locus et alter in Declamn. IX, p. Bip. 175. « ad- « huc necessitatis gladiator *depu-* « *gnare etiam* volebam. » Vide Drakenb. ad Liv. VI, 3, 9; XL, 34, 6. — Vide infra §. 20, *ad digitum pugnavi.* Ed.

4. *Recta;* sic Obr. Cæteri quidem omnes *recte*, quod ferri nequit, nam ut, quod monet Badius, repetatur huc *vocetur ita*, contortum fuerit et inelegans. — *Recte;* sic plerique nostri. Ed.

5. *Quare... reprehendatis.* Cicer. pro Ligario, §. 1. Ed.

6. *Vestro facto;* sic Turic. Flor. Reliqui *facto vestro.*

7. *Aliud;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Almel. Voss. 2, et edd. ante Ald. quo acc. Obr. Reliqui *illud*, conjectante Regio. — Omnes nostri *aliud.* Bene. Nempe *aliud*, quam quod supra dictum est. Ed.

8. *Ut omnis sensus;* sic Turicens.

autem ac prope nefas ducunt[1], respirare ullo [2]loco, qui acclamationem [3] non petierit: inde minuti corruptique[4] sensiculi, et extra rem petiti: neque enim possunt tam multæ bonæ[5] sententiæ esse, quam necesse est multæ sint clausulæ. Jam hæc magis nova sententiarum genera: *Ex inopinato:* ut dixit [6]Vibius [7]Crispus in eum, qui, quum loricatus in foro ambularet, prætendebat id se metu facere, *Quis*[8] *tibi sic timere permisit?* et insigniter Africanus[9] apud Neronem de morte matris, *Rogant*[10] *te, Cæsar, Galliæ tuæ, ut felicitatem tuam fortiter feras.* Sunt et *alio relata,* ut Afer Domi-

Flor. (hic a. pr. manu) Guelf. cum Gothan. Alm. Voss. 2. Reliqui post *ut* inserunt *omnis locus.* Voss. 1, vicissim omittit, ut fertur, *omnis sensus.* — Eadem nostri. Ed.

1. *Ducunt.* Put. Prat. Jenson., *dicunt.* Ed.

2. *Ullo loco.* Turic., *illo l.*, cum Alm. non prorsus male. — Solus R. 7, *illo.* Ed.

3. *Acclamationem.* Hic *acclamatio* est actus, quo auditores dicenti acclament; non autem figura, quæ Græcis ἐπιφώνημα dicitur, et a Fabio mox definiebatur: *summa rei narratæ vel probatæ acclamatio.* Capp.

4. *Corruptique.* Turic., *corrupti;* a sec. man., *et corrupti,* et sic. Camp.

5. *Bonæ.* Omittunt Guelf. et Obr. Mox Camp. inter *est* et *multæ* inserit *ut.* — Τὸ *bonæ* omittunt RR. 3, 5, 10. Ed.

6. *Vibius.* Turic. Flor., *Bibius* (vide VI, 3, 73). Camp., *Urbius.*

7. *Vibius Crispus.* Vide lib. V, cap. 13, §. 48.

8. *Quis... permisit?* Dicendum erat: *Quis auctor est tui timoris?* Sed, ut significaret hominem meticulosum, dicit præter opinionem, ab eo, non ab alio ortum illum timorem. Turn.

9. *Africanus.* Non dubito quin hic sit Julius Africanus orator (vide X, 1, 118; XII, 10, 10, 11; it. Tacit. Dial. de Oratt. c. 15), quem Neroniani ævi demonstrat dictum de eo Crispi Passieni relatum Plinio minori VII, 6, 11 (vide Nostr. VI, 1, 50). Quod enim Sextium Africanum a Tacito memoratum Annal. XIII, 19; XIV, 46, huc trahit Burmannus, quia posteriore Taciti loco Galliarum censum egisse dicatur, levius videtur, nec in opere suo Quint., si alium ab oratore designasset, simpliciter ita cognomen positurus erat. Pro *apud Ner.* autem legendum censeo *ad N.* (vide Drakenb. ad Liv. III, 10, 3).

10. *Rogant te... feras.* Dicendum erat, ut mortem matris fortiter feras; sed quum Nero matrem, ut insidiatricem, esse interfectam diceret, ejusque mortem suæ tribueret felicitati, sic Africanus præter opinionem dixit, ut tamen clam notaret parricidium. Turn.

tius, quum Cloantillam[1] defenderet[2], cui objectum crimen, quod virum, qui inter rebellantes fuerat, sepelisset, remiserat Claudius, in epilogo filios ejus alloquens, *Matrem*[3] *tamen*, inquit, *pueri sepelitote.* Et 17
aliunde petita, id est, in alium locum ex alio *translata:* ut[4] pro Spatale[5] Crispus, quam qui heredem amator instituerat, decessit, quum haberet annos duodeviginti, *O hominem*[6] *divinum, qui sibi indulsit!* Fa- 18

1. *Cloantillam.* Flor. Turicens. Guelf. Camp., *Cloatillam. N* interponit primus Jens. sed jam Goth. nisi aberravimus. Voss. 1, 3, *Clotillam* (vide IX, 2, 20). Nomen hoc quidem est in neutro Inscriptionum corpore. — *Cloatillam;* sic Avic. Put. Poul. RR. 3, 5, 10, Andr. *Cloantillam*, cæteri. Ed.

2. *Defenderet.* Turic. (a pr. manu) *defenderat.*

3. *Matrem... sepelitote.* « Videntur igitur ipsi matrem accusasse « filii, quos ita pietatis admonuerit « Domitius, quasi diceret, nolite « metuere iram Cæsaris in sepelienda olim matre, amat ille pietatem, « ignovit matri vestræ contra legem « sepelienti virum: magis ei placebit ista pietas, quam impia hæc « vestra accusatio. Sed res aliunde « quum nota non sit, nihil equidem « definiam. » Gesnerus. Si in hac ipsa sepulti mariti causa defendeat Cloantillam Domitius, minus apte videtur dici hæc sententia «*alio « relata,* » nec cadit defensio in eam, cui crimen objectum jam *remiserat* Claudius.

4. *Ut... qui.* Omittunt hanc utramque particulam Turic. Flor. Guelf. Camp. cum MSS. fere omnibus et edd. ante Ald. Nostrum Regius conjecit. Obr. MSS. scripturam retinens post *instituerat* inserit *et.* Ante *hominem* autem *O* mei omittunt MSS., exc. Flor., et reliqui fere, quibus accedit Camp.—Tò *ut* ac τὸ *qui* omittunt omnes nostri. Attamen solus Put. a sec. manu antiqua inserit *qui* post *amator.* Ed.

5. *Spatale;* sic Turic. cum Gesn. et vetustis. A Gryphio inde *Spathalè*, vitiose.

6. *O hominem... indulsit!* Eum, qui *sibi indulserit*, bona sua abligurisse, nec quidquam heredi illi suæ reliquisse, quum se brevi moriturum *divinaret*, apparet quidem: sed quomodo hæc sententia sit *ex alio in alium locum translata*, id doceri velim, nisi forte hæc ipsa verba in alia oratione fuerant olim sic posita, ut nunc plane novum sensum consciscerent. Hoc tamen si voluit Fabius, parum est elocutus, quum præsertim non sit decantatus aliquis locus, qui hic repetitur. Nam fuisse talem, omnibusque Quint. legentibus notissimum, vaga est, nec probanda conjectura. *Pro* Spatale autem hoc potuit dici, quo minus crederetur illa venenum tentasse in adolescente, quem pauperem moriturum videret. *Habere annos duodeviginti* vide ad VI, 3, 73. *Spatale* nomen meretricium legitur apud Martialem II, 52; item

cit quasdam sententias sola *geminatio*[1]: qualis est Senecæ in eo scripto, quod Nero ad senatum misit occisa matre, quum se periclitatum[2] videri vellet, *Salvum me esse*[3] *adhuc nec credo, nec gaudeo*: melior, quum ex contrariis valet, *Habeo*[4], *quem fugiam*[5]; *quem sequar, non habeo: quid*[6], *quod miser, quum loqui*[7] *non*
19 *posset, tacere non poterat?* Ea vero fit pulcherrima, quum aliqua comparatione clarescit: Trachalus contra Spatalen, *Placet hoc ergo, o leges*[8], *diligentissimæ pudoris custodes, decimas uxoribus*[9] *dari, quartas meretri-*

Varronem in Fragmm., p. Bip. 288. Etiam Nereidos apud Claudian. Epithalam. Hon. et Mar. 167. Eamdem in hac causa accusavit Trachalus, §. 19 (vide VI, 3, 78).

1. *Geminatio.* Est ea in repetita conjunctione *nec, nec,* in quâ sola hic sententiæ acumen.

2. *Se periclitatum.* Turic., *se periclitas,* cum Alm. Ille a sec. manu *se periclitans.* Repone *ipse periclitatus.*

3. *Me esse.* Turic. Flor. Camp. omittunt *me,* cum Alm.

4. *Habeo... non habeo.* Cic. ad Att. VIII, 7. Vide VI, 3, 109. — Dictum est Ciceronis de Cæsare et Pompeio parantibus bellum civile. Turn.

5. *Quem fugiam.* Turic. omittit cum Alm.

6. *Quid, quod.* Turic., *quidquid;* a sec. manu *qui quod.* Camp., *qui quidem.* — Omnes nostri receptam habent. Ed. — *Quid, quod miser.* « Laudat hic Pithœus Hieronymum « ad Oceanum, *Postea vero, Pisoniano vitio, quum loqui non posset, tacere non poterat.* Videntur « itaque sumpta esse ex Tullii in « Pisonem oratione, qua parte hodie integra non est; dictum certe « de Pisone aliquo. » Gesnerus. Hisce acquiescendum quidem, quum certiora nusquam ostendantur. Quid sit, quod Burmannus ablegat ad Erasmum in Adagiis titulo *imperitiæ,* non exputo, neque enim in ullo eorum, quæ ad hunc titulum referuntur, proverbio mentionem reperio nostri loci.

7. *Loqui.* Turic., *bol.* Florent., *bob.*, quasi sit compendium pro *bobus.* Neque tamen quidquam latere ibi videatur, præter receptum.

8. *O leges.* Turic. Guelf. Camp. omittunt *o,* cum Goth. Alm. Voss. 2, et edd. ante Gryph. — Solus Put. in margine *o.* Ed.

9. *Decimas uxoribus.* Constitutum erat lege Julia et Papia Poppæa, ut matrimonii causa uxori, quæ liberos non haberet, nonnisi decima legaretur, et pro numero superstitum ex priore matrimonio liberorum totidem decimæ. Vide Jurispr. Ante-Just. Schult., p. 609; item Gothofr. ad Cod. Theod. tom. II, p. 648, quorum uterque nostro loco utitur. Supra §. 17; latius modo heredem Spatalen instituisse perhibetur amator; hic apparet, ex

cibus? sed horum quidem generum et bonæ[1] dici possunt, et malæ. Illæ semper vitiosæ[2], *a verbo, Patres conscripti; sic enim incipiendum est mihi, ut memineritis patrum:* pejus adhuc, quo magis falsum est, et longius petitum[3], contra eamdem sororem gladiatoris cujus modo feci mentionem, *Ad digitum*[4] *pugnavi.* Est

quarta parte. Licuisse tum etiam probrosis feminis legata capere recte observat, qui hic citatur a Burmanno, Perizonius de lege Voconia, p. 144 (ed. Heineccii, Magdeburgi 1722, 4), quum postea hoc vetitum fuerit a Domitiano Suet., c. 8. Quidquid præterea disputat Perizonius de portione Spatalæ legata, ad locum intelligendum non facit. — *Dari.* Jens. ab emend. Ald., *dant*; sed nihil opus est mutare: dari pendet a τῷ *placet.* Ed.

1. *Bonæ... malæ* Turicens. Flor. Guelferb. Camp., *bene... male*, cum Goth. Alm. Voss. 2. — *Bonæ... malæ.* Nostri omnes, except. Poul. R. 7, Jensonio, Ald., habent *bene... male.* Ed.

2. *Vitiosæ, a;* sic Turic. Camp. cum Goth. Vall. *V. aut*, Guelferb. cum Voss. 1, 2, 3. *V. aut a*, Flor. Bern. *V. abuti*, Obr. Jens., *v. uti*, cum posterioribus ante Basil. Reliqui *v. uti a.* — Eadem nostri. Ed.

3. *Petitum.* Solus R. 7, *petitur.* Ed.

4. *Ad digitum.* Turic. Flor., *additum.* Ille a sec. manu *aditum*, hic nostrum, cum priore manu facit Alm. A Basil. inde ante Gesn., *at digito.* Sed Basil. ante *pugn.* inserit *non*, Voss. 2, Ald., *mihi;* Camp., *nihil;* et Obr. pro *pugn.* ponit *parentavi.* Joann., *ad dig. pugna mihi.* Nostrum est in Guelf. Vall. Voss. 1, 3, Goth. Bern. Bongarsiano Salmasii ad Hist. Aug., vol. II, p. 830. — *Ad digitum pugnavi;* sic omnes nostri, nisi quod nonnulli ante *pugnavi* inserunt *mihi.* Ed. — Hæc locutio nonnisi uno, præter nostrum, loco adhuc inventa est a VV. DD. in vetere epigrammate, quod tribuitur Martiali, Spectacc. XXIX, v. 5. (Nam quod eam trahit ad Faliscum suum Caspar Barthius Cyneg., v. 12, alienum est.) Sufficit tamen hæc duorum scriptorum congruentia, ad tenendam eam, quæ hic legitur, verborum constitutionem; ad explicandam eamdem, non item; neque enim magis apud Martialem, quam Nostri verbis apparet, quid sit *ad digitum pugnare.* Sumunt quidem, et maxime Ramiresius de Prado ad Martialem, esse hoc: pugnare eo usque, donec alteruter gladiatorum exerto digito victum se fateatur; sed probationem desidero, quum Scholiastes Persii ad V, 119, perperam accipiat poetæ locum, cui illustrando adhibet hoc quod narrat « Tractum a gladiato-« ribus, qui victi, ostensione digiti « veniam a populo postulabant. » Vide Casaub. in comment. Hic quidem, quidquid est de significatione locutionis in arena, apparet ludi in vocabulo *digiti.* Deflexit enim iste toties auctoratus *digitum* illum ad pollicem, quem sibi soror recidisset (vel *præcidisset*, ut vult Burm. ad §. 12). Scaligeri quidem epigrammatis interpretationem, miram pro-

etiam generis ejusdem, nescio an vitiosissimum, quoties verborum ambiguitas cum rerum falsa quadam similitudine jungitur: clarum auctorem[1] juvenis audivi, quum lecta[2] in capite[3] cujusdam ossa sententiæ gratia tenenda matri dedisset, *Infelicissima femina,*
22 *nondum extulisti filium, et jam ossa legisti.* Ad hoc plerique minimis etiam inventiunculis gaudent, quæ excussæ risum habent[4], inventæ facie ingenii blandiuntur: de eo, qui naufragus, et ante agrorum sterilitate vexatus, in scholis fingitur se suspendisse, *Quem nec terra*
23 *recipit, nec mare*[5]*, pendeat.* Huic simile in illo, de quo supra[6] dixi, cui pater sua[7] membra laceranti venenum dedit, *Qui hæc edit, debet hoc bibere:* et in luxuriosum[8], qui ἀποκαρτέρησιν[9] simulasse dicitur, *Necte laqueum, habes, quod faucibus tuis irascaris: sume venenum,*
24 *decet luxuriosum bibendo mori.* Alia vana: ut[10] suaden-

fecto, videre est apud Burmannum secundum Anthol., vol. I, p. 470, huic probatam, non mihi.

1. *Auctorem.* An forte *actorem?*

2. *Lecta in capite... ossa.* Vide lib. VI, cap. 1, §. 30.

3. *In capite;* sic Turic. Guelf. Flor. Camp. eum Alm. Goth. Voss. 1, 2, 3, Bodl. Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Gryph. Reliqui *e capite.* — Omnes nostri *in capite.* Ed.

4. *Risum habent.* Si ullus, præter locum Horatii (carm. 14, 15, 16), usus posset ostendi, amplecterer hic ego græcismum, ut esset *r. debent* (vide IX, 2, 5). Est enim *habendi* verbum nimis, ut videtur, dissolutum. Quamquam vide not. ad IV, 1, 42. *Excussæ* autem opponuntur hic *inventis,* id est, diligentius inspectæ iis, quæ quum primum ab oratore *inveniuntur,* placent suo auctori. Vide lib. XII, cap. 10, §. 73.

5. *Mare.* Turic. Flor. (a sec. manu uterque) Camp. Goth., *in aere.* — Solus R. 9, *in aere.* Ed.

6. *Supra.* VIII, 2, 20.

7. *Sua.* Τὸ *sua* refertur ad participium *laceranti.* Ed.

8. *In luxuriosum.* Avic. R. 9, et apud Burm. Voss. omnes *in luxurioso.* Non male; respondet enim τοῦς *in illo.* Ed.

9. *Qui ἀποκαρτέρησιν.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) Camp., *quia in apoteca frenesim,* cum Alm. — Sic quoque solus R. 12. *Procarteresim;* sic solus Poul. Ed. — Ἀποκαρτέρησιν. Notus est Hegesiæ liber ἀποκαρτερῶν, de quo Cic. Tusc. I, 34. Ingeniosus hic Noster luxurioso suadet aliam quam ab inedia mortem.

10. *Ut suadentis.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) Gothan. (tac. Gesn.)

tis purpuratis[1], ut Alexandrum Babylonis[2] incendio sepeliant, *Alexandrum sepelio, hoc quisquam spectabit e tecto*[3]*?* quasi vero id sit in re tota indignissimum: alia nimia; ut de Germanis dicentem quemdam audivi, *Caput nescio ubi*[4] *impositum*[5]: et de viro forti, *Bella umbone*[6] *propellit*[7]. Sed finis non erit, si singu- 25
las corruptorum persequar[8] formas: illud potius, quod est magis necessarium: duæ sunt diversæ opiniones; aliorum sententias solas[9] pæne spectantium[10], aliorum omnino damnantium: quorum mihi neutrum admodum placet. Densitas earum obstat invicem; ut in[11] satis 26
omnibus fructibusque[12] arborum[13] nihil ad justam magnitudinem[14] adolescere potest, quod loco, in quem cre-

Camp., *suadentis*, cum Alm. Voss. 2. Sed Guelf., *suadentis*, cum Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Ald. *Ut* inseruit Regius.

1. *Purpuratis.* Scribunt quoque historici, Alexandri duces deliberasse de incendenda Babylone, ut hoc modo nobilitaretur sepultura Alexandri. Turn.

2. *Babylonis incendio sepeliant, Alexandrum.* Hæc omittunt Avic. Put. Poul. RR, 3, 5, 10. Ed.

3. *E tecto.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *a t.*, cum Goth. Alm. Voss. 1, 2, 3, Vall. — *A tecto;* sic omnes nostri. Ed.

4. *Nescio ubi.* Feliciter conjectare videtur Gesnerus *nubi*, nec audiendus præ hoc Obrechtus, qui sic: *nescio ubi in nube positum.* — Videtur allusio esse ad proceritatem Germanorum. Turn.

5. *Impositum.* Vall. lib. a sec. manu post τὸ *impositum* habet *suspicit.* Ed.

6. *Umbone.* Turic., *vir bone* (ex Almel., *verbone*. Vide §. 11; VIII, 6, 11); a sec. manu *vir bene*, et sic Camp. *Viti bonæ*, Guelferb. Prima Flor. man. plane erasa.

7. *Propellit;* sic Put. a sec. manu, Vall. lib. RR. 7, 8, 9, 12, Camp. Andr. Jens. Aldus. *Propello;* sic reliqui. Ed.

8. *Persequar.* R. 7, Ald. et apud Burm. Locat., *prosequar.* Ed.

9. *Solas.* Turic. Camp. omittunt.

10. *Spectantium.* Malim *sectantium*, ut mox §. 30, *captanti.*

11. *Ut in satis.* Vide VIII, Pro. 23.

12. *Fructibus.* Turic., *fluctibus*, cum Alm. Vide VIII, 6, 6.

13. *Arborum.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) *armorum*, cum Alm. vicissim (Turic. quidem a pr. manu) VIII, 6, 12. *arvorum*, Goth. Voss. 2, cum edd. ante Gryph. exc. Ald. Gesnerus utrumque ex rusticorum scriptorum auctoritate defendit. Mihi in nostra constitutione *omnibus* videtur magnopere jacere. — Eadem nostri. Ed.

14. *Magnitudinem.* Turic. Flor. Camp., *multitudinem*, cum Almel.

scat, caret; nec pictura, in qua nihil circumlitum[1] est, eminet[2]: ideoque artifices, etiam quum plura in unam tabulam opera[3] contulerunt[4], spatiis distinguunt, ne
27 umbræ in corpora cadant. Facit res eadem [5]concisam quoque orationem: subsistit[6] enim omnis sententia, ideoque post eam utique aliud est initium: unde soluta[7] fere oratio, et e singulis, non membris, sed frustis collata, structura caret, quum illa rotunda[8] et un-
28 dique[9] circumcisa insistere invicem nequeant. Præter hoc etiam color ipse dicendi quamlibet claris[10], multis tamen ac variis velut maculis conspergitur: porro, ut afferent[11] lumen clavus et purpuræ, in loco in-

1. *Circumlitum est.* Hoc est gallice, *les ombres du tableau.* CAPP.

2. *Eminet.* Gallice, *avoir du relief.* CAPP.

3. *Opera.* Turic. CAMP. omittunt. Exempto hoc quidem vocabulo, quæri potest, *plura* illa sintne ad unam picturam pertinentes hominum formæ, an, quod exprimitur diserte admisso illo *opera*, picturæ diversæ uni tantum tabulæ impositæ. Hujusmodi veterum opera nobis quidem relicta novimus nulla. Fateor me, quid faciam illi *etiam*, quove illud loco ponendum censeam, non invenire. Otiosum enim est, si ad *artifices* referas, sin *etiam tum, quum contulerunt, distinguere eos* dicas, alienum plane fuerit, quum ejusmodi distinctio in tali ratione necessaria sit, nec fiat *etiam*.

4. *Contulerunt.* R. 12, et apud Burm. Voss. 1, 3, *contulerint.* ED.

5. *concisam.* Jens., *conscissam.* PUT. Prat., *confusam.* ED.

6. *Subsistit.* Τὸ *subsistit* respondet verbo græco ἱστάναι, id est, per se sola *subsistit* etiam seorsum a reliquis totius orationis partibus. CAPPER.

7. *Soluta... oratio.* Vide IX, 4, 19. — *Soluta.* Id est, minime connexa. ED.

8. *Rotunda.* Metaphora esse videtur ducta ab orbiculis, rebusque rotundis, quæ propter levorem nec possunt adhærescere, nec conjungi, quemadmodum nec *sententiæ* possunt *insistere invicem*, id est, inter se hærere. TURN.

9. *Undique.* R. 9, et apud Burm. Voss. 2, *utique.* ED.

10. *Claris;* sic Turic. (a sec. manu, a prima quidem *daris*) Flor. Guelf. cum Gothan. Voss. 1, 2, 3, Vall. Bern. et edd. ante Ald. Reliqui *clarus*, quod Regius reposuit. Videtur tamen hoc jam esse in CAMP.—*Clarus;* sic Put. Prat. Andr. Jens. ab emend. *Claris;* sic reliqui. ED.— *Quamlibet claris... maculis.* Horat. ad Pis. 15. « *Purpureus late qui splendeat... pannus.* »

11. *Afferent.* Turic., *adfertur;* a sec. manu *auffertur.* Flor., *affertur.* Guelf., *offerrent.* CAMP., *affe-*

sertæ[1], ita certe neminem deceat intertexta pluribus notis vestis. Quare, licet[2] hæc enitere[3], et aliqua- 29
tenus exstare videantur, tamen lumina[4] illa non flammæ[5], sed scintillis inter fumum emicantibus similia

rant. Jens., *affert*, cum edd. ante Obrecht. Equidem simplicissimum existimo, ut *afferunt* fiat ex vetustissima scriptura. — Omnes nostri Codd. habent recept. lect. exc. R. 10, Andr. Poul. qui dant *afferant*. Ed. — *Clavus. Clavi* dicebantur in tunicis senatorum purpurei quidam nodi, capitis clavorum instar, qui suo loco inserti, tunicam exornabant. Roll. — *Clavus et purpuræ.* Probo eam Burmanni rationem, ut hæc de lato clavo et prætexta disjunctim capiantur, nec fiat ἓν διὰ δυοῖν, quod prosæ indecorum sit. Utitur verbis nostris Baysius in Grævii thesauro, tom. VI, pag. 74. — *In loco;* sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Reliqui omittunt *in*.

1. *Insertæ;* sic libri omnes præter Jens. et edd. posteriores ante Obr. Eæ quidem *insertus*, (aliquot, per errorem *incertus*) frustra probante Gesnero, quum sit manifesta correctio omittentium *et*, quoque ante *purpuræ*. Pro *clavus*, Guelf. Camp., *clarius*, cum aliquorum marg. — Sic quoque R. 10, Poul. itaque sic scribit Poul.: *ut afferant lumen clarius purpuræ in loco insertæ.* Item R. 10, nisi quod inserit *et* post *clarius*, et omittit *in* ante *loco*. Ed.

2. *Quare, licet... dixeris.* Sunt in hisce leviculi quidam errores, de quibus aptius disputatur in nott. seqq.

3. *Enitere.* Turic. Flor. (a pr. manu uterque) Guelf., *et nitere*, cum Basil.

4. *Tamen lumina.* Turic. Flor. Camp. inserunt *et*, cum Voss. 1, 3, et edd. ante Gryph. — Omnes nostri inserunt *et*, except. Vall. lib. RR. 8, 9. Ed.

5. *Illa non flammæ, sed scint.* Turic., *illa et sc.* (a sec. manu *illa sc.*) cum Alm. Flor. (a pr. manu) *non fl. sed* omittit. Totius sensus rationem consideranti apparet, prius obvia sententiarum commoda tangi, mox cautionem subjungi, quare nonnisi raræ possint placere. Commendantur eo quod supra cætera exstare videntur, et elegantius ibi legetur « *et* nitere *et* exstare »; quum *enitere* et *exstare* nimis similia sint ejusdemque sententiæ. A conjunctione inde *tamen* earumdem incommoda recensentur, quæ sunt in exiguo illo nec nisi per umbram apparente, quod præbent, lumine, et in crebris parvisque, quibus attolluntur, conatibus. Jam duplex hæc ratio manifestior erit, *et* ante *lumina* servato, quod referatur ad alterum « *et, quæ crebris.* » Eamdem ob causam *non flammæ sed* minus aptum loco, et malim cum secunda Turic. manu (quamquam alioqui prior solet assensum imperare) « et lumina illa scintillis... « emicantibus similia dixeris. » Si primæ manus *et* retines ante *scint.*, locum ita expedias: hæc ipsa, de quibus agitur (id est sententiæ) *et* sunt appellanda *lumina*, *et* sunt similia *scintillis*, quo ipso apparet, nonnisi inter umbras ea posse habere decorem. *Lumina* autem pro-

dixeris : quæ ne apparent quidem, ubi tota lucet oratio; ut in sole sidera ipsa desinunt cerni : et, quæ crebris parvisque conatibus se attollunt, inæqualia tantum, et velut confragosa, nec admirationem consequuntur[1] eminentium, et planorum gratiam perdunt. Hoc quoque accedit[2], quod solas captanti sententias multas dicere necesse est[3] leves, frigidas, ineptas; non enim potest esse delectus, ubi numero[4] laboratur : itaque videas et *divisionem* pro sententia poni, et argumentum, si tamen[5] in clausula et calce[6] pronuncietur : *Occidisti uxorem ipse adulter : non ferrem te, etiamsi repudiasses*, divisio est; *Vis scire*[7], *venenum esse amatorium? viveret*

prium in hac re vocabulum. Quid lucis lucrari possit locus noster ex eo, quem demonstrat Burmannus, Philostr. (Vit. Soph. I, 24, 2) non exputo, nisi forte male citavit. Voluit profecto græca aliqua a se lecta testari, et est relinquendus suo, quem laudat, Oleario.—*Non flammæ, sed scintillis;* sic omnes nostri Codd. Ed.

1. *Consequuntur.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *consequentur*, cum Goth, Voss. 2, Jenson. Tarv. Non video, quomodo coeat cum *perdunt*, quod omnes retinent.— Soli RR. 5, 9, Prat. Andr. Ald., *consequuntur.* Ed.

2. *Accedit;* sic Turic. Flor. Guelf. cum Alm. Voss. 2, Goth. Leid. Reliqui *accidit. Huc q. accedit*, quod est in marg. Basil. et conjecit Davisius ad Ciceron. Nat. deor. lib. II, 13, pravum habet positum τοῦ *quoque.* Addit tamen nostro ille auctorem Cod. Joann. — RR. 7, 12, Camp. Andr. Jens. Ald., *accidit.* Reliqui *accedit.* Ed.

3. *Dicere necesse est;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Reliqui *n. e. d.*

4. *Ubi numero.* Plane assentior Gesnero conjectura inserenti *de.*

5. *Si tamen.* Guelf., *sit tamen.* Turic., *sit tantum*, cum Voss. 1, 3, et Obr. sed hic *sit tantum*, pessime. Flor. (a pr. manu) *sit* solum. Nostrum e conjectura (vide II, 15, 4; XI, 3, 3; XII, 11, 29). Reliqui *si tantum*, ut et Turic. a sec. manu. — Eadem nostri. Ed.

6. *Clausula et calce.* Turic., *clausulæ calde.* Flor., *clausulæ tantum caudæ.* Guelf., *clausula et male*, cum Voss. 1, 3, Bern. nisi quod omittunt *et.* Camp., *clausulæ calce*, cum Turic. Flor. (sec. manu utroque) Goth. Voss. 2, et edd. ante Stoer. Veram esse scripturam in Turic. suspicor. *clausula et calde* (vel *calide*) scil. *pronuncietur.* Impetus enim et affectus pronunciandi argumento ipsi speciem impertit sententiæ. Vulgatæ quidem iterationis languor ferri nequit.

7. *Scire, venenum.* Turic., *scireci v.* Camp., *scire ei v.* An fuit *scir enim v.?*

homo, nisi illud bibisset, argumentum est: nec multas plerique sententias dicunt, sed omnia tamquam sententias. Huic quibusdam contrarium studium, qui fu- 32
giunt ac reformidant omnem hanc in dicendo voluptatem, nihil probantes, nisi planum, et humile, et sine conatu: ita, dum timent, ne aliquando cadant, semper jacent: quod enim tantum [1] in sententia bona crimen est? non causæ prodest? non judicem movet? non dicentem commendat [2]? Est quoddam genus, quo [3] veteres 33
non utebantur: ad quam [4] usque nos vocatis vetustatem? nam, si ad illam extremam, multa Demosthenes, quæ ante eum nemo: quomodo potest probare [5] Ciceronem, qui nihil putet ex Catone Gracchisque mutandum? sed ante hos simplicior adhuc ratio [6] loquendi fuit. Ego vero hæc lumina [7] orationis, velut oculos 34
quosdam esse eloquentiæ credo; sed neque oculos esse toto corpore velim, ne cætera membra officium suum perdant: et, si necesse sit, veterem illum horrorem dicendi malim, quam istam novam licentiam: sed patet media quædam via [8], sicut in cultu victuque [9] accessit

1. *Tantum... crimen.* Malim fere *tandem... crimen.*

2. *Commendat? Est;* sic Guelf. cum Voss. 3, et edd. ante Bad. sec. *C. Sed,* Turicens. Florent. cum Alm. Illorum tamen uterque a sec. manu *c. Sed est,* et sic Camp. Reliqui *c. At est.*

3. *Veteres.* Vide IV, 2, 118. Sed inprimis, indicante Gesnero, XII, 10, 48. Fortasse et hic melius fuerit *ratio eloquendi.*

4. *Ad quam.* Turic. Flor. (hic a sec. manu) Camp. Goth. (tac. Gesn.) omittunt *ad*, cum Alm. *Et a. q.*, Guelf. cum Voss. 1, 3, Bern. Basil. *Et q.*, Jens. cum edd. ante Gryph. Correxit Regius. A Voss. 2, absunt *ad quam... illam,* a Goth. non item.

5. *Probare Ciceronem;* sic Turic. Flor. Camp. Reliqui *C. p.*

6. *Ratio loquendi;* sic Turicens. (cum Flor. Alm. nisi quod hi *oratio*) Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Stoer. Reliqui *l. r.*

7. *Lumina.* Cicer. III, de Orat. *lumina* et *insignia* vocat. Ed.

8. *Via.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) *die*, cum Alm.

9. *Victuque.* Turic., *victu;* a sec. manu *et victu.* Camp., *et in victu.*

aliquis citra reprehensionem nitor: quare[1], sicut possumus[2], adjiciamus virtutibus: prius tamen sit, vitiis carere, ne, dum volumus esse meliores veteribus, simus tantum dissimiles. Reddam[3] nunc, quam[4] proximam partem[5] dixeram[6] esse *de tropis*, quos *motus*[7] clarissimi nostrorum auctores vocant. Horum tradere præcepta et grammatici solent: sed a me, quum[8] de illorum officio loquerer, dilata hæc pars[9] est, quia de ornatu orationis gravior videbatur locus, et majori operi[10] reservandus[11].

1 CAP. VI. *Tropus*[12] *est verbi, vel sermonis*[13] *a propria significatione in aliam*[14] *cum virtute mutatio:* circa

1. *Quare;* sic Turic. Flor. Guelf. CAMP. cum Goth. Alm. Voss. 2, 3, Vall. et edd. ante Ald. quo acc. Obr. Reliqui *quem*, conjiciente Regio. Male continuatur simili extra ordinem illato præceptum generale. — Omnes nostri *quare*. ED.

2. *Sicut possumus.* Malim *si quid p.*, qua scriptura et objectum contingit verbo *adjiciendi*, et tollitur ingrata iteratio τοῦ *sicut*. Obrechtus ejus loco posuit *sicubi*. — Omnes nostri *sicut*. ED.

3. *Reddam.* Id est, exponam, recensebo, explicabo. Eodem sensu Cic. de Claris Orat.: « Perge, Pom« poni, de Cæsare; et redde quæ « restant. » Horat., lib. II, sat. 8, vers. 80: «Redde, age, quæ deinceps « risisti. » CAPPER.

4. *Proximam.* Turic. CAMP., *primam*, cum Alm. etsi hic per compendium, unde natus error.

5. *Partem dixeram esse;* sic Turic. Flor. CAMP. Reliqui *e. d. p.* Pro *dixeram* Turic. a pr. manu *dextram*. — Omnes nostri, exceptis RR. 7, 12, habent *esse dix. part.* ED.

6. *Dixeram.* Cap. superioris fine.

7. *Motus.* Vide IX, 1, 1. Gesnerus hoc vocabulum apud rhetores inveniri negat, quum sint *modi, mores*. Videt tamen, nihil propterea in scriptura esse tentandum. Vide de eodem rectissime præcipientem Ruhnkenium ad Aquilam Rom., pag. 141.

8. *Quum... loquerer.* Libro primo et quidem proprie I, 8, 16.

9. *Hæc pars.;* sic Flor. Reliqui *pars hæc*.

10. *Majori operi.* Rhetoris, non grammatici.

11. *Reservandus;* sic Turic. Flor. CAMP. cum Alm. Reliqui *servandus*. — Eadem nostri. ED.

12. *Tropus... mutatio.* Vide lib. IX, cap. 1, §. 4. — De *Tropis* vide Cicer. lib. III, de Orat. n. 155-170. ED.

13. *Verbi, vel sermonis.* Nam *tropi* alii fiunt uno verbo, alii sermone, vel oratione pluribus verbis comprehensa. CAPPER.

14. *In aliam.* Vall. lib. RR. 8, 9. *ad aliam.* ED. — *Cum virtute mu-*

quem[1] inexplicabilis[2] et grammaticis[3] inter ipsos, et philosophis pugna est, quæ sint genera[4], quæ species, qui numerus, qui cuique[5] subjiciatur. Nos omissis, quæ 2
nihil ad instituendum[6] oratorem pertinent, cavillationibus, necessarios maxime atque in usum receptos exsequemur: hoc modo[7] in his annotasse contenti, quosdam gratia *significationis*, quosdam *decoris* assumi, et esse alios in verbis *propriis*[8], alios in *translatis*: *vertique formas* non *verborum* modo, sed et *sensuum*[9], *et compositionis*. Quare mihi videntur errasse, qui non alios 3
crediderunt tropos, quam in quibus verbum pro verbo

tatio. Adeo ut hæc mutatio majorem significandi vim vocabulis tribuat, vel τὰ *cum virtute* posuit Fabius, ut vitiosas dictionum mutationes, quæ *tropi* nomen non merentur, excluderet. CAPPER.

1. *Quem*. Put. Prat., *quam*. ED.

2. *Inexplicabilis*. Libri consentiunt, nec dubito quin recte hic teneatur. Vide II, 16, 2.

3. *Grammaticis*. « Vide, si quis « iis rebus delectaris, Charis. lib. « IV, pag. 243, sq. Diomed. lib. II, « p. 450, sq. Donatum, p. 1775, « sq. omnes edit. Putsch. » Gesnerus, demonstrante Capper., qui et quædam Tryphonis grammatici MS. græci verba apponit, nudas illa habentia definitiones. De voce *inexplicabilis*, vide II, 16, 2.

4. *Genera*. Per *genera* intelligit *tropos generales*, qui in alias species dividuntur. TURN.

5. *Cuique;* sic Turic. Guelferb. Flor. CAMP. cum Joann. Alm. Bodl. Voss. 1, 3, et edd. ante Ald. quo acc. Basil. Obr. Reliqui *cui*, jubente Regio, quocum faciunt Voss. 2, Goth. Vall. Vide VII, 2, 57.

6. *Instituendum;* sic (e conjectura) Badius et qui sequuntur ante Bürm. Reliqui *instruendum*, et quidem MSS. ipsi mei. Vide I, 10, 5. Tanta est librariorum in permutandis his verbis licentia (vide Drakenb. ad Liv. VIII, 38, 8), ut tuto sequamur solam sententiæ vim, quæ, ubi *docendi* est ratio, nec adduntur ablativi, velut materia impertienda discenti, flagitat *instituere*, quod etiam magis proprium est nostro opus suum ita denominanti. Vide §. 28. Sed I, 1, 12, *instruendus* legendum erat, vel auctoribus aliquot apud Burmannum MSS. — Omnes nostri Codices, *instruendum*. ED.

7. *Hoc modo*. Turic. Flor. Guelf. *Hæc m.*, cum Goth. Alm. Voss. 2, Bern. et edd. ante Bad. Sed CAMP., *nec m.* — Soli R. 7, Poul., *hoc modo*. Reliqui *hæc modo*. ED.

8. *Propriis... translatis*. Quum aliquot verba tam mature transierint in alios significatus, possunt in ipsis etiam translatis novi fieri tropi.

9. *Sensuum*. Mutatur forma sensus, ut in *allegoria* et *ænigmate:* mutatur forma compositionis in *hyperbato* et *anastrophe*. TURN.

poneretur: neque illud ignoro, in iisdem fere, qui significandi gratia adhibentur, esse et ornatum: sed non idem accidet contra, eruntque quidam tantum ad spe-
4 ciem accommodati[1]. Incipiamus igitur ab eo, qui[2] quum frequentissimus est, tum longe pulcherrimus, *translatione* dico, quæ μεταφορὰ[3] græce vocatur: quæ quidem quum ita est ab ipsa nobis concessa natura, ut indocti quoque ac non sentientes ea frequenter utantur; tum ita jucunda[4] atque nitida, ut in oratione, quamlibet
5 clara[5], proprio tamen lumine eluceat. Neque enim vulgaris esse, neque humilis[6], nec insuavis, recte[7] modo ascita, potest[8]: copiam quoque sermonis[9] auget permittendo mutuari[10], quæ non habet: quodque difficilli-

1. *Accommodati.* Turicensis *accommodandi.* — Camp. Andr. sic scribunt: *sed non idem accidet* (Andr. *accidit*) *contrariis, qui quidem tantum ad speciem accommodantur.* Ed.

2. *Qui quum.* A pr. Turic. manu prius horum, ab altera alterum omittitur.

3. Μεταφορά. Cicero (de Or. lib. III, cap. 38) ait ejus usum manasse primum ab inopia et necessitate; deinde postea ad delectationem et ornamentum esse translatum. Turn.

4. *Ita jucunda.* Cur *metaphoricæ* locutiones tantum afferant jucunditatis, quatuor causas Cic. indicat de Orat., lib. III, n. 161. Capp.

5. *Quamlibet clara.* Id est, speciosa. Vide VIII, 5, 28; IX, 1, 25.

6. *Neque humilis*; sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. Reliqui *nec h.* At mox *nec. ins.* omnes præter Camp. Vide III, 9, 5; V, 11, 23. Ut certum est *ac* vocali non præmitti, ita *nec* fluctuat.

7. *Insuavis, recte modo.* Turic. Flor. Guelf. (nisi quod *certe* hic) Goth. (tac. Gesn.) *i. ac r. m.* Camp., *i. m. r.* — Solus Prat., *recto modo.* Reliqui *recte.* Ed.

8. *Potest;* sic Camp. Andr., *poterit.* Ed.

9. *Sermonis.* Turic. Flor. omittunt cum Alm.—Nostri omnes receptam lect. habent. Ed.

10. *Permittendo mutuari, quæ;* sic Camp. *P. aut mutari q.*, Turic. (a sec. manu *autem*) Guelf. cum Goth. Vall. Voss. 1, 2, 3, Almel. (quamquam in his *mutuari*, in Guelferbyt. etiam *permiscendo*). *P. aut imitari quod*, Florent. *Permittendo* etiam Bern. et edd. ante Ald. qui, Regio jubente, *permutando.* Sed *mutuando* post Camp. omnes excusi. *Aut* cum Camp. expunxi, quod nasci poterat ex *mut;* quum præsertim *mutuari* illud corrumperetur in *mutari.* Vulgo *permutando, aut mutuando quod.* Si bonis hæc auctoribus niterentur, reponerem: *permutando quæ habet, aut mutuando quæ non habet,* sed sic quoque *aut* de-

mum est, præstat, ne ulli rei nomen deesse videatur: transfertur ergo nomen aut verbum ex eo loco, in quo proprium est, in eum, in quo aut proprium deest[1], aut translatum proprio melius est. Id facimus, aut quia *ne-* 6
cesse est, aut quia *significantius* est, aut, ut dixi[2], quia *decentius:* ubi nihil horum præstabit, quod transferetur[3], improprium[4] erit: *necessitate* rustici[5] *gemmam* in vitibus; quid enim dicerent aliud? et *sitire segetes*, et *fructus*[6] *laborare:* necessitate nos *durum hominem*, aut *asperum:* non enim proprium erat, quod daremus his affectibus[7], nomen[8]. Jam[9], *incensum ira*[10]; et *inflamma-* 7
tum cupiditate; et *lapsum errore, significandi* gratia: nihil enim horum[11] suis verbis[12], quam his[13] arcessitis,

beret esse etiam ante *perm.* et tinnulus magis quam plenus esset sensus. — Eadem nostri. Ed. — Dupliciter fit *metaphora*, aut per mutationem nominis, quando nominis alterius loco alterum substituimus, aut per mutuationem, quando nomen proprium deest: quamquam revera, ut ait Cic., omnis *metaphora* est quædam mutatio. Turn.

1. *Aut proprium deest.* Hoc est fere *abusio*, *καταχρησις*, cujus mentionem faciet mox Fab. §. 36. Ed.

2. *Ut dixi.* §. 2.

3. *Transferetur.* Vall. lib. RR. 8, 9, 10, *transfertur.* Ed.

4. *Improprium.* Id est, vitiosum. Vide VIII, 2, 6.

5. *Rustici gemmam;* sic Turic. Flor. (hic tamen *rusticis;* Turic. a sec. manu *rusticus*) Guelf. Camp. cum Alm. Voss. 1, 2, 3, Goth. Reliqui inserunt *dicunt*, sed est hoc mox in *dicerent.* — Nostri omnes *ut dicunt* omisere. Ed. — *Rustici gemmam.* Vide Ciceronem de Oratore, lib. III, cap. 38; Orat., cap. 24.

6. *Fructus.* Turic., *fructibus;* a sec. manu *fluctibus* (vide VIII, 5, 26). An forte subaudiuntur *arbores?* Camp., *fruticibus.* — *Fructus laborare.* « Sic Col. XI, 2, 29; et Pallas « dius Mart. VIII, 1; quomodo *la-* « *borantes oleæ curentur*, docent. » Gesnerus.

7. *Affectibus;* sic Turicens. Flor. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Alm. Bodl. Voss. 2, et aliquot edd. recentt. *Affectationibus*, Guelf. Reliqui *affectionibus.* Vide V, 12, 6, ubi Turic., *affectatio.* — Eadem nostri. Ed.

8. *Nomen.* Omittunt Avic. Poul. Servant alii. Ed.

9. *Jam.* Camp., *nam.* Ed.

10. *Ira.* Omittunt Put. Prat. Ed.

11. *Horum.* Tur. Camp. omittunt.

12. *Suis verbis.* I. e., si verbis rei significandæ propriis exprimeretur. Capper.

13. *Arcessitis.* I. e., per *metaphoram* usurpatis. Capper.

magis proprium erat[1]: illa ad *ornatum*, *lumen orationis*, et *generis claritatem*, et *concionum procellas*[2], et *eloquentiæ fulmina*[3]: ut Cicero pro Milone[4], *Clodium fontem gloriæ ejus vocat*, et alio loco, *segetem ac mate-*
8 *riem*[5]. Quædam etiam parum speciosa dictu, per hanc explicantur[6],

> Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior[7] usus
> Sit genitali arvo, et sulcos oblimet inertes.

In totum autem metaphora brevior est [8]similitudo: eoque distat, quod illa[9] comparatur rei, quam volumus
9 exprimere, hæc pro ipsa[10] re dicitur. *Comparatio* est, quum dico fecisse quid hominem, *ut leonem;* translatio, quum dico de homine, *leo est:* hujus vis omnis quadruplex maxime videtur; quum in rebus animalibus aliud pro alio ponitur, ut de agitatore,

> ...Gubernator[11] magna contorsit equum [12]vi:

1. *Erat.* Omittunt RR. 3, 5, 10. *Erit;* sic Avic. Poul. R. 12, Camp. Andr. et apud Burm. Alm. Voss. 1. Reliqui *erat.* Ed.

2. *Concionum procellas.* Vide §. 48.

3. *Fulmina;* sic Turic. Flor. cum Bodl. Joann. Alm. Voss. 1, 3, Bern. et edd. ante Bad. exc. Camp. acc. Bip. Reliqui *flumina*, inter quos Voss. 2, Gothan. Vall. deteriores Codd. sed nec Guelf. notavi pro nostra scriptura. — Eadem ferunt nostri. Ed.

4. *Pro Milone.* « C. 13, utrum- « que. *Hoc faciunt* ex Virg. Georg. « III, 135. Non minus elegans est « versus proximus, *Sed rapiat Ve-* « *nerem, interiusque recondat.* » Gesnerus.

5. *Materiem;* sic Turic. (a pr. quidem manu *materiæ*) Flor. Camp. cum Voss. 1, 3. Reliqui *materiam*, cum Cic.

6. *Explicantur.* I. e., efferuntur. Vide III, 6, 76; IX, 1, 24. Quo minus opus est portentosa Obrechti medela, scribentis *examplificantur.*

7. *Obtusior.* Turic., *obtunsior*, cum Alm. Vide Pierium ad locum Virg.

8. *Similitudo.* Vide Cic. de Oratore, lib. III, n. 158. Ed.

9. *Illa... hæc.* De pronominibus hisce, vide VI, 1, 9.

10. *Pro ipsa.* Tur. Flor. omittunt *pro*, cum Alm.

11. *Gubernator.* Ignoratur unde sit versus. Vicissim *aurigam* pro *gubernatore* Ovid. Trist. I, 3, 118, indicante Burm.

12. *Vi: et, ut.* Turic. Guelf., *via*

et, ut Livius[1], Scipionem a Catone *allatrari* solitum refert. Inanima pro aliis generis ejusdem sumuntur, 10 ut, *Classique immittit habenas:* aut pro rebus animalibus inanima, *Ferro*[2] *non*[3] *fato mœrus*[4] *Argivum occidit:* aut contra,

.....Sedet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de vertice[5] pastor.

Præcipueque ex his oritur sublimitas[6], quæ audaci[7] et 11 proxime periculum[8] translatione tolluntur, quum rebus

ut. Neque tamen sufficit *aut* solum, quod pro *et ut* Flor.

1. *Livius*. XXXVIII, 54, 1. Mox Virg. Æn. VI, 1; II, 307. Sed postremo loco apud Virg., *stupet* pro *sedet*.

2. *Ferro... occidit*. Senarius est ex quadam vetere tragœdia. Metaphora in *mœro* (pro *muro*, velut Æneid. X, 24), quod nomen imponitur viro forti, Achilli fortasse, qui Paridis sagitta ceciderit. Vide Ovid. Metam. XIII, 281; item Sil. Ital. XVI, 68, ubi vide diligentem inprimis Drakenborchum. Et ἶφιος Ἀχαιῶν, Il. I, 284; III, 229; VI, 5.

3. *Non;* sic Turic. Flor. (hic a pr. manu). Reliqui *an*. Muretus metri causa, nec monito lectore, *anne*.

4. *Mœrus;* sic Turic. Guelf. (nisi quod hic per æ). Ille a sec. manu *emœrus*, et sic Flor. Ab eadem additur ibidem *vel numerus*, et sic (sine *vel* tamen) Camp. *Metus*, Vall. Jens. cum edd. posterr. ante Ald. *Mœcus*, MS. Mureti Varr. lectt. 19, 2, unde ille nostrum. Reliqui *virtus*, conjiciente Regio. Gothan. et Voss. 2 hæc omittunt: *non f. m.* scribuntque *ferrum*. — *Mœrus;* sic Avic. Put. Poul. RR. 3, 5, 10, Prat. *Metus;* sic Vall. lib. RR. 7, 8. Ed.

5. *Vertice*. Vide VIII, 2, 7. Capperonn. designat Charis., pag. 243 Putsch., eadem Quintiliano docentem, adhibito versu Æneid. V, 35, et subjicientem *pro cacumine nunc verticem dixit, qui est animalium*.

6. *Oritur sublimitas;* sic Turic. Camp. Flor. (a pr. manu) cum Alm. Reliqui inserunt *mira*. — Nostri omnes inserunt *mira*. Ed.

7. *Audaci... tolluntur;* sic Turic. Flor. Guelf. cum Alm. (nec *et* est a conjectura, quod suspicatur Gesnerus, quamquam ex Almel. non profertur (vide VIII, 5, 24; item hic §. 19). *Audaciæ proxima periculo translationis attollitur*, Flor. (a sec. manu) Camp. (nisi quod hic *audic.*) cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Leid. (nisi quod Stoer. et Chouet. post *attollitur* præpostere addunt *tolluntur*) quo acc. Gibs. Capper. Roll. Nostrum reliqui editi. Vossius Instit. Orat. IV, 6, 6, p. 98, alteram scripturam tenet, sed vidit tamen in verbo requiri pluralem. — Avic. Put. Poul. RR. 3, 5, 10, receptam a Spald. lect. habent. Vall. lib. RR. 7, 8, 9, 12, dant *quæ audaciæ proxima, periculo translationis attollitur*. Ed.

8. *Proxime periculum*. De *peri-*

sensu carentibus actum quemdam et animos damus; qualis est,

.....Pontem[1] indignatus Araxes.

12 Et illa Ciceronis, *Quid enim tuus ille, Tubero, destric*
tus in acie pharsalica gladius agebat? Cujus latus il
mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? Du
plicatur interim hæc virtus apud[2] Virgilium,

.....Ferrumque armare veneno[3].

Nam et *veneno armare*, et *ferrum armare*, transla
13 est. Secantur hæc[4] in plures; ut a rationali ad rat
nale, et idem de irrationalibus; et hæc[5] invicem, quib
similis ratio est, et[6] a toto, et a partibus: sed jam n
pueris præcipimus, ut, accepto genere, species int
14 ligere non possint. Ut modicus autem atque opportu

culo, vide VIII, 2, 20. Structuram valde gemella illustrat Gesnerus Sext. Aurel. Vict., epit. 14, 2, p. Arntzenii 513, de Hadriano *Fictor ex ære, vel marmore proxime Polycletos et Euphranoras.*

1. *Pontem indignatus.* Æneid. VIII, 728; Cic. pro Lig., cap. 3; Æneid. IX, 773.

2. *Virtus apud.* An excidit *ut*, haustum ab extrema voce priore?

3. *Veneno. Nam et veneno armare.* Turic. Flor. (a pr. manu) omittunt cum Alm.

4. *Secantur hæc in plures.* Hæc quum sit constantissima scriptura, non adeo facilem habet explicatum: neutrum enim accipiendum erit ita, ut omnia ea, quæ adhuc exposita fuerint de metaphora, vel præceptis, vel exemplis, comprehendantur pronomine, ad *plures* autem intelligetur aut *tropos*, aut *metaphoras* (quod minus placet), aut, quod apponit *Dan.* (vide VI, 3, 66) *cies.* Blanditur aliquatenus, qu tamen una dat Turic. secunda m nus *secatur:* sed parum videtur s num: *metaphora* (ea enim tum fu rit *hæc*) *secatur in plures m ras* (neque enim sic aliud potest intelligi). Plure pi qui subjiciuntur metap di ligentiore quidem r abent propria nomina, qu et quod præeunte Capper sii Instit. Orat., lib. VI, p honet Gesnerus, veteres i sque ipsum Aristotelem sy hen comprehendisse met vocabulo. Vide Aristot. c. 22, §. 6, p. Buhl. 253.

5. *Et hæc.* is, Florentinus, Guelferb omittunt *et*, cum Almel

6. *Est, et a.* Jens. (tac. omittit *et*, cum edd. posterior ante Ald. quo acc. Bad. pr. Plac.

ejus usus illustrat orationem; ita frequens et obscurat, et tædio complet: continuus vero in *allegoriam* et *ænigmata*[1] exit: sunt etiam quædam[2] et humiles translationes[3], ut id, de quo modo[4] dixi, *Saxea*[5] *est verruca;* et sordidæ[6]: non enim, si Cicero recte[7] *Sentinam reipublicæ*[8] dixit, fœditatem hominum significans, iccirco probem illud quoque veteris oratoris, *Persecuisti reipublicæ vomicas:* optimeque Cicero[9] demonstrat cavendum, ne sit deformis translatio; qualis est (nam ipsis[10] ejus utar exemplis), *Castratam morte Africani rempublicam*, et, *Stercus curiæ Glauciam;* ne[11] nimio major[12], aut, quod sæpius accidit, minor; ne dissimilis: quorum exempla nimium frequenter deprehendet, qui scierit hæc vitia esse: sed copia[13] quoque modum egressa vitiosa est; præcipue in eadem specie. Sunt et

1. *Ænigmata.* Solus Prat., *ænigma.* Ed.

2. *Etiam quædam et humiles;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Gothan. Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, et edd. ante Bad. sec. qui *q. et h.* Reliqui *q. etiam h.* — Nostri omnes receptam habent. Solus Prat., *sunt et q. h.* Ed.

3. *Humiles translationes.* Turic. inserit *et.*

4. *De quo modo.* VIII, 3, 48.

5. *Saxea.* Turic., *saxa.*

6. *Sordidæ.* R. 7, Jens., *sordida;* sed altera melius sonat. Ed.

7. *Recte.* Turic., *rei;* a sec. man. tollitur, et sic Camp.

8. *Sentinam reipublicæ.* Catil. I, 5; II, 4. Ed.

9. *Cicero demonstrat.* De Orat. III, 41.

10. *Nam ipsis.* Turic. Flor. (a pr. manu) omittunt *nam;* a sec. ille manu *ut i.*, et sic Camp. — *Nam ipse;* sic Poul. *Ut ipsius;* sic Prat. *Ut ejus ipsius;* sic Andr. Ed.

11. *Nimio.* Turic., *minio;* a sec., *minimo.* Displicet totum, nec quidquam tale apud Ciceronem.

12. *Major... minor.* Id. fere Cic. de Orat., lib. III: *Nolo esse aut majus; quam res postulet:* «Tempestas comessationis;» *aut minus:* «comessatio tempestatis.» Ed.

13. *Sed copia;* sic Tur. (a prima manu) Flor. Guelf. cum Alm. Reliqui inserunt *et.* — *Sed copia... vitiosa.* Non video quid hoc differat ab illis §. 14, *ita frequens*, etc. Apud Ciceronem quidem non invenio, unde hæc hausisse videatur Fabius. An erat *convenientia, congruentia* pro *copia*, ut peccet si quis nimis similem et ex *eadem* præsertim *specie* rem adhibeat metaphoræ?

duræ, id est, a longinqua similitudine[1] ductæ: ut, *Capitis nives*[2], et,

Juppiter hibernas cana nive conspuit Alpes.

In illo vero plurimum erroris, quod ea, quæ poetis, qui et omnia ad voluptatem referunt, et plurima vertere[3] etiam ipsa metri necessitate coguntur, permissa
18 sunt, convenire quidam etiam prosæ putant. At ego in agendo nec *pastorem populi*, auctore Homero, dixerim; nec *volucres pennis remigare*[4], licet Virgilius[5] in apibus ac Dædalo speciosissime sit usus. [6]Metaphora enim aut vacantem occupare locum debet, aut, si in alienum venit, plus valere eo, quod [7]expellit: [8]quod

1. *Similitudine.* Hic deficiunt adhuc Avic. Put. Poul. RR. 3, 5, Prat, Ed.

2. *Capitis nives.* Quod Gesnerus censet in oratoribus, non in poetis, ergo nec in Horatio (Carm. IV, 13, 12), culpari a Nostro tantam metaphoræ audaciam, equidem non assentior. Gallæus Prudentium demonstrat, apud quem est *capitis nix* procem. Cathemer., v. 27. Versus in quo *conspuuntur* Alpes est Furii Bibaculi. Vide Hor. Sat. II, 5, 41; ubi commentator vetus Cruquii: « Furius Bibaculus in pragmatia « belli gallici sic exorsus est: Jup« piter hibernas, etc. » Vide de eodem Bentleium ad Horat. Sat. I, 10, 37. Debebat autem Noster sordium quoque incusare hanc metaphoram.

3. *Vertere.* Turic. Flor., *vetere.* — *Vertere.* Vide hic §. 2, 43; I, 6, 38; IX, 1, 1, 15.

4. *Pennis remigare.* Turic. Flor., *spere sanare;* ille a sec. manu *spero sonare*, et sic Guelf. *Per os sonare, vel alis remigare*, Obr. Conjicit Burm., *per aera nare, nec pennis* (vel *alis*) *remigare.* Possis propius Virgilium *per æstatem nare et remigare.* — Omnes nostri receptam lect. habent. Solus R. 10, *spēo sonare.* Ed.

5. *Virgilius in apibus ac Dædalo.* Georg. IV, 59, *nant* apes, et Æneid. VI, 19, *remigium alarum* Dædalo tribuitur. Apparet hic alterum desiderari, sed sunt vestigia in variis lectt. quas vide in not. super.

6. *Metaphora.* Turic. Flor. (a pr. manu) *metaro.* Ille a sec., *metro*, et sic Guelf.

7. *Quod expellit.* Turic. Flor., *qui expellet*, cum Alm. (vide III, 6, 64); a sec. manu illi *quem expellit*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Bodl. cum edd. ante Gryph. — Omnes nostri *quem expellit.* Ed.

8. *Quod aliquanto.* Turic. Flor., *qui aliquando;* a sec. manu uterque *qui aliquam*, et sic Guelf. Sed Camp., *quin aliquam*, cum Goth. Voss. 2, Vall. *Aliquando* quidem

aliquanto pæne etiam[1] magis de *synecdoche* dicam. Nam *translatio* permovendis animis plerumque, et si- 19
gnandis rebus, ac sub oculos[2] subjiciendis reperta est: hæc[3] variare sermonem potest, ut ex uno plures intelligamus, parte totum, specie genus, præcedentibus sequentia, vel omnia hæc contra[4]; liberior[5] poetis, quam oratoribus. Nam prosa[6], ut *mucronem* pro gladio, et 20
tectum pro domo recipiet, ita non *puppim* pro navi, nec *abietem*[7] pro tabellis[8]; et rursus, ut pro gladio *ferrum*[9], ita non pro equo *quadrupedem*: maxime autem

in omnibus ante Bad. Correxit Regius. — Omnes nostri *aliquando*. Ed. — *Quod aliquanto pæne etiam magis*. Offenditur Burmannus quatuor hisce adverbiis geminatis, et ulcus latere certus est. Fateor *pæne* illud onerare orationem, nec ullum facere momentum. Sententia tamen proba, ut metaphora magis etiam prosæ sit usurpanda promiscue, synecdoche nonnisi necessitate se possit defendere.

1. *Pæne etiam*; sic Obr. *Pentiam*, Turic. Flor. cum Alm.; illi a sec. manu *potentiam*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Vall. Reliqui *pæne jam*.

2. *Sub oculos*. Turic., *super oculis*, cum Alm.; a sec. manu ille *sub oculis*, et sic Flor. Guelf. Camp. cum edd. ante Bad. qui ex Vall. accusativum. Astipulatur Goth. et profecto Voss. 2. Ablegat Burm. ad V, 9, 14; IX, 1, 27; 2, 40. Senec. de Benef. I, 5, extr.

3. *Hæc*. Scilicet *synecdoche*: nam τὸ *hæc* ad remotius referri potest. Vide lib. VI, cap. 2, §. 4. Ed.

4. *Omnia hæc contra*; sic Turio. Flor. Ille a sec. manu *o. e. c.*, et sic Guelf. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. Sed Goth. (tac. Gesn.) *omnia contra*, et sic Camp. cum Voss. 2, et edd. ante Ald. Reliqui Regianam transpositionem secuti *contra. Omnia* nisi quod Ald. retinet *e*, proscriptum a Regio latinitati cavente. Vall. Gothanam scripturam habere testatur Bad., sed apparere lacunam velut *e* expuncta. Ex Alm. affertur *contra omnia hæc* (vide §§. 11, 28). — Eadem nostri. Ed.

5. *Liberior*; sic Turic. (a prima manu). Reliqui *liberiora*. Vide VII, 2, 14; VIII, 6, 40. — Omnes nostri *liberiora* Ed.

6. *Prosa*. Turic., *prorsa*, cum Alm. Omnes nostri *prosa*. Ed.

7. *Nec abietem*. Turic. (a prima manu) *necavi et est*. Flor., *nec abies est*, sine *pro*. — *Abietem pro tabellis*. « Quod factum a Plauto, qui « Persa II, 2, 66, *obsignatam abie-* « *tem* pro epistola posuit. » Gesnerus. Intellige *pro tabellis ex quocunque ligno*, ut constet etiam hic, ut in cæteris, synecdoche partis pro toto.

8. *Tabellis*. Guelf., *tabulis*, cum Colb.

9. *Ut pro gladio ferrum*. Turic. Flor., *u. pr. cladio et tectum pro*

in orando[1] valebit numerorum illa libertas: nam et Livius sæpe[2] sic dicit, *Romanus prælio victor*, quum Romanos vicisse significat: et contra, Cicero ad Brutum[3], *Populo*, inquit, *imposuimus, et oratores visi sumus*, quum de se tantum loqueretur. Quod genus non orationes modo ornat, sed etiam quotidiani sermonis usus recipit: quidam συνεκδοχὴν vocant, et quum[4] id in contextu sermonis quod tacetur, accipimus[5]: verbum enim ex verbo intelligi[6], quod inter vitia *ellipsis*[7] vocatur.

21

Arcades[8] ad portas ruere.....

domo recipiet ita non pupim ferrum (a sec. manu in Turic. post *cladio* additur *mucronem*). Guelf., *u. mucronem pro gladio ac tectum pro domo ita non puppim ferrum.* Goth. (tac. Gesn.) eadem, nisi quod pro *puppim* hæc *pro spiculo*, cui accedit Camp. dans tamen *recipiet* post *domo*. Voss. 2 obscurius designatur, est tamen et ibi *pro spiculo*. — Easdem varias lectt. præbent nostri. Ed.

1. *In orando*. Scilicet in oratione prosaica. Item hic §. 18, *in agendo*: quod vide. Ed.

2. *Livius sæpe*. Ipsa quidem hæc verba nec semel invenio apud Livium. Sed dicitur et *prælio vincere* (vide Drakenb. ad Epitomam, lib. CXXVIII), et *Romanus victor* II, 27, 1, vide de numeri enallage in hoc vocabulo Drakenb. ad II, 45, 11; III, 2, 12. De eadem in genere libertate Arist. Rhet. III, 6, 4, ubi monet Victorius (p. 598) Quintiliani præceptum aliud esse et latius Aristotelico.

3. *Cicero ad Brutum*. « In epistola deperdita. Cæterum vicinum « huic dicto est, quod ad eumdem « Brutum de claris oratoribus scribit, c. 50 pr. *Id ipsum est summi « oratoris, summum oratorem populo videri.* » Gesnerus. Vide §. 55. Similis gloriatio II, 17, 21. De epist. ad Brut., vide VIII, 3, 34.

4. *Et quum*; sic Turic. (a prima manu) Flor. Reliqui *quum et*, nisi quod Obr. omittit *et*. — *Quum et id*; sic Vall. lib. RR. 8, 9, 10, Camp. Andr. Jens. Ald. Τὸ *et* omittunt RR. 7, 12. Ed. — *Et quum id*. Malim transponi *et id quum*.

5. *Accipimus*. Supple mente, vel animo; id est, intelligimus. Hoc etiam sensu Græci dicunt ἐκδέχεσθαι, subaudiendo τῷ νῷ, vel τῇ διανοίᾳ. Hinc συνεκδέχεσθαι, aliquid cum alio simul intelligere: hinc συνεκδοχὴ, qua per aliud, vel ex alio aliud intelligitur. Capper.

6. *Intelligi*; sic Turic. Flor. (a pr. manu uterque) cum Ahm. Reliqui *intelligitur*.

7. *Ellipsis*. Turic. (a pr. manu) *et lipsis*. Reliqui *eclipsis*, græcis quidem litteris nullus ante Ald. Gesnerus citat Steph. de abusu gr. l. *eclipsin* perperam scribi monentem, p. ed. Roloffii 118.

8. *Arcades*; sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. et edd.

Mihi hanc figuram esse magis placet; illic[1] ergo redde- 22
tur: aliud etiam intelligitur ex alio[2],

Aspice, aratra jugo referunt suspensa juvenci;

unde[3] apparet noctem appropinquare: id nescio [4]an oratori conveniat, nisi in argumentando, quum rei signum[5] est: sed hoc[6] ab elocutionis ratione distat. Nec 23
procul ab hoc genere discedit[7] μετωνυμία, *quæ est nominis pro nomine positio*[8]; cujus vis[9] est, pro eo quod di-

ante Gryph. Reliqui *Arcadas*. — Omnes nostri *Arcades*. Bene; est enim nominativus verbi *cœperunt*, quod per *ellipsim* subauditur. Ed. — *Arcades*. Æneid. XI, 142. *Aspice aratra*, Virg. Ecl. II, 66.

1. *Illic*. Turic. Guelf. omittunt. — *Illic*. Id est, ubi de verborum figuris. Ed. — Vide IX, 3, 58; sed de *ellipsi*, I, 5, 38, 40.

2. *Ex alio*. Turic. Flor., *alia*; a sec. manu uterque *aliud*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Puto verum esse *alio* sine *ex*.

3. *Unde*. Turic. Guelf., *de*. Camp. omittit cum Goth. Pro *noctem* Flor. *nocte de*.

4. *Nescio an*. Significatu negante. Vide I, 7, 24. Agentes de hac forma criticos demonstrat Drakenb. ad Liv. XXXVII, 54, 16.

5. *Signum*. Vide lib. V, cap. 9.

6. *Sed hoc*. Turic. Flor. Guelf., *sic h.*, non sine sensu.

7. *Discedit*. Turic. Flor. Guelf., *descendit*, cum Alm. Voss. 2 (non Goth.) et edd. ante Ald. ex Camp. — *Descendit*; sic Vall. lib. RR. 7, 10, Jens. Reliqui *discedit*. Ed.

8. *Nominis pro nomine positio*. Turic. Flor. (nisi quod hic *positio*) *non ministro nomine posito*; a sec. manu *nominis nomine posito*, et sic Guelf. Camp. (nisi quod hic *positus*) cum Goth. Sed Flor. a sec. manu *nominis tropus nomine posito*, et Jens.; sed *pro* inserto post *tropus*, ut et affertur ex Voss. 2, cum edd. ante Ald. Nostrum in Vall. esse testatur Badius. — Solus Vall. lib. a sec. manu receptam a Spald. lect. habet. Reliqui *nominis tropus nomine posito*. Ed.

9. *Cujus vis... ponere*. Quamcunque in partem vertas hæc, idoneum sensum eruas nullum. Quid enim est *ponere*, id est, dicere aliquid pro eo, quod *dicitur*? Si pro eo, quod *dici debet*, capio. Deinde, quomodo potest causa, propter quam aliquid *dicitur*, ejus ipsius loco poni? Si quid igitur dico risus movendi causa, *risum* ipsum ponam, id est, vocabulum *risus* pronunciabo; et hæc erit metonymia? Apage nugas istas. Nec potuit hoc proficisci ab ingenio Quintiliani, nec ullam medelam recipit. Igitur glossam esse censeo, allitam ab eo, qui vulgarem metonymiæ definitionem, qua perhibetur esse *causa pro effectu*, vellet quidem nec posset tamen eloqui. Sed ne probavit quidem hanc rationem Noster, qui mox latius et verius designat tropum. Etiam id suadet expungere hæc ver-

citur, causam, propter quam dicitur, ponere: sed, ut ait Cicero[1], ὑπαλλαγὴν[2] rhetores dicunt: hæc inventa ab inventore, et subjecta ab obtinentibus[3] significat: ut, *Cererem corruptam undis:* et,

.....Receptus
Terra Neptunus classes Aquilonibus arcet:

quod fit retro durius[4]. Refert[5] autem in quantum dictus tropus[6] oratorem sequatur[7]: nam ut[8] *Vulcanum* pro igne vulgo audimus[9], et, *vario Marte pugnatum*, eruditus est sermo, et *Venerem*, quam coitum, dixisse magis decet; ita *Liberum* et *Cererem* pro vino et pane licentius, quam ut fori severitas[10] ferat: sicut ex eo,

ba, quod infertur alia tropi hujus appellatio, quæ ipsam priorem continuo sequi debebat, non interjecta definitione.

1. *Ut ait Cicero.* Orat., cap. 27. *Cererem*, Æn. I, 177. *Receptus terra*, Hor. ad Pis. 63.

2. Ὑπαλλαγὴν *rhetores.* Turic., *hyppalla esse r.;* a sec. manu *hyppallage esse r.* Etiam Flor. Guelf. Camp. inserunt *esse*, cum Alm. Ald. Obr. *Eam esse*, Goth. cum Voss. 2, et Vall. nisi quod hic superscriptum *eam*. Credo (collata maxime Turic. prima manu) in istis insertis nihil aliud latere nisi *eam*. — Eadem nostri. Ed.

3. *Subjecta ab obtinentibus.* I. e., ipse dominus, qui rei subjectæ imperium obtinet, aliquando sumitur pro re, quæ ipsi subjicitur; ut hic *Neptunus* pro mari. Capper.

4. *Quod fit retro durius.* Id est, durius fieret loquendi genus, si quis contra *mare* pro Neptuno diceret. Capper.

5. *Refert.* Supple scire, animadvertere. Capper.

6. *Dictus tropus.* Turic. Flor. (a pr. manu uterque) *ditropus.* Hic a secunda *dicunt t.* Quid si rhetorum fuit vocabulum, ut *ditropum* appellarent quod quum a re ad personam transierit, jam secundo quasi improprio a persona ad rem revertatur? Ex igne factus est Vulcanus, jam e Vulcano fit ignis, et δὶς τρέπεται τὸ ὄνομα. Nihil equidem tale apud technicos inveni. Sed frigidissima est scriptura *dictus tropus*, nec proficit Burman. suadens *ductus*, collato loco II, 14, 1, « *ducentes* sequitur. »

7. *Sequatur.* Vide VIII, procem. 18. De *dicto tropo* vide notam superiorem.

8. *Vulcanum pro igne.* Hoccine adeo vulgatum in sermone quotidiano? Horatius quidem in tenui versus genere, sat. I, 5, 74. Nam comicorum lusus rem conficere non videntur.

9. *Audimus.* R. 7, Jens. Ald., *audivimus.* Male. Ed.

10. *Severitas;* sic R. 12, Jens. ab emend. Ald. Reliqui *veritas.* Ed.

quod continetur[1], usus recipit *bene moratas urbes*, et *poculum epotum*, et *seculum felix*. At id, quod contra est, raro audeat quis[2], nisi poeta?

.....Jam proximus[3] ardet
Ucalegon[4].

Nisi forte hoc potius est, a possessore, quod possidetur[5]; ut *hominem devorari*, cujus patrimonium consumatur: quo modo fiunt innumerabiles species. Hujus enim sunt generis, quum *ab Annibale*[6] *cæsa apud Cannas sexaginta millia* dicimus: et apud tragicos[7] *ab Ægialeo*: et *carmina Virgilium*[8], *venisse*[9] *commeatus*, qui afferantur[10]: *Sacrilegium deprehensum*, non sacri-

1. *Sicut... continetur.* Vall. lib. R. 7 (uterque a sec. manu) inter *ex eo* et *quod cont.* inserunt *quod continet, id.* Ed.

2. *Quis.* Turic., Flor. (a pr manu uterque) omittit. Nec male.

3. *Jam proximus.* Æneid. II, 311. Hunc vide in edit. nostra. Ed.

4. *Ucalegon.* Loco τοῦ domus Ucalegontis. Ed.

5. *Quod possidetur.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *qui p.*, cum Gothan. Voss. 2, Vall. et edd. ante Aldum.

6. *Ab Annibale.* Loco τοῦ a militibus quos dux Annibal possidebat. Ed.

7. *Et apud tragicos ab Ægialeo;* sic nomen Turicens. (a pr. manu) Flor. Reliqui *egilao*, recentt. *Ægialao*. Flor. a pr. manu non habet *ab*. Sed omnia hæc Turic. ponit inter *cæsa* et *apud Cannas*. Quo magis glossa est censenda hæc tam importuna interpolatio. Nec moveor eo quod mirum videtur, unde in hoc inciderit glossator. Nunquam enim feram ejusmodi stribliginem: *nos apud tragicos dicimus.* De Ægialeo, Adrasti filio, uno ex Epigonis exponunt mythographi, et possit sane, quæ est suspicio Gesneri, in Sophoclis fabula deperdita ἐπίγονοι ejus cæsorumque ab eo esse mentio. — Turn. contra suspicatur hunc fuisse filium Inachi, a quo sit oppidum conditum *Ægialus* juxta Sicyonem. Fuit et alius ejusdem nominis, filius Eetes et Hecatæ. Ed.

8. *Virgilium;* sic Turic. (a pr. manu) cum Goth. Voss. 2. Reliqui *Virgilii*. — Sic quoque omnes nostri, except. Vall. lib. qui *Virgilium*.

9. *Venisse.* Turic. Flor. Guelf., *venus.* Camp., *venit*, cum Gothan. Voss. 2. Ab Aldo inde voci *venisse* subjicitur *et venire*, Regio suadente, quod in MS. esse videtur nullo, nam et Goth. (tac. Gesn.) omittit. — *Venire* apud nostros non reperitur. Plerique *venit*. Ed. — *Venisse... qui afferantur.* Potest alienum videri quod *venisse*, non *venire* dicuntur qui quum maxime *afferuntur*, sed erit *afferri* jam nunc in castra *inferri*, ut jam *venerint*.

10. *Afferantur.* Tur. Flor. Guel-

27 legum[1]: *armorum scientiam habere*, non artis. Illud quoque et poetis et oratoribus frequens, quo id[2], quod efficit[3], ex eo, quod efficitur[4], ostendimus: nam et carminum auctores,

Pallida mors[5] æquo pulsat pede pauperum [6]tabernas.

et,

Pallentesque habitant morbi, tristisque senectus;

et orator *præcipitem iram*, *hilarem adolescentiam*, *segne*
28 *otium* dicet[7]. Est etiam huic tropo[8] quædam cum synec-

ferb. Goth. (tac. Gesn.) Camp., *afferatur*, cum Voss. 2, *Et* nostro subjiciunt Goth. et edd. a Jenson. inde. Omittunt Turic. Flor. Guelf. Camp. — Plerique nostri *afferatur*. Gesn. Burm. Turn. Capp. sic scribunt: *Carm. Virgilii venisse; et venire comm.*, etc.; et ita Capp. interpretatur: *Carmina Virg.* venundata fuisse dicimus, pro τῷ librum ea continentem et quodammodo possidentem... Τὸ *venire* de commeatibus dicitur: et tamen iis proprie convenit qui hos commeatus afferunt. Ed.

1. *Sacrilegium... sacrilegum.* Turic. Guelf., *sacrilegum... sacrilegium* (Flor. addicit modo in altero) cum Tarv. *Sacrilegum... sacrilegii*, Camp. *Sacrilegium* bis Jens. et sic Turic. a sec. manu. Post alteram vocem Turic. Flor. Guelf. Camp., *non*, cum Goth. Voss. 2. Cujus loco a Stoerio inde editi *et*. Ego suspicor *non* esse corruptum ex *hominem*, quod jungendum cum *sacrilegum*.

2. *Id;* sic Turic. Flor. (a pr. manu uterque) cum Alm. Reliqui *eum*.

3. *Quod efficit;* sic nos e conjectura. Reliqui *qui e*.

4 *Ex eo... efficitur.* Id est, ostendimus *mortem pallidam*, ex eo pallore qui in mortuis efficitur. Capp.

5. *Pallida mors.* Horat. carm. I, 4, 13. *Pallentesque* Virgil. Æneid. VI, 275 (vide et §. 41, ubi et *turpis egestas* ex versu 276).

6. *Tabernas, et, Pallentesque;* sic Turicensis, Florentinus, Camp. cum Gothano, Alm. Reliqui inserunt *Regumque turres*. — Eadem nostri. Ed.

7. *Dicet;* sic Turic. Florent. cum Jenson. et posterioribus ante Bad. quo acc. Gryph. Primus a sec. manu *dicunt*, et sic Guelf. Obr. Reliqui *dicit*.

8. *Est etiam huic tropo.* Si dicitur metonymiæ esse cum synecdoche vicinia quædam, vix fero iterantem Nostrum, quæ modo docuerat §. 23. *Nec procul... discedit.* Rectius igitur *huic* referes ad sequentia solum, quod quum durius videri possit, satis tamen usu veterum passim probatur. Vide IV, 1, 48; V, 10, 83. Designatur novus aliquis tropus, qui non minus quam metonymia sit vicinus synecdochæ, vide IX, 3, 20; sed caret ille suo nomine, nec plane definitus est ab ipso Nostro, qui et alterum subjungit, non magis certo fine. Sed et protinus amolitur a se diligen-

doche vicinia: nam, quum dico[1] *vultus*[2] *hominis* pro vultu, dico pluraliter, quod singulare[3] est; sed non id ago, ut unum ex multis intelligatur (nam id est manifestum[4]), sed nomen immuto[5]: et, quum[6] aurata tecta, *aurea*, pusillum a vero[7] discedo, quia non est nisi pars[8] auratura[9]: quæ singula exsequi[10], minutioris

tiam singula definiendi et denominandi; cujusmodi neglectum non semel animadvertimus in Nostro suæ ætatis et gentis errore peccante; est enim multa in hisce et dividendis et conjungendis incuria. Vide V, 14, 10, 12.

1. *Quum dico.* Turic. Florent. Guelf. Camp. omittunt *quum*, cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Basil. Recte inseruit quisquis fuit, quod enim ex Alm. jam affertur, is error est (vide §§. 19, 30).

2. *Vultus.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) *vultum*, cum Alm.

3. *Singulare est; sed.* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. (tacente Gesn.) cum Voss. 2. Reliqui post *est* inserunt: *quod plurale est singulariter*, improbante, etsi imitante, Gesnero. Alm. aliqua horum dare narratur, non omnia; falso profecto. Non credo esse hæc in ullo MS. — Spald. lect. apud nostros non reperitur. R. 7, Jens., *quod plurale est, singulariter.* Hæc omittunt cæteri. Ed.

4. *Nam id est manifestum.* Nemo unquam plures in humano ore vultus agnovit, ut non possit dici hic tropus vera esse synecdoche, quæ locum nonnisi tum habet, quum proprie possunt intelligi plura.

5. *Nomen immuto.* Turic. Flor., *nomen multa*, cum Almelov.; a sec. manu uterque *nomina multa*, et sic Guelf. Camp. Sed *nomina muto*, Gothan. Voss. 2. — Eadem nostri. Ed. — Vide VIII, 3, 19; I, 5, 42.

6. *Et, quum;* sic Turicens. Flor. (a prima manu uterque). Reliqui *ut quum.*

7. *A vero;* sic Gothan. Voss. 2, Vall. cum edd. a Badio inde. Reliqui *ab eo.*

8. *Est nisi pars.* Turic. Florent., *esse pars;* et Alm., *ēē pars.* Ille a sec. manu *est pars*, et sic Guelferb. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Bad. quo acc. Obr. E Vall. quoque ponitur *nisi*, quod ipsum fortasse una cum *est* latet in vetustissimo illo *esse.*

9. *Auratura;* sic Turic. Florent. cum Alm. Jens. et edd. posterioribus ante Chouet. exc. Ald. qui *ut aurata.* Sec. Turic. et Flor. manus *auraturæ*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Solus Obr., *auri aura*, mira immutandi vecordia. Reliqui *aurata — Auratura;* sic Vall. lib. a sec. manu, RR. 8, 12 a sec. manu. Reliqui *auraturæ.* Ed. — *Quia... auratura.* Est igitur et hic synecdoche quædam, quum toti tecto tribuitur, quod ejusdem nonnisi pars est. *Auraturæ* vocabulum, quod hoc uno niti loco videbatur, asserit Forcellinus ex lapide Gruteriano, p. 583, n. 4.

10. *Singula exsequi;* sic Gothan. (tac. Gesn.) Camp. *Singulæ neque*, Turicensis, Florentinus, Guelferb. Reliqui *persequi.*

29 est curæ, etiam non oratorem instituentibus[1]. *Antonomasia*[2], quæ aliquid pro nomine ponit[3], poetis quoque modo[4] frequentissima, et per *epitheton*[5], quia[6] detracto eo, cui apponitur, valet pro nomine, *Tydides*, *Pelides:* et ex his[7], quæ in quocunque sunt *præcipua*,

.....Divum[8] pater, atque hominum rex:

et ex factis[9], quibus persona signatur,

1. *Instituentibus;* sic Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum edd. a Gryph. inde ante Obr. Reliqui *instruentibus*, quorum et Voss. 2, esse dicitur (vide VIII, 3, 18; IX, 3, 77), vide §. 2. — Nostri, except. R. 9, Andr., *instruentibus*. Ed.

2. *Antonomasia;* sic latt. litt. et scripti et excusi ante Ald. Mox aliquot etiam ἀντω indociles Capperonnerio monenti.— *Antonomasia*. Vide VI, 3, 69. Exempla *antonomasiæ* per epitheton factæ ex compluribus eloquentiæ magistris profert Capperonn. ad locum nostrum, quibus maxime usus est Ernestus in Technologia græca h. v. Ex reliquis ejusdem tropi fontibus, non item. Locus quidem ipse quem tractamus longe abest, ut sit sanus. Vide nott. super.

3. *Ponit*. Turic. Flor. (hic a sec. manu) Guelf. Camp. Goth. Jenson. (tac. Gesn.) *ponet*, cum Voss. 2, edd. ante Bad. *Ponitur*, Flor.

4. *Quoque modo*. Turic. Flor. Guelf. Camp., *utroque*, cum Goth. (err. Gesn.) Voss. 2, et edd. ante Stoer. quo acc. Obr. qui *utrocunque*. — Nostri *utroque modo*. Hanc phrasim omittit R. 10. Ed.

5. *Epitheton*. Poetæ solent *antonomasiam* facere solo *epitheto*, quum patronymicis utuntur, detracto substantivo: alioqui si substantivum addatur, jam non *antonomasia* erit, sed *epitheton*. Turn.

6. *Quia*. Turic., *qui* a pr. manu. Lege: *quod*. Vide VI, 3, 6.

7. *Et ex his, quæ in quocunque*. Turic. Flor., *et his quoque*, cum Alm. (nisi quod ex hoc duplex *et*) a sec. manu *ex his quoque*, cum Vall. *His quoque*, Guelf. Camp. cum Goth. (err. Gesn.). *Et ex his quæ in quoque*, Jenson. cum edd. ante Stoer. Apparet quare recentiores mutarint *utroque*, quum videantur sequi tres, non duo modi. Hæc difficultas qua ratione possit exiri, nondum video, quamquam persuasum est de bipertita divisione sola cogitasse Quint. Epitheti usui subjecit ille alterum, ubi quæ sunt præcipua ponuntur pro nomine; nec tamen comminiscor constitutionem quæ placeat usquequaque.

8. *Divum*. Æneid. I, 69. Ed.

9. *Et ex factis... signatur*. Hujus generis exemplum quomodo esse possit quod ex Virgilio affertur, parum percipio. Est quidem longe clarius idem in *eversore Carthaginis* pro *Scipione*, etc. Nam *Æneas* sane est *impius* ille; sed quum in oratione Didus ipse ubique intelligatur, nemo hic proprie antonomasiam agnoscat, quæ si est, erit

.....Thalamo[1] quæ fixa reliquit
Impius.

Oratoribus etiamsi rarus ejus[2] rei, nonnullus tamen usus est: nam, ut *Tydiden*[3] et *Peliden* non[4] dixerint, ita dixerunt *impium*[5] pro parricida: *eversorem* quoque *Carthaginis et Numantiæ* pro Scipione, et *romanæ eloquentiæ principem* pro Cicerone posuisse non[6] dubitent:

etiam v. 479 in *amante*, v. 497 in *nefando viro*. Nec factis suis hic signatur Æneas, nam quod *arma reliquit*, factum tale, unde signari potuerit, nemo, opinor, dicet. — Hic errare Spald. arbitror: nempe non hic Æneas signatur, ut omnibus innotescat; sed Dido sorori illum designat ex facto, quod maximum amanti scelus videtur: scilicet Æneas in thalamo Didonis, id est, in cubiculo, ubi jugalis erat lectus, fixerat arma, pignus fidei, quam fugiens violavit. Itaque Virg. aptè opponit τὸ *Thalamo* τῷ *Impius*. Ed.

1. *Thalamo*. Æneid. IV, 495. Ed.

2. *Rarus ejus*. Turic. Flor. (hic prius modo, et a sec. manu *rarum*) (a pr. manu) *ţarus cujus*.

3. *Ut Tydiden*. Turic. (a pr. manu) *et T.*

4. *Dixerint, ita dixerunt*. Turic. Flor., *dixerit, i. dixerint;* ille a sec. manu *dixerunt, i. dixerunt*, et sic Guelf. Goth. (tac. Gesn.)

5. *Impium pro parricida*. Turic. Flor. Guelf. Goth. Jens. (err. Gesn.) *impius et parricida*, cum Almelov. Voss. 2, et edd. ante Ald. qui *impium et parricidam*, et sic jam Camp. Receptam nemo defendat; neque enim inest antonomasia in genere pro specie (vide §. 19) sed synecdoche. Ex vetere scriptura eliciam: *impios et parricidas;* neque tamen satis aptam sententiam, quum non addantur nomina, pro quibus hæc posita fuerint. Mox ante *evers.* Flor. a sec. manu *cum* inserit.—Omnes nostri *impius et parricida*. Ed.

6. *Posuisse non dubitent*. Turic. *potuisse non ducite;* a sec. manu *potuissent licite*. Ex Almel. nec *potuisse* et *ducitet* (vide §§. 28, 38). Flor. (a pr. manu) *posuisset non ducite;* a sec. nostrum. Guelf. Camp., *posuissent*. Goth. (tac. Gesn.) *posuerunt*, cum Vall. Voss. 2. *Potuissent dicere*, Obr. *posuisse non dubitem* conjecit Francius; ego *potuisse* (scil. *dicere eos*, ex præcedentibus) *non dubitem*. Certius de loco nostro pronunciare licebit ei, qui locum aliquem, ubi hæc ita de Scipione et Cicerone sint posita, demonstraverit; cujusmodi nec reperi ullum, neque exstare credo ex auctoritate Nostri. Vide §. 43. *Posuisse* autem ut poetico more dixerit pro *ponere*, nulla est ratio. Nam si ad *posuisse* intelligas *eos*, scribasque *dubitem*, quæ tandem est somnolentia obliviosi Fabii, qui se *dubitare* neget, quin hæc sint apud oratores? Atqui quærendum erat. — *Potuisse non dubitent;* sic R. 7. *Posuissent;* sic RR. 10, 12, Andr. *Posuerunt;* sic Vall. lib. RR. 8, 9. *Ponunt;* sic R. 13. Ed.

ipse[1] certe usus est[2] hac libertate: *Non multa peccas, inquit, ille fortissimo viro senior magister*[3]; neutrum enim nomen est positum[4], et utrumque intelligitur.
31 Ὀνοματοποιία quidem, id est, *fictio nominis*, Græcis inter maximas habita virtutes, nobis vix permittitur; et sunt plurima ita posita ab iis, qui sermonem primi fecerunt, aptantes affectibus vocem: nam *mugitus*, et *sibilus*, et
32 *murmur* inde venerunt. Deinde[5], tamquam consummata[6] sint omnia, nihil generare audemus ipsi, quum multa quotidie ab antiquis ficta moriantur[7]: vix illa, quæ παραγόμενα[8] vocant, quæ ex vocibus in usum receptis quocunque modo declinantur, nobis permittimus, qualia sunt *Sullaturit*[9], et *proscripturit*[10]; atque[11] *laureati postes*[12], pro illo, lauro coronati, ex eadem fictione

1. *Dubitent: ipse;* sic Turicens. Flor. cum Almel. Reliqui inserunt *Cicero*.

2. *Ipse... usus est.* Cic. pro Murena, cap. 29. « Ex aliqua fortasse « tragœdia sumptum de Chirone « Achillem, cujus magister fuit, « instruente. » Manutius ad Cic.

3. *Magister; neutrum;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 2, et edd. ante Basil. Reliqui inserunt *et si peccas te regere possum* e Cic.—Hæc vero omittunt omnes nostri. Ed.

4. *Est positum;* sic Turic. Flor. Camp. Reliqui *p. e.* Sed mox etiam ante *intelligitur* iterum *et*.

5. *Deinde.* Comparat Gesnerus Græcorum οἴτα, indignationis cujusdam vocem, et ablegat ad Thesaurum suum h. v.

6. *Consummata.* Hoc e conjectura dedit Badius, quum omnes ante eum et scripti et excusi habeant *consumpta*. Confusio frequentissima. Vide Drakenb. ad Liv. Epit. lib. LXVIII.

7. *Moriantur.* « Videtur respice- « re Hor. A. P. 62. » Gesnerus.

8. Παραγόμενα. Flor. (hic a pr. manu πεποιημένα) Goth., πεποιημένα, et sic Codd. fere et edd. ante Locat. quo acc. Ald. Bad. pr. etsi vitiose dantes vocabulum. Vide V, 10, 75.

9. *Sullaturit.* Turic. (a sec. manu) Guelf. Camp., *usu laturi*, cum Goth. (err. Gesn.) Voss. 2. *Sullaturi*, Flor.

10. *Proscripturit.* Turicens. Flor. Guelf. Gothan. (err. Gesn.) Camp., *proscripturi.*—*Sullaturit, et proscripturit.* Vide VIII, 3, 30; IX, 1, 22. Ed.

11. *Atque;* sic Vall. lib. RR. 7, 9, 12, Jens. Ald. *Atqui;* sic R. 10, Camp. Andr. Jens. ab emend. Ed. — *Atqui* legendum videtur, cum Hubero Basileensi (vide VIII, 6, 33).

12. *Postes.* Turic. Flor., *potes;* a

sunt. Sed hoc feliciter, *evaluit*[1]: at contra[2] *vio* pro *eo*, 33
infelicius: in græcis *obelisco*, *coludumo*, etc., dure etiam jungere vetamur, qui toleranter videre *septemtriones* videmur. Eo magis necessaria κατάχρησις, quam recte 34
dicimus *abusionem*, quæ non habentibus nomen[3] suum accommodat, quod in proximo est: sic,

sec. manu uterque *ponentes*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. — Omnes nostri *ponentes*. Ed.

1. *Evaluit*. Turic. (a sec. manu) Guelf., *evanuit*, cum marg. Bas. Obr. —Solus R. 7; a sec. m. *evanuit*. Ed.

2. *At contra... septemtriones videmur*. In hisce depositis et conclamatis MSS. a me consultos et vetustissimos excusos referre contentus ero, conjecturam tentans nullam. Turic., *adoinoia et vio eo ferimus in græcis obidis ocoluditui-no bono eo dure etiam jungear qui tollentem et videre s. v.*; sic et Flor., nisi quod *obidius* et *jungere* superscriptum τῷ *jungar*, et Guelf., sed *Adomoia et vioco*, item *oco luditi uno*. Goth. (err. Gesn.) *adonea et vioco ferimus i. g. Obidis acobaditiuio dure etiam jungar qui tollentem et videre s. v.* Camp., *adomonia ferimus in græcis eo magis*, plurimis omissis. Jens. (err. Gesn.) *ad omia et vio eo ferimus in græcis obidis ocoluditiuno bono eo dure atque jungere qui tollente et videre s. v.* Plane sic Tarv., nisi quod *tollentem*. Sic fere est in edd. ante Bad. qui e Vall. affert *jungear*. Nostra est a Badio inde, qui eam a quibusdam legi testatur; quibus, nescio. Alm., *ad onoia fermi et vio eo in græcis obidius oco luditu ino bono eo dure etiam jungere vetamur qui tollentem videre s. v.* Voss. 2, *adonua et vio eo ferimus i. g. obidis acoluditituvio eo dure etiam jungear qui tollentem et videre s. v.* Kapp. Cod., *ad omoia et inoeo fermius i. g. Obidius acoluditiuino bono eo dure etsi jungere atqui tollentem et videre s. v.* Erratum in monstris illis Kappiani Cod. Sed hoc e Gesneri notatis corrigitur. Goth. 2, *adomoya et vio eo ferimus i. g. Obidius ocoludi tu moibono eo dure etiam jungere qui tollentem videre s. v.* In hisce quæ non ipse inspexi, diligentiam Burmanni et Gesneri non præstem. Obr., *evanuit econtra vio in eo: ferimus in græcis obeliscos*. Τπερboreo, *dure, et tamen jungere Maronem sollerter, et dividere septemtriones videmus*. Sordes hoc viro non dignæ. Huberus Basileensis (vide VI, 3, 38) pro *obelisco*, *coludumo* conjicit ὀβελίζω, κοτυλίζω; Werlhosius apud Gesner. pro « *ob... jungere* » hæc: « *obelisco* « (ὀβελίζω) *colum* (κῶλον) *ducere etiam* « *jungere*, etc. » in quibus ipsis non fuit operæ pretium multa mutare, nullo aptæ sententiæ emolumento. — *At contra... septemtriones videmur*. Hæc adeo sunt corrupta in omnibus libris, ut nemo adhuc sani quidquam extuderit, ne cum manifesta quidem scripturæ veteris desertione.

3. *Non habentibus nomen suum*. Capperonnerius recte jubet conferre quæ mox leguntur (§. 35) « quibus nomina *sua* non sunt. »

.....Equum divina Palladis arte
Ædificant[1]....

et apud tragicos, *Et jam leo*[2] *pariet*, at pater est. Mille sunt hæc[3], et *acetabula*[4], quidquid habet[5]; et *pyxides*, cujuscunque materiæ sunt; et *parricida*, matris quoque, aut fratris[6] interfector: discernendumque est hoc totum a translatione[7] genus, quia *abusio*[8] est, ubi nomen defuit; *translatio*, ubi aliud fuit: nam poetæ solent abusive etiam in his rebus, quibus nomina sua sunt[9], vicinis potius uti; quod rarum in prosa est. Illa quoque quidam καταχρήσεις volunt esse[10], quum pro te-

1. *Sic... Ædificant.* Turic. Flor., *si cæcum ogra putant æd.*, cum Jenson. et posterioribus ante Bad. qui primus hanc Æneid. II, 15 mentionem invexit. Eum versum ad partes vocat Nonius Marcellus, cap. 6, de impropriis p. Gothofr. 738. Camp., *sic enim ogra putant æd.* Guelf., *sic ecum ogra putant*, cum Goth. Vall. Voss. 2. Ex Alm. affertur *et cum ogra putant.* Flor. pro *si cecum* a sec. man. *sit equum.*

2. *Et jam leo... pater est.* Turic. Guelf. Camp., *etiam* (hoc quidem non e Turic.) *l. paret at pater* sine *est*, cum Goth. (err. Gesn.) Voss. 2, Alm. (qui tamen *pariet* dare narratur) et edd. ante Bad. Sed Flor., *æia leo paret, at pater.* Catachresin agnoscunt fere in *pariendo*, quod ponatur pro *gignendo.* Quis sit tragicus, quum præsertim *tragici* memorentur, an probabiliter correctum sit, ne quærere quidem vacat in tanta horum omnium fluctuatione et corruptela; quod de præcedentibus quoque dictum sit.

3. *Mille sunt hæc.* Durum hoc et nimium. Obrechtus reponit: *Sunt mille sicut hæc.* Gesnerus conjicit *Similia sunt et hæc*, satis probabiliter. Vide lib. I, cap. 4, §. 25.

4. *Et acetabula.* Turicens. Flor. omittunt copulam.

5. *Quidquid habet.* Verissima videtur Gallæi et deinceps Burmanni conjectura *q. habent*, quam commendat quod protinus itidem est pluralis *sunt.*

6. *Matris... aut fratris.* Nec tamen inaudita sunt *matricida*, *fratricida;* quamquam hoc apud illum, qui fertur, Cic. pro Domo, c. 10.

7. *A translatione.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *translationis istud*, cum Voss. 2, Goth. Ex Alm. affertur *translatio nos stud.* Mox edd. ante Ald. idem, sed sine *istud.* Hoc natum suspicor ex male repetita syllaba *is.* Et ferri hoc posse censeo, ut *genus translationis* dicatur *abusio*, quæ mox ab ipsa *translatione* discernitur. Nostra est a Regio.

8. *Quia abusio.* Turic. (a pr. manu) *qui ab.* Reliqui *quod a.* Nostrum conjecimus.

9. *Sua sunt.* Turic. (a pr. manu) Flor., *sua.*

10. *Volunt esse;* ita Turic. Flor. Guelf. Camp. Reliqui *e. v.*

meritate *virtus*[1], aut pro luxuria *liberalitas* dicitur: a quibus hæc quidem dissonantia sunt[2], quod in his non verbum pro verbo ponitur, sed res pro re: neque enim putat quisquam *luxuriam*[3] et *liberalitatem* idem significare: verum id, quod fit[4], alius *luxuriam* esse dicit, alius *liberalitatem:* quamvis neutri dubium sit, hæc esse diversa. Superest ex his, quæ aliter[5] significant, 37

1. *Virtus... liberalitas.* Vide lib. III, cap. 7, §. 25.

2. *Dissonantia sunt, quod.* Turic. (a pr. manu) *dissonantiamque.* Fuit profecto *dissonant, namque.* Sic melius. Sed Flor., *dissentio namque.* Tum legeris *hic* pro *hæc.* Cæterum pro *in his* Goth. (tac. Gesn.) congruentius *in iis.*

3. *Quisquam luxuriam.* Turic. Flor. (a pr. manu) *q. ex luxuria et liberalitate,* mox iidem *q. et luxuriam et liberalitatem* (sed Flor. ablativum), et sic Guelf. Camp. Goth. Jenson. (tac. Gesn.) cum edd. ante Stoer. Parum commode profecto.

4. *Quod fit.* Turic., *q. sit,* cum Goth. Camp. sed ille a sec. manu *q. scit,* et sic Guelf. — Receptam apud nostros frustra quæsivimus. R. 12 a sec. manu *quidquid sit.* R. 12, *quod sit.* Vall. lib. RR. 7, 8, 9, 10, *qui scit.* Ed.

5. *Quæ aliter significant.* Insolens profecto loquendi genus, omisso objecto; nec dubito tamen quin vera sit scriptura, sententia autem hujusmodi: quæ rem demonstrandam indicant aliter, quam solet et proprie debet fieri, id est, improprie dicta. Omnis hæc de metalepsi expositio, etsi in genere satis perspicitur, nec potest, quo tendat, ignorari, adeo in singulis prope vocabulis errore veterum librorum est turbata, tamque incertis adhuc VV. DD. conjecturis emendata, ut tricas hasce et spinas intactas relinquere satius duxerim, quam frustra conando lectorem fatigare. Exempla, quæ ponuntur, multum abest, ut, qualia nunc comparent, in veteribus membranis inveniantur. Illud quidem τῶν νίκων δοῦν, apud Plutarchum, sive alius est auctor, de Homeri vita, idem est, unde videtur in nostrum locum invexisse Regius, satis ille ingeniose. Ejus autem emendationem pro certa scriptura illustrat Victorius Varr. LL. VII, 3. *Centaurum* pro Chirone qui dicat, Gesnero metalepsi videtur uti, quum pro nomine proprio hominis alicujus usurpet, quod forte fortuna cadebat in veterem illum fabulosum, qui et ipse Chiron appellabatur. Capperonnerius (parum apte) Pindarum frequentare putat hanc ipsam metalepsin, eoque respexisse Nostrum: sæpe enim Κίτταυρον esse apud illum, ubi indicetur Chiron. *Suem* et *doctum* si quis ita dicat, ut velit intelligi *Verrem*, vel *Lælium*, illicita utatur metalepsi, etsi *Verres*, si appellativum spectetur, respondeat *sui*, *Lælius* autem *sapiens* cognominatus et litterarum studiosus *docti* laudem facile tueatur (sed in hoc consule not. 11, seq. pag.). De *meta-*

μετάληψις, id est, *transumptio*[1], *quæ ex alio in*[2] *aliud velut viam*[3] *præstat:* tropus[4] et rarissimus[5], et maxime[6] improprius[7], Græcis tamen frequentior, qui [8]*Centaurum* Chirona[9], et νήσους[10] θοὰς ὀξείας dicunt: nos quis ferat, si
38 Verrem, *suem:* aut Lælium[11], *doctum* nominemus? Est enim hæc in metalepsi natura, ut inter id, quod transfertur, sit medius quidam gradus, nihil ipse significans, sed præbens transitum: quem tropum magis affectamus, ut habere videamur, quam ullo[12] in loco[13] desi-

lepsi vide VI, 3, 52. Ad hæcce technica Capperonnerius portentosa loquacitate obtundit lectorem, non docet. Quæcunque alicujus sunt frugis, ex eo decerpsit in Lexico suo Ernestus.

1. *Transumptio;* sic una littera *s* Turic. Guelf. Goth. Camp. et editt. ante Gryph. exc. Aldo.

2. *Alio in.* Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) inserunt *tropo*, cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Aldum.

3. *Viam.* Turic. Flor. (a pr. manu uterque) *viatri*, cum Almelov. quamquam in hoc litteræ *a* imponi dicitur apex.

4. *Tropus.* Turic. Flor. Guelferb. Camp. Goth. Jens. (tacente Gesn.) omittunt cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Aldum.

5. *Rarissimus.* Flor., *rarissimo.*

6. *Maxime.* Turic. Flor. Guelf. Camp. omittunt cum Alm. Gothan. Voss. 2, Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Bad. (nam Ald., pro *et maxime, etiam*).

7. *Improprius.* Turic. Guelferb. Camp., *improbus*, cum Goth. Alm. Voss. 2. Placet. Flor., *in propriis*, sed obscuriore fine vocis. Ald., *improprii usus.*

8. *Qui Centaurum.* Turic. Flor. (sed hic *qui*) *qua scient aurum*, cum Gothan. 1, 2. Kapp. et edd. ante Ald. nisi quod *quam.* Guelf., *qua scirent aurum.*

9. *Chirona.* Turic. Guelf. (sed hic *quod*) *qui haroriem.* Goth., *qui auroriem.* Gothan. 2, *qui hiroriem.* Flor. Kapp., *qui hitorem.* Jens., *qui haronem*, cum edd. ante Aldum (Tarv., *aronem*).

10. *Et νήσους... dicunt.* Turicens., *hoc cona insulem φιασφας d.*, et sic Guelferb. nisi quod *insulæ.* Eadem dant Goth. (qui *dicuntur*) Voss. 2, Goth. 2, Flor. Kapp. (uterque *insulem*) et edd. ante Ald. Græca quidem postremi et excusi et scripti φιλοθόας (err. Gesn.). Unus Flor., φιαεθεας, in quo manifesto ὀξείας θοάς. Sed totum hoc *Græcis... dicunt* omittit Camp.

11. *Lælium.* Flor. (a pr. manu) *elium.* Sic cogitet aliquis de *L. Ælio Stilone*, qui poterat videri satis designatus doctrina sua et eruditione. Vide I, 6, 36.

12. *Quam ullo;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 2, et edd. ante Bad. Reliqui inserunt *ut.*

13. *Desideramus;* sic Turic. Flor. (a pr. manu uterque) cum Almel. Reliqui *desideremus.*

deramus: nam ejus[1] frequentissimum exemplum est, *cano, canto*[2], *dico:* ita *cano, dico*[3]: interest[4] medium illud *canto*[5]. Nec diutius in eo morandum: nihil[6] enim usus 39
admodum video, nisi, ut dixi, in mediis: cætera jam non significandi gratia, sed ad ornandam[7] modo,

1. *Nam ejus.* Turic. Flor. Camp. inserunt *id*, cum Voss. 2, Goth. Obr.

2. *Cano, canto.* Turic. Flor., *cano c.* Camp., *Cato c.*

3. *Cano, dico.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *canonico*, cum Goth. Alm. Voss. 2.

4. *Interest;* sic Florent. (etsi per compendium *int*) ut et Alm. sed hic omisso *est*, (e Turic. nihil affertur. Vide §§. 30, 39) cum Obr. Gesn. Bip. Reliqui *item.*

5. *Canto;* sic Obr. Gesner. Bip. Reliqui *cano.* Ratio Camerarii, ipsius tamen verborum sanitati diffidentis (v. Gruteri Fax IV, 161), « *cano* enim est *canto*, est et *dico*... ita *cano* est *dico*, » non erat digna profecto, in qua tam libenter acquiesceret Gesnerus, qui Quintilianea sua iterum ponit in Thesauro L. L. Illud quidem recte satis, quod *cantare* usurpatum censet pro inculcando, sæpius dicendo, exemplis hisce, Quint., Inst. Orat., VIII, 3, 76. Ter. Heaut. II, 3, 19; Plaut. Trin. II, 2, 10; quorum partim et Forcell. vide et Pareum in Lex. Plaut. Jam, abjectis, quod suadet Heindorfius, corruptis istis seu *canonico*, seu *cano dico*, aptius ita ordinaveris: « exemplum *canto, dico*. Interest medium *cano*, » ut sit transitus a *dicendo* ad *cantandum* in *canendo*, quod ipsum quidem, in soluta certe oratione, pro *dicendo* non adhibeatur, illi tamen *viam* præstiterit.

6. *Nihil... mediis.* Turic. Flor. (a pr. quidem manu *in* præmittentes) Guelf. Camp., *nisi usus admodum video nihil ut dixi in comedis*, cum Goth. (err. Gesn.) Voss. 2, Kapp. et edd. ante Ald. (qui tamen eatenus recedit a nostra, quod omittit *dixi;* sed Guelf. Goth. et edd. dant *comœdiis*). Ex Almel. promitur ipsa nostra transpositio τῶν *nisi* et *nihil* (vide §§. 38, 42). Vulgata est a Regii conjectura, quam equidem non magis quam Gesnerus veram existimo. *Media* ista, in quibus sit usus metalepseos, esse per quæ transitus fiat, velut illud seu *canto*, seu *cano*, satis apparet; nec tamen quidquam inde lucis dispicitur. Quis enim intelligat usum esse tropi cujusdam in eo, quod tropi declarandi causa foris arcessitur, nec appareat usquam, si tropus ipse ponitur? *Usus* hic potest esse nullus, nisi qui conducat oratori, id est, ut demonstretur locus aliquis, ubi certo tropo possit uti orator cum persuadendi et vincendi adjumento. Cujusmodi quum nihil hinc eruatur, omnem verborum nostrorum interpretationem despero et despondeo. — De hisce locis corruptis eadem nostri. Ed.

7. *Ornandam modo.* Turic. Flor. Guelf., *ornandum*, omisso *modo*, quod ignorant et Gothan. Voss. 2, Almel. Camp. cum editt. ante Ald. Mox *augendum*, quoque Guelf. ut in utroque Obr. prava affectatione.

40 non augendam orationem assumuntur. Ornat enim ἐπίθετον, quod recte dicimus[1] *appositum*[2]; a nonnullis *sequens* dicitur: eo poetæ et frequentius et liberius utuntur; namque illis satis est convenire verbo[3], cui apponitur; itaque[4] et *dentes albos*[5] et *humida vina*[6] in iis[7] non reprehendemus[8]: apud oratorem[9], nisi aliquid efficitur, redundat: tum autem efficitur, si sine[10] illo, quod dicitur, minus est: qualia sunt, *O scelus abominandum! o*
41 *deformem libidinem!* Exornatur autem res tota maxime translationibus, *Cupiditas*[11] *effrenata*, et *insanæ*[12] *sub-*

CAMP. hoc, præterea quod inserit *ad* ante *aug.* De suo Regius addidit *modo;* recte ille, sed debebat vicissim expungere *non*, et copulam adjungere, sic: *ornandam modo et augendam.* De *non* et *modo* vide VI, 3, 71. *Ornare* et *augere* semper copulantur συνωνύμως, nusquam opponuntur, quod vel lexica docebunt. Scabrum fuerit et infantis scriptoris, bis ponere *non*, semel ad *significandi*, iterum ad *augendam.* Cæterum *significandi* refer ad §. 6, ubi recenset, quotuplex sit usus troporum. — Omnes nostri *modo* omittunt. Soli R. 7, Andr. habent *ad* ante *aug.* ED.

1. *Dicimus;* sic omnes, etiam MSS. ante Leid. quocum recentiores *diximus.* Sic vicissim IX, 4, 122. CAMP., « *dicimus* testes. » — Nostri *dicimus.* Bene; propter τὸ *dicitur.*

2. *Appositum.* Vide dicta ad lib. VIII, cap. 3, §. 20.

3. *Convenire verbo.* Turic. (a pr. manu) Flor. inserunt *id*, cum Alm. — Solus R. 7 *id.* ED.

4. *Itaque et;* sic Turic. Florent. Guelf. Gothan. (tac. Gesn.) CAMP. cum Steph. Gryph. Obr. *Et itaque*, Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Stoer. Reliqui *et ita.* Voss. 2, *et* omittere perhibetur.

5. *Albos.* Turicens. (a pr. manu) Flor., *abbo*, cum Alm. Reliqui *albi.* — Nostri *albi.* Plautus in Epidico act. III, scen. 3, *dentibus albis deridere.* Dixit et Virg. Æneid. XI, 681, *Et malæ texere lupi cum dentibus albis.* ED.

6. *Humida vina.* Georg. III, 364. Vide VIII, 2, 10. Apponit Capper. locum Aristotelis: ἐν μὲν γὰρ ποσίου πρόσει γάλα λευκὸν εἰπεῖν, ἐν δὲ λόγῳ... ἀπρεπέστερα; Rhet. III, 3, 3.

7. *Iis;* sic Turic. Flor. Reliqui *his.*

8. *Reprehendemus;* sic CAMP. cum Jens. (tac. Gesn.) Voss. 2, Andr. Tarv. Ald. Obr. *Reprehendimus*, Goth. (tac. Gesn.) cum Loc. et edd. ante Gryph. *Prehendemus*, Turic. *Prehendimus*, Flor. Guelf. — Nostri *reprehendemus*, except. R. 10, qui *prehendemus.* ED.

9. *Oratorem.* Turic. Guelf. CAMP., *orationem*, cum Alm.

10. *Si sine.* Turic. Flor. Guelf. omittunt *si*, cum Alm.

11. *Cupiditas. . . substructiones.* Cic. in Catil. I, 10; pro Mil. 20, 31.

12. *Insanæ.* Turic. Flor., *insanatæ.* Ex Alm., *m a nate.*

structiones: et solet fieri aliis adjunctis epitheton tropus[1], ut apud Virgilium[2], *Turpis egestas*, et *tristis senectus*: verumtamen talis est ratio[3] hujusce virtutis, ut sine appositis nuda[4] sit et velut incompta oratio[5]; oneretur tamen multis. Nam fit longa et impedita[6], ut in 42
quæstionibus eam judices[7] similem agmini totidem lixas habenti, quot milites[8] quoque, in quo et nume-

1. *Tropus.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *tropis*, cum Gothan. Colb. Alm. Voss. 2, et edd. ante Obr.

2. *Apud Virgilium.* Vide §. 27. Fit autem *metonymia*.

3. *Ratio.* Turic. Flor. Guelferb. Tarv., *oratio*.

4. *Nuda.* Turic. Florent., *unde*, cum Alm.

5. *Oratio; oneretur tamen;* sic Jens. (tac. Gesn.) cum edd. posterioribus ante Ald. *Oratione tamen*, Turic. Flor. Guelf. *Oratio ne tamen*, Camp. cum Goth. Alm. Voss. 2. Apparet *retur* intercidisse, postquam librarii junxerant *oratio one*.

6. *Fit longa et impedita*, *u. i. q.* Turic. Flor. (sed hic *fit*) *sit locan etiam pedita quæstionibus;* a sec. manu (sublato etiam ante *nam*) *sint* (Flor. *sunt*) *loca etiam impedita ut in q.* (Ex Alm. *sit cocan et impedita ut in q.* Vide §§. 38, 45), et sic Guelf.; hic quoque sine *nam*, quod et Camp. ignorat et Goth. (tacente Gesn.). *Sunt leta etiam impedita u. i. q.*, Camp. *Fit*, seu *sit* omittit Jens. (err. Gesn.) cum edd. ante Aldum. Nec tamen *læta* ille et reliqui, sed *longa* (err. Gesn.). Illud vero Goth. Voss. 2 (et Regio quidam memorati) quorum uterque *quæstione*. — Nostri Codd. dant, alii *læta*, alii *loca*, omnes *impedita*. Ed.

7. *Judices.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *jungas*, cum Alm. et aliquot vett. libb. Regio memoratis. Sed Goth. (tac. et err. Gesn., nihil enim Jens. recedit a vulgata) utrumque *jungas judices*.

8. *Quot milites... virium.* Turic., *qui similiter quod et mimerus* (Flor., *qui et numerus*) *e duplex n. d. virum* (hoc ultimum et Flor.); a secunda manu: *quia similiter quoque et mim.... verum*, et sic Guelferb. Camp. (nisi quod *num.*). Ex Almel., *qui similiter q̃ et numerus... virum*. Abest *quoque* post *milites* a Goth. Voss. 2. Non temere ullum invenias scriptoris nostri locum, in quem magis doleas tantum licuisse socordiæ librariorum. Apparet enim trans ipsas corruptelæ sordes mirifica comparationis proprietas, quam suo nitori restituere frustra equidem laboro. In *locan* isto vix quidquam latere censeo præter receptum, etsi ingeniosa est Burmanni suspicio ex *leta* efficientis *lenta*, ut manifesta sit comparatio cum agmine tarde progrediente. Illud inprimis miror, neminem hæsisse in *quæstionibus*, quæ adeo hinc sunt alienæ, ut quid iis faciam, plane ignorem. Nam si *eam*, quod ipsum displicet, mutans in *causam* obtineas *longam et impeditam quæstionibus causam* (vide III, 10, 1; VII, 1, 45, seqq.), et servans utrumque

rus est duplex, nec duplum virium; quamquàm non singula modo, sed etiam plura verba apponi [1] solent: ut,

Conjugio Anchisa [2] Veneris dignate superbo.

43 Sed hoc quoque [3] modo duo verba, uni [4] apposita, ne

verbum reponas: « nam *si* l. e. i. q. « c. *jungas, judices* s., » scripturam per se quidem satis blandientem, nihil tamen profeceris ad nostrum proprie locum, qui non desiderat nisi elocutionis mentionem. Neque enim, adjuncta controversiæ ipsius longitudine quæstionumque numero, augetur tædium illud, quod inest orationi nimio epithetorum agmine tardatæ; aut si augetur, non erat hujus loci advocare huc, sine quibus cætera sufficiunt. Sed post illam lepidissimam quoque *lixarum* similitudinem, trahuntur quædam ultra perfectum, quæ recidenda censens ego nullam audaciæ invidiam reformido. Sunt sane acuta illa, nec carent elegantia: « *et* « numerus... *nec* duplum. » Resolvunt tamen et emaciant priorum vim et nitorem, ut Quintil. ipsum sua sic vineta cecidisse nemini creditur sim. Nempe hoc erat quod aiunt: unumquemque facete dicti interpretem esse stipitem et fungum. Hæc igitur omnia vetustis doctorum quamvis et peritorum scribarum glossis esse inquinata, prorsus mihi persuadeo, a nostris quidem codd. nullam opem exspectans. Sufficiant mihi quidem hæc, quæ tamen Quint. ipsius manum esse nequaquam præsto: *nam fit longa et impedita, quam tu* (vide XII, 10, 10; *tu* pro *ut* est §. 50, in Turic.) *dicas similem agmini totidem lixas habenti quot milites. Quamquam*, etc. Ut nunc est, neque sententiam neque orationem ferri posse, unusquisque admonitus sentiat.

1. *Apponi.* Turic. Flor. Camp., *opponi.*

2. *Anchisa.* Turic. Guelf. Camp., *Anchise.* — Æneid. III, 475. Ed.

3. *Sed hoc quoque... decuerint.* Sibi hæc liquere negat Gesnerus, simplicior ille cæteris. *Quis enim*, ait, *est hic modus?* Nec ego respondeam; et decuisse Virgilium dicere Famam, Æneid. IV, 181, *Monstrum horrendum, ingens,* et III, 658, *Polyphemum Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.* Suspicatur ergo aut corruptelam, aut reconditius aliquid, sibi nondum perceptum. Ante omnia quærendum, quid multiplex epitheton sit in versu Virgiliano hic posito, Æneid. III, 475. Id igitur censeo esse in omnibus istis quæ adjunguntur participio *dignate.* Nam *conjugium* non habet nisi unum appositum *superbo.* De reliquis vide not. seq.

4. *Verba, uni.* Turic. (a prima (manu *verbo.* Alm., ů, id est, *vero.* Illud quod præcedit *quoque*, magnopere displicet. Quid enim est, quod eo quoque modo, quem ex Virgilio attulerit, duo apposita verba ferri posse negat? At non erant ibi duo. An scribemus: « Sed hoc

versum quidem decuerint: sunt autem, quibus non videatur hic omnino tropus, quia nihil vertat[1]: necesse est semper[2], ut id, quod est[3] appositum[4], si a[5] proprio diviseris[6], per se significet[7], et faciat *antonomasiam:*

« quocunque modo » scil. *fuerit*, vel *feratur*. « duo *vero* uni app.? » Sic quidem in eumdem scrupulum incidimus, de quo Gesnerus, quod male Virgilius, aliique poetæ videntur reprehendi. Sibi tamen melius constat Noster.

1. *Nihil vertat.* Recte monet Capper. respici etymon tropi ἀπὸ τοῦ τρέπειν. Vide §. 17.

2. *Est semper;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Bad. Hic, obtemperantibus reliquis, sine auctore inserit *enim*. — Τὸ *enim* nostri omittunt. Ed.

3. *Ut id, quod est.* Turic. Guelf. Camp., *quum idem*, cum Gothan. Voss. 2. *Quum id est*, Jens. (err. Gesn.) cum edd. ante Bad. qui primus sine auctore, nec quidquam monens nostram. Unus Flor., *sed quum idem*. — Nostri omnes *quum idem*. Ed.

4. *Appositum, si.* Goth. Voss. 2, omittunt *si*.

5. *A.* Turicens., *ad*.

6. *Diviseris.* Turic. Flor. (a pr. manu uterque) Guelferb., *videret*. Goth. (tacente Gesnero) Camp., *diviserit*.

7. *Significet, et faciat.* Turicens. Flor. Guelf. Camp., *significat et facit*, cum Alm. Longe abest a sanitate locus, quem mira levitate refinxit Badius, alioqui frugi criticus. Nam primum *enim* illud quod infarsit, alienissimum est, quum promittat antecedentium rationem aliquam, quæ nulla hinc eruitur. Deinde quantumvis audacter pro *quum idem*, reponit *ut id quod est:* equidem trepidus sane, nec mihi ipse placens, hæc fere extundo ex vetustis scripturis: « Nec est semper » (scil. tropus), sed quum idem « appositum, si a proprio diviseris, « per se significat et facit antono- « masiam. » Sententia hæc: appositum si nomini suo junctum compareat, tropus dici nequit, sed tum potest, si per se quoque et sejunctum a proprio, significat et facit ant. Displicet *idem*, quod languet in hac ratione, neque enim accusativum agnoscas, qui regatur a verbo *significat;* tum enim desideres *quod* ante *si*. Displicet quod appositum sic dicitur tum demum esse tropus, si sit antonomasia nec jam proprie appositum. Displicet quod veteris illius scripturæ *videret* nulla ratio habetur. Nec profeceris legendo: *quum id est app. quod si*, etc. Tum aptior sit conjunctivus *significet... faciat*, qui non est, nisi in excusis, nec in principe quidem. Debebant ea quoque exempla respici, ubi tropum fieri epitheton ipse dixerat §. 41. Id saltem appareret, nostra si probetur sive constitutio, sive interpretatio, mox *non* ante *junctum* ferri non posse. Negabitur enim, ubicunque verum fuerit, suoque nomini redditum, appositum, tropus esse; ut ad *esse* intelligatur *tropus*. — Nostri Codd. dant *significet, et faciat*. Ed.

nam, si dicas, *Ille, qui Numantiam et*[1] *Carthaginem evertit,* antonomasia est[2]; si adjeceris *Scipio,* appositum.
44 Non potest ergo non[3] esse junctum: at ἀλληγορία[4], quam *inversionem*[5] interpretantur[6], aliud verbis[7], aliud sensu ostendit[8], etiam interim contrarium[9]: prius, ut[10],

> O navis, referent[11] in mare te novi
> Fluctus: o quid agis? fortiter occupa
> Portum[12].

totusque ille Horatii locus[13], quo *navem* pro repu-

1. *Numantiam et Carthaginem;* sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) CAMP. et quidem Turicens. CAMP. per *K.* Reliqui *C. e. N.*

2. *Antonomosia est; si adjeceris.* Turicens., *antonomasiam dieceris,* Flor., *antonomasia de ceris.* Ille a sec. manu *antonomasiam dixeris;* mox refictis *Scipione adposito,* et sic plane Guelf. Extrema illa *sia* hausisse altera *si a* palam est, nec fortasse verum *est,* quod et secunda manus Flor. omittit. A Goth. *ant. e.* utrumque exsulat.—*Antonomasia est;* sic CAMP. Andr. Jens. Ald. Τὸ *est* omittunt Vall., lib. RR. 7, 8, 12. *Antonomasiam;* sic R. 10. Hæc omisit R. 9. ED.

3. *Ergo non.* Turic. Guelf. CAMP. omittunt *non* cum Goth. Voss. 2, Alm. et edd. ante Ald. Inseruit Regius. — Omittunt nostri. ED.

4. *At ἀλληγορία.* Abest conjunctio a Turic. Flor. Guelf. CAMP. ut et Goth. Voss. 2. Excusi ante Ald. *ad,* nomen autem dant per accusativum, qui et est in designatis antea libris, etiam Gothan. (tac. Gesn.); sed CAMP. nominativum dat.

5. *Inversionem.* Turic. *in versonem.* Guelf., *eversionem.*

6. *Interpretantur;* sic Turicens. Guelf. cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Bad. exc. CAMP. Reliqui *interpretamur,* quibus additur Alm.

7. *Aliud verbis, aliud sensu.* Turicens. Flor. Guelf., *ut aliud sensu.* Anteponunt *ut* et Gothan. CAMP. Voss. 2. Alm. cum edd. ante Bad.

8. *Ostendit, etiam;* sic Florent. a pr. manu, a sec. *ostendat et e.* Turic. Guelf., *ostenditam* (posterior quidem *tam* disjunctim). Gothan. CAMP., *ostendat aut e.,* cum edd. ante Bad. nisi quod Ald., *ostendant ac.* Reliqui *ostendit ac e.* Suspicor fuisse «*aut* aliud verbis.... *aut* «etiam.» *Ac* ferri nequit, et est a Regio. Vide VIII, 3, 47.

9. *Interim contrarium.* Vide §. 54 seq.

10. *Ut, O.* Tur. Guelf. CAMP., *uno.*

11. *Referent.* Turic. Guelf., *referant,* cum edd. ante Basil. Sed Bad. pr., *referunt.*—Eadem nostri. Vide Horat. lib. I, od. 14. ED.

12. *Occupa Portum.* Turic. Flor. Guelf., *aecipe totum,* cum Alm.

13. *Ille Horatii locus.* Non est nostrum, nec facit ad interpretationem Quintil., disputare an recte acceperit carmen Horatianum, qua de re sunt consulendi VV. DD. ad poetam. — *Navem;* sic Turicens.

blica[1], *fluctuum tempestates* pro bellis civilibus, *portum* pro pace atque concordia dicit. Tale Lucretii[2], 45

Avia Pieridum peragro loca.....

et Virgilii[3],

Sed nos immensum spatio[4] confecimus æquor:
Et jam tempus equum fumantia solvere colla.

Sine translatione vero in Bucolicis, 46

Certe equidem audieram, qua se subducere colles
Incipiunt, mollique jugum demittere clivo,
Usque ad aquam, et veteris jam fracta[5] cacumina fagi,
Omnia carminibus vestrum[6] servasse Menalcam.

Hoc enim loco, præter nomen[7], cætera propriis[8] decisa 47

Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *navim*.

1. *Republica, fluctuum;* Turic., *prorer fluctu* (a sec. manu *fluctuum*). Florent., *fluctu* (solum). Guelf., *propter fluctuum*. Camp. *populo fluctuum*, cum Gothan. sed Voss. 2, *populum et* sine *fl.* Quis unquam dixit *fluctuum tempestates?* Equidem *fluctu* illud antiquum suspicor corruptum e *publica*. Saltem scribendum *fluctus et t.*

2. *Lucretii;* sic (sed simplice *i;* vide VIII, 3, 82) Florent. *Lucrecia*, subjuncto mox *via*, Turic. (a pr. manu) cum Alm.; deinde ille *Lucrecius in via*, et sic, sed junctim, Guelf., Camp. disjunctim. Jens., *Lucretius via*. Tarv., *Lucretius dia*. Mox edd. ante Gryph., *Lucretius invia*. Reliqui *Lucretius avia*. — Nostri omnes *Lucretius*. Iidem Codd., *invia*, except. R. a sec. manu qui, *avia*. Ed. — *Lucretii*, IV, 1. *Virgilii*, Georg. II, 541; Bucol. IX, 7.

3. *Virgilii;* sic Flor. cum Alm. Sed ille *i* simplice. Turic. non memoratur (vide §§. 42, 53). Reliqui *Virgilius*.

4. *Spatio;* sic Turicens. Guelf. Camp. cum edd. ante Bad. Reliqui *spatiis* cum Virg. Flor., *spatii*. Mox *fumantia* optimi quique, etiam mei MSS. — Solus R. 10, *fumantia*. Reliqui *spumantia*. Ed.

5. *Jam fracta*. Turic., *freta*, et omittit *jam;* a sec. manu *confracta*, et sic Guelf. Camp. cum Gothan. Voss. 2, et edd. ante Gryph. Sed omnes libri *veteris.... fagi*, genitivum, non accusativum. — Nostri omnes *confracta*. Ed.

6. *Vestrum*. R. 12, Camp. Andr., *nostrum*. Ed.

7. *Præter nomen*. Id est, excepto nomine *Menalcæ*, ficti pastoris. Ed.

8. *Decisa*. Vide VII, 1, 44: « In cæteris defunctus est propriis verbis. » — *Decisa*. Hoc est, expressa; idque per sumptam a sculptoribus metaphoram, qui, quum statuam e marmore, aliave materia volunt

sunt verbis: verum non pastor *Menalcas*, sed *Virgilius* est intelligendus: habet usum talis allegoriæ frequenter[1] oratio, sed raro totius[2]: plerumque apertis[3] permixta est: tota apud Ciceronem talis est[4]: *Hoc*[5] *miror enim, querorque, quemquam hominem ita pessumdare alterum verbis velle, ut etiam navem perforet, in qua*
48 *ipse naviget.* Illud commixtum frequentissimum: *Equidem cæteras*[6] *tempestates et procellas in illis duntaxat fluctibus concionum semper Miloni putavi esse subeundas:* nisi adjecisset *duntaxat fluctibus concionum*, esset allegoria[7]; nunc eam miscuit: quo in genere et species[8] ex arcessitis verbis venit, et intellectus ex pro-
49 priis. Illud vero longe speciosissimum genus orationis, in quo trium permixta est gratia, similitudinis, allegoriæ[9], translationis: *Quod fretum, quem euripum*[10], *tot motus, tantas, tam varias*[11] *habere creditis agitationes,*

exprimere, superfluas materiæ partes *recidunt.* CAPPER.

1. *Frequenter.* Turic. Flor. Guelf. CAMP., *frequentior.*

2. *Totius.* Id est, continuæ allegoriæ. ED.

3. *Apertis.* Verbis proprie, non allegorice usurpatis. ED.

4. *Talis est;* sic Turic. Florent. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) CAMP. cum Voss. 2, Alm. edd. aliquot, ut Obr. Reliqui omittunt *est.*

5. *Hoc miror.* Incerti libri, sed inprimis elegans Ciceronis fragmentum, in quo tamen *verbis* istud male me habet. Aliunde excitari posse idem hoc non equidem video.

6. *Equidem cæteras.* Pro Milo. cap. 21. *Quod fretum.* Pro Mure. cap. 17.

7. *Esset allegoria.* Turic. Flor. (sed hic c. non transponit), *esse c. allegoriam.* Guelf. Gothan. (tac. Gesn.) *c. allegoriam.* CAMP., *c. allegoria jam.* — Nostri *allegoriam*, exc. R. 7, qui *esse allegoriam.* ED.

8. *Species.* Orationis decor, vel ornatus. CAPPER.

9. *Allegoriæ, translationis;* sic Guelf. *Allegoria et t.*, Flor. (a pr. manu.). Reliqui inserunt *et.* Vide lib. IV, cap. 2, §. 24.

10. *Euripum.* Sic appellatur mare angustum, quod sæpius fluit et refluit. Intelligitur tamen potissimum de freto, quod Euboïcam insulam a Bœotia et Attica distrahit, et sæpius fluit et refluit. Ferunt nonnulli Aristotelem in hoc fretum se præcipitasse, quod hujus reciproci motus causam cognoscere non potuerit. ED.

11. *Varias.* Turic. Flor., *veris;* a sec. manu ille *veras*, hic nostrum.

commutationes, fluctus, quantas perturbationes, et quantos æstus ratio comitiorum? Dies intermissus unus, aut nox interposita sæpe et perturbat omnia, et totam opinionem parva[1] *nonnunquam commutat aura rumoris.* Nam id quoque inprimis est custodiendum, ut, quo 50
ex genere cœperis translationis, hoc desinas[2]: multi autem[3], quum initium a tempestate sumpserunt, incendio, aut ruinâ finiunt: quæ est inconsequentia rerum fœdissima. Cæterum allegoria parvis quoque ingeniis, 51
et quotidiano sermoni frequentissime servit: nam illa in agendis causis jam detrita, *Pedem*[4] *conferre,* et *jugulum petere*, et *sanguinem mittere*[5], inde sunt[6]; nec offendunt tamen; est enim grata in eloquendo novitas, et emutatio[7]; et magis inopinata delectant: ideoque jam

1. *Parva.* Turic. (a pr. manu) Flor., *parvo.* Ferri nequit, sed hoc tenendum, *parva aura* esse sextum casum, quo pertinet etiam quod in Qu. libris legitur, in Cic. non item, *et* post *sæpe.*

2. *Desinas.* Turicensis (a prima manu) *designas. Hoc desinas.* Malim prope *in hoc desinas*, cum Francio. Quod præceptum hoc inducitur per *nam*, hoc eo spectat, quod Cicero aptissime in fine *auram* rursus adhibet.

3. *Autem;* sic Turicens. Florent. Guelf. Gothan. (tac. Gesn.) Camp. Tarv. (Jens. hic omittit aliquot verba) cum Voss. 2. Alm. (etsi *aut* refertur) et edd. quibusdam, ut Obr. Reliqui *enim.*

4. *Pedem... petere.* Dicuntur oratores *pedem conferre*, quum argumenta adversariorum confutare aggrediuntur; *jugulum petere*, quum valido aliquo argumento utuntur. Regius.

5. *Sanguinem mittere.* « Ubi hoc « in agendis causis locum habeat, « quæri potest; de aliis enim appa« ret. Adhuc annotati sunt duo loci « ad Att. I, 16: *missus est sanguis*, « id est, materia subtracta *invidiæ sine dolore;* » et Att. VI, 1. : « ubi « Appius ἐξ ἀφαιρέσεως *curasse provinciam, sanguinem ei misisse* di« citur. » Gesnerus. Nec quidquam præterea Forcellinus. — *Sanguinem mittere.* Id significat debilitare maxime adversarium, et ejus argumentationes solutionibus frangere. Metaphora ducta est a venæ incisione, quæ debilitat. Erasmus putat duci a militibus, quibus olim ignominiæ causa sanguis mittebatur. Turn.

6. *Inde sunt.* Turicens. Guelferb. Camp., *i. fit*, cum Goth. Voss. 2 (quamquam *sit*), et edd. ante Ald. Sed solus Camp. mox *offendit.*

7. *Emutatio;* sic Turicens. Flor. Guelferb. cum Jens. Tarv. et edd.

in his amisimus modum, et gratiam rei nimia capta-
52 tione[1] consumpsimus. Est in *exemplis*[2] allegoria, si non[3] prædicta ratione ponantur: nam, ut *Dionysium Corinthi esse*, quo Græci omnes[4] utuntur, ita[5] plurima similia dici possunt: hæc allegoria[6], quæ est obscurior, *ænigma* dicitur: vitium meo quidem judicio (si quidem dicere dilucide, virtus), quo tamen et poetæ utuntur,

> **Dic, quibus[7] in terris, et eris mihi magnus Apollo,**
> **Tris[8] pateat cæli spatium non amplius ulnas?**

53 et oratores nonnunquam: ut [9]Cœlius, *quadrantariam*

ante Ald. *Mut.*, Obr. Reliqui *commutatio*. Vide VIII, 5, 6; VIII, 2, 19. Postremum exemplum Lexicographi habent solum.

1. *Captatione*. Turicens. (a sec. manu) Guelf. Camp., *coaptatione*, cum Bas. Mox edd., *cooptatione* ante Bad.

2. *Est in exemplis*. Malim subjici *et* post *est*. Fit autem exemplum, nisi ratio ejus adhibendi præmittatur eidem, allegoria ipsa. — Sensus est, exempla plerumque in *allegoriam* incidere, si ita constricta ponantur, ut ratio historiæ non exprimatur; ut Lacedæmonii Philippo responderunt bellum minitanti, *Dionysium esse Corinthi*. Quo significabant fortunæ vicissitudinem. Dionysius enim, Siculorum tyrannus, regno expulsus, Corinthi musicam et litteras docuit. Turn.

3. *Non*. Guelf. Camp. omittunt cum Goth. A pr. manu Turicens. transponit *præ non dicta*. — Nostri omnes, except. R. 7, Jens., *non* omittunt. Ed.

4. *Quo Græci omnes utuntur*. Oratores intelligemus *omnes* istos, quorum exempla nos quidem deficiunt. Vide Erasm. in Adagg.; item Manut. ad Cic., ad Att. IX, 9.

5. *Plurima*; sic Turicens. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Voss. Reliqui *plura*.

6. *Hæc allegoria*. Erit igitur *ænigma* ejusmodi allegoria, quæ sit in exemplis; eamdemque vitiosam pronunciabit is, qui modo *plurima similia dici posse* agnoverat, Fabius. Jam ut exeatur tam incommoda sententia, aliquid mutandum erit e scriptura, et fortasse *sed* scribi poterit pro *hæc*.

7. *Dic quibus*. Virgil. Ecl. III, 104, ubi vide J. H. Vossium.

8. *Tris*; sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. multis edd. pro *tres*.

9. *Cœlius*. Turicens. Flor. Guelf. Camp., *Cecilius*, cum MSS. ut videtur omnibus et edd. ante Leid. — *Ut Cœlius... nolam*. Hæc in Clodiam dici Metelli uxorem, satis liquet, ex ipsa Ciceronis pro Cœlio oratione; quæ quam recte quadrantaria appelletur Clytæmnestra

Clytæmnestram[1], *et in triclinio coam*[2], *in cubiculo*[3] *nolam*[4]: namque et nunc quædam solvuntur, et tum erant notiora, quum dicerentur: et *ænigmata*[5] sunt tamen, nec ea[6], nisi quis interpretetur, intelligas. In eo vero 54
genere, quo contraria[7] ostenduntur, *ironia*[8] est: *illusionem*[9] vocant: quæ aut pronunciatione intelligitur, aut

(Agamemnonis sui, ut credebatur, interfectrix) vel lexica docent. In reliquis hujus dicti partibus non adeo apertus est jocus. Equidem cum Gesnero amplector eam interpretationem, quæ feminam ostendit procacem lascivamque in triclinio, et ad *coitum* ultro allicientem, *nolendo* deinde, ubi in cubiculum atque ad rem ventum esset, amatores ludentem. Quamquam, fateor, mira est et infrequens *quadrantariæ* injuria, ut eadem sit *nola*. Quo ipso argumento Florens Christianus, in nota ad Aristoph. Vesp. v. 1337, eo deducitur, ut *nolam* accipiat feminam *Nola* oriundam, campanam, cujus gentis erat *ore morigerari*, λοβιάζειν. Vide G. J. Voss. Orat. IV, 11, 15, pag. 206. Ad *coas* vestes respici nolim, quum manifesta sit similitudo effecti vocabuli ut ex *nolendo*, ita ex *coeundo*. Nolam, tintinnabulum, nemo acutior hic audiat, de qua voce vide Cangium. — *Quadrantariam*. Turicens. Flor. (hic a prima manu) Guelf. Camp., *quadratoriam*, cum Goth. Voss. 2.

1. *Clytæmnestram, et in*; sic Florent. Turicens. Guelferb. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Leid. quo acc. Obr. Reliqui omittunt *et*. — Eadem nostri.

2. *Coam*. Tur., *coa*. Sed Almel. nostrum (vide §. 45, item hac §.) ut et Flor. Omittunt vocem Guelf. Camp. Hoc a secunda manu et ipsum facere Turicens. suspicor, etsi non doceor diserte. Aspirationem *c* litteræ (de Gotham. tac. Gesn.) subjicit nullus liber ante Basil. quocum faciunt Gryph. et Leid. eoque posteriores (vide §. 71). Quamquam lubrica est dijudicatio, sequendos tamen censeo hos auctores, et omne τοῦ χεῦσαι etymon abjiciendum. — *Eam*; sic Vall. lib. RR. 8, 9, 12. Omittunt RR. 7, 10, Ed.

3. *In cubiculo*. Turicens. (a sec. manu) Guelf. Camp. præmittunt *et*, cum editoribus ante Leid. quo rediit Obr. Astipulatur Flor.

4. *Nolam*. Turic. (a sec. manu) Guelferb. Camp., *nolo*. — Nostri *nolam*, except. R. 10, Andr., qui *nolo*. Jens. iterum ab emendat., *nolanam*. Ed.

5. *Et ænigmata*. Turic. Florent. Guelf. Camp. omittunt *et*, cum Alm. Voss. 2, Goth.

6. *Nec ea, nisi*. Turic. (a prima manu) *non cætera si*. Florentin., *non et. c. s.* Almelov., *n̄ et si* (vide hac §.; item 55). Guelferbytan., *nec eam si*.

7. *Quo contraria*. Turic. (a pr. manu) *quæ c.*

8. *Ironia*. Guelf., φρονία. Turic. a pr. manu φ ab initio; a secunda, *phronia*.

9. *Illusionem*. Vide Cic. de orat. lib. III. Ed.

persona, aut rei natura: nam, si qua earum verbis dissentit, apparet diversam esse orationi[1] voluntatem. 55 Quamquam in[2] plurimis id tropis accidit, ut intersit, quid de quo dicatur: quia, quod dicitur[3] alibi, verum est, et laudis[4] simulatione[5] detrahere, et[6] vituperationis laudare[7], concessum esse[8]: quale est, *Quod C.*[9] *Verres, prætor urbanus, homo sanctus et diligens, subsortitio-*

1. *Orationi.* An *oratori*? Neque tamen opus.

2. *Quamquam in.* Turic. Flor., *quam in*; a sec. manu uterque *in quam*, et sic Guelferb. Camp. cum Goth. Voss. 2. Ex Alm. afferunt *quam id in* (vide §. 53, item mox). Obr. omittit *in*. — Nostri *in quam*, excepit. R. 7, qui *in qua*. Ed.

3. *Quod dicitur alibi.* Vide VI, 2, 15, 16. Hunc enim locum, id quod neglexerunt quærere interpretes, maxime idoneum judico, quem nostro respexisse videatur Qu.: « Utrumque » (ut et laudis simulatione detraheret, et vituperationis laudaret) « junxit Ossunæ « dux ille, qui neapolitanum re- « gnum pro rege gubernavit, qui, « interrogatis compeditis quibus- « dam remigibus, quum omnes in- « nocentes videri vellent, unus au- « tem sceleratum se hominem, et « majora commeritum fateretur, « Quin tu, inquit, furcifer, statim « exis navi regia, antequam bonos « illos tot viros mihi contagione « ipsa corrumpas ». Add. ad IX, 2, 27. Gesnerus.

4. *Et laudis;* sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. cum Gothan. Kapp. Alm. Jens. Tarv. et edd. ante Bad. Reliqui *aut l.*

5. *Laudis simul.* Turic., *l. aut s.*, cum Alm. Kapp. *L. et s.*, Flor. An fuit *l. adsimul.*? Turic. sec. manus, Guelferb. Camp., *laudi aut s.*, cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Bad., qui in notis nostram constitutionem conjectando eruit, nisi quod *conc. est* scripsit pro *c. esse*.

6. *Et vituperationis;* sic Turic., ut et Bad. conjecit. Reliqui *aut v.* In nomine ablativum pro genitivo dant Turic. sec. manus, Guelferb. Camp. cum Goth. quum e Voss. 2, genitivus afferatur; dativum habent cæteri, præter Turic. Florent. cum Alm. Kapp. Capp. Gesn.

7. *Laudare;* sic Turic. Florent. Guelf. Camp. cum Alm. Voss. 2, (quamquam Gothan. non hoc) et edd. ante Bad., item Capp. Gesn. Bip. Reliqui *laudi*, aliquot *laude*. — Eadem nostri. Ed.

8. *Concessum esse.* Turic. Guelf. Camp., *c. est*, cum Goth. Voss. 2, Kapp. et edd. ante Gryph. Ex Alm. affertur *c. esse* (vide hac §.; item 57). Sed in Turic. pr. manu desunt hæc *esse quale*, quorum alterum etiam in Flor. desideravi. Secunda Turicens. manus *quale est* ponit pro *quod C.* — Omnes nostri *est*. Ed.

9. *Quod C.* Guelf. Camp. omittunt. Gothan. (tacente Gesnero) *quod Cicero*, cum Voss. 2. — *Quod C. Verres.* Cicero pro Cluentio, cap. 33.

nem ejus in eo codice[1] *non haberet:* et[2] contra, *Oratores visi*[3] *sumus, et populo imposuimus.* Aliquando 56
cum risu[4] quodam[5] contraria dicuntur iis[6], quæ intelligi volunt: quemadmodum[7] in Clodium,[8] *Integritas tua te purgavit, mihi crede, pudor eripuit, vita anteacta servavit.* Præter hæc usus est allegoriæ[9], ut tristia[10] di- 57
camus melioribus verbis, aut bonæ rei gratia quædam contrariis significemus, aliud textu[11]: quæ et enumeravimus: hæc, si quis profecto[12] ignorat, quibus Græci

1. *Codice.* Turic., *dice;* a sec. manu *dicere*, et sic Guelf. Camp. cum Ald. *Die*, Jens. Tarv. cum reliquis ante Burm. (err. Burm.); sed eæ post Basil. omittunt præp. *in*. Restituit nostrum Burm. ex Cic. — Nostri habent, alii *in eo die*, alii *in eo dicere*. Ed.

2. *Et.* Guelf. Jens. (tac. Gesn.) Tarv., *e*. Correxit Regius, sed libris etiam jubentibus. Vide Obr. ad 33.

3. *Oratores visi.* Vide §. 20.

4. *Cum risu.* Turicens. (a pr. manu) inserit *in*, cum Alm.

5. *Quodam.* Supervacua Francii conjectura suadentis *quædam*.

6. *Iis, quæ* Turic., *usque;* a sec. manu *usuque*, et sic Guelf. Camp. cum Gothan. Bodl. Voss. 2, Vall. Andr. Sed Jens., *quem*, omisso *iis* (err. Gesn.), cum edd. ante Ald. pro quo Regius malebat *quam*.

7. *Quemadmodum in Clodium.* Turic., *quem id Clod.;* a sec. manu *quemadmodum ad Clodium*, et sic Goth. cum Voss. 2, et edd. post Camp. ante Basil., exc. Ald.; sed omittit *in* Guelf.

8. *Integritas.* Locus est ex deperdita, in Clodium profecto et Curionem. Vide VIII, 3, 81. Fragmentum ipsum est apud Ern., p. 1055.

9. *Allegoriæ.* Turic. (a pr. manu) *allegoria*.

10. *Tristia.* Turic. (a pr. manu) *tristitia*.

11. *Textu: quæ et enumeravimus.* Turic. (a pr. manu) *t. co et anumeravimus.* Flor., *textum spectacoet anumeravimus*, cum Kapp., nisi quod hic *spectato et adn.*, item Goth. 2, qui tamen *specta quæ et ann.* Camp., *testu q. e. e.* — Nostri habent receptam lect. Ed.

12. *Profecto.* Turic. (a pr. manu) *specta*. Flor. Alm. omittunt vocem (vide §§. 55, 61). Satis liquet ex hisce vetustissimis scripturis, locum, qualem nunc legimus, neque integrum ad nos pervenisse, neque incorruptum. Vocabula græca mox subjecta tot sunt et talia, ut nemo res significatas iis possit in prioribus agnoscere, multæque earum desiderentur; *melioribus*, pro quo Werlhofius non sine acumine sane conjiciebat *mollioribus* (vide IX, 2, 32), ferri potest, nec dicas, utrum præstet. Sed *bonæ rei* istud, in quo quidem nullus variat liber, furcillis ejiciendum, quid maxime succedere sibi flagitet, nondum reperio. *Urbanitatis*, Gesneri con-

nominibus appellent, σαρκασμὸν, ἀστεϊσμὸν, ἀντίφρασιν [1], παροι-
58 μίαν dici sciat. Sunt etiam, qui hæc non species allegoriæ, sed ipsa tropos dicunt [2]: acri quidem ratione, quod illa obscurior sit, in his [3] omnibus aperte appareat, quid velimus [4]: cui accedit [5] hoc quoque, quod genus, quum dividitur [6] in species, nihil habet [7] proprium; ut

jectura, parum placet; neque explet animum Obrechti *bonæ rei genera quædam*, quamquam non inscita inest oppositio, respondens illa *tristibus*. Sed quis ita latine? *textu* omnes abominantur (vide tamen VIII, 4, 8; et IX, 4, 13), nisi quod Obr. sibi visus est sana dare, pro *textu enumeravimus* hæc reponendo: *textu quam mente innuamus*, quorum novissimum, etsi frequentatissimum hodiernis Ciceronibus, latinum præstare frustra laboret. Capperonnerius quoque, stator ille sinceræ latinitatis, tentat, sed sibi ipse diffidens, *aliud textu, aliud sensu*. Persuasum habeo *t* in ista voce natum ex *d* finali *τῷ aliud;* nec tamen habeo, quod faciam illis *extu*, vel *extum*, vel *est tum*. Verum esse *enumeravimus*, quod officiose refingunt ipsi Codd., nemini credam. Illud novi, *profecto* natum esse ex male posito *specta*, et cultro sanandum; quamquam *professor* obtulit pro eo Werlhofius, lenior medicus; nonnulla, sed aliena hinc, sollertia. Ne Gesnerus quidem mihi persuadet *aliud textum spectato* esse notam marginalem ejus, qui de loci restitutione desperaret. Idem « Εὐφημισμὸν, in- « quit, desiderari, non facile mihi « aliquis eripiet. » Ablegat, post Capperonnerium, ad Putschianos grammaticos, de technicis hisce agentes pag. 247, 457, 1777; παρομίαν allegoriæ speciem nostro quoque demonstrat, designans cum Capperonner. V, 11, 12. Cætera ejusdem interpretamenta, quoniam plus sanitatis loco vindicant, quam ipse agnosco, relinquam in ejus editione legenda.

1. Ἀντίφρασιν. Camp., *ἀντίγραφον*, cum Goth., nisi quod hic *s*. Vide IX, 2, 47.

2. *Dicunt.* Camp., *dicant*, cum Goth. Bip. Sed præter reliquos nobiscum facit Flor. Vide IV, 3, 16; item III, 5, 2; VI, 2, 55; et Drak. ad Liv., XLII, 66, 9. — Maxima pars nostrorum *dicant*. Ed.

3. *Sit, in his.*; sic Flor. Turic. (a pr. manu) Goth. (tac. Gesner.) cum Voss. 2. Reliqui *et* inserunt ante *in*.

4. *Quid velimus.* Turic. Guelf. Camp., *quod v.*, cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Stoer.

5. *Accedit.* MSS. et editi ante Ald., *accidit*. Correxit Regius.

6. *Dividitur.* Turic., *divinatur;* a sec. manu *dividatur*, et sic Guelf. Camp. cum Gothan. Voss. 2. Pro *quum* dat *si* Obr. et conjunctivum verbi. Loc. Ven. omittunt *quum*, sed indicativum habent. — Nostri *dividatur*, except. R. 7, Jens. Ald. qui *dividitur*. Ed.

7. *Nihil habet;* sic Flor. Turic. Guelf. (nisi forte hic post) Camp. cum Gothan. Jens. et edd. ante Gryph. qui conjunctivum dat (etiam

arbor pinus[1], et *olea*, et *cupressus*[2], et ipsius per se nulla proprietas: *allegoria* vero habet aliquid[3] proprium: quod quo[4] modo fieri potest, nisi ipsa[5] species est? sed ad utendum[6] nihil refert. Adjicitur his[7] μυκτηρισμὸς, 59
dissimulatus quidam[8], sed non latens derisus[9]: pluribus autem[10] verbis quum id, quod uno[11], aut paucioribus certe[12] dici potest[13], explicatur, περίφρασιν vocant, [14]*circui-*

passiva forma per sphalma) cum rell. — *Nihil habet proprium.* Intercidit genus quasi, omnibus ejus speciebus remotis, nec quidquam ei peculiare remanet, quod in allegoria secus est.

1. *Arbor pinus.* Pro his *arboris species sunt pin.* dant Bad. et seqq. ante Obr. perperam et sine auctore.

2. *Cupressus.* Flor., *cupressum.* Malim pro *et* quod sequitur, *sed;* nisi forte *est* efficias inde.

3. *Habet aliquid;* sic Florentin. Turic. (a pr. manu) Camp. Reliqui *habeat aliq.*

4. *Quod quo.* Flor. Turic., *quoque;* hic a sec. manu *quoquo*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Loc. Correxit Regius.

5. *Nisi ipsa.* Flor. Turic. Guelf. Camp., *in ipsas*, cum Goth. Voss. 2, Alm. *Ni* fuisse antiquitus recte conjicit Gesner.

6. *Ad utendum.* Florent. omittit *ad*, cum Turic. (a pr. manu) Alm. dantibus etiam *utentum.* Suspicor fuisse *utentium.*

7. *μυκτηρισμὸς, dissimulatus.* Flor. Turic. Guelf. Camp., *ministeriis modis simulatus*, cum Almel., nisi quod G. C. T. (a sec. manu) A. *modus.* Goth., *mysteriis* (*modus* nec Gesn. nec ego notavimus, vitio profecto) *modus*, cum Voss. 2, et edd. ante Ald. Græcam vocem reposuit Regius, quæ tamen et in Vall., referente Badio, sed ut ipsi videtur, reposita. Nos soli *dissimulatus* scripsimus e conjectura. — *μυκτηρισμὸς... derisus.* Exempla hujus figuræ sat idonea (designante Capperonnerio) exhibentur a Charisio Sosipatro p. Putsch. 252: « *Vidi te, Ulysses, saxo sternentem* « *Hectora, Vidi tegentem clypeo* « *classem Doricam: Ego tunc pu-* « *dendam trepidus hortabar fugam.* « Hæc omnia cum derisu quodam « dicta sunt a fortiore ad non for- « tem. » Seria quidem videri volunt hæc, quare *dissimulatus* a Qu. dicitur *derisus.*

8. *Quidam;* sic Goth. (tac. Gesnero) cum Voss. 2. Reliqui *quidem.* Nobis astipulatur Charisius. — Nostri *quidem*, except. R. 9, qui *quidam.* Ed.

9. *Derisus.* Turic. (a sec. manu) Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp., *derisui.*

10. *Autem.* Flor. Turic. (a prima manu) *aut.*

11. *Quod uno.* Flor. Turic. (a pr. manu) *quo uno.*

12. *Certe.* Flor. omittit.

13. *Potest.* Flor. Turic. (a pr. manu) *potens.*

14. *Circuitum eloquendi;* sic Flor. Turic. Guelf. Camp. cum Gothan. Alm. Voss. 2, et edd. ante Basil.,

tum eloquendi, qui nonnunquam necessitatem habet, quoties dictu deformia operit[1]: ut Sallustius, *Ad re-*
60 *quisita*[2] *naturæ*. Interim ornatum petit solum, qui est apud poetas frequentissimus[3]:

> Tempus erat[4], quo prima quies mortalibus ægris
> Incipit, et dono divum gratissima serpit.

61 Et apud oratores non rarus[5], semper tamen astrictior: quidquid enim significari[6] brevius potest, et cum ornatu latius ostenditur, περίφρασις est: cui nomen[7] latine da-

exc. Rusc. Reliqui *loquendi*. Vide VIII, pro. 28.

1. *Operit: ut.* Flor. Turic. (a pr. manu) *operi ut.* Nostrum reliqui et scripti et excusi ante Leid., qui omittit *ut*, accedentibus Gibs. Burman. Gesn. Bip.

2. *Ad requisita.* Flor., *a reliqua sita.* Turic., *a reliqua sit.* Ille a sec. manu *a requisita*, hic *at reliqua sunt*, et sic Guelferb. Camp. cum Gothan. Voss. 2, Vall.; *t* quidem pro *d* in *ad* vidi in solis Turicens. Camp. Vall. E Voss. 2 citant *aut.* Accedit quod Turic. (a sec. manu) Guelf. Camp. dant *nat. intima*, cum Goth. Voss. 2, Vall. unde existit pessima sanitatis species. — *Ad requisita naturæ.* « Laudavit, Almeloveno jam observante, Carrio « ad Fragm. histor., p. 489 (edit. « Grut. 1607, 8.) ex Flodegarii « cujusdam commentario MS. ad « Barbarismos Donati, hæc paulo « plenius, *profectus quidam Ligus « ad requisita naturæ.* Vix mihi du« bium est quin respiciatur ad his« toriam, quam narrat Crispus Jug. « 93, 2. » (Apud Tellerum 89, pag. 147.) « *Forte quidam Ligus « ex cohortibus auxiliariis miles gre« garius, castris* aquatum *egressus, « haud procul ab latere castelli*, « etc. Utrum igitur Sallustius mu« tavit in altera editione stylum? « an aliquid passus est a mala « manu? an *aquatum* eunt etiam « soli? an *aquatum ire* dicuntur « etiam, qui ad *requisita naturæ* se« cedunt, et aquam deinde su« munt? Quæstiones valde magis« teriales. Sed nihil contemnendum « neque in bello, neque ubi de in« tegritate veterum librorum agi« tur. » Gesnerus. Qui sequuntur Carrionem, hæc verba referunt inter fragmenta, *lib. VI Sallustii Historiarum populi romani.* Vide similem in loco apud Plinium Ciceroniano dubitationem ad libr. VI, cap. 3, 107.

3. *Frequentissimus: Tempus;* sic Flor. Turic. (a pr. manu) Camp. Reliqui inserunt *ut*. Turic. (a sec. manu) *era* pro *erat.*

4. *Tempus erat.* Æneid. II, 268.

5. *Non rarus.* Guelferb. Camp. *nostros.*

6. *Significari.* Flor., *singulari*, Jens., *signari*, cum edd. ante Ald., exc. Camp.

7. *Cui nomen.... circumlocutio.* Flor. (a pr. manu) *c. n. l. o. a. u. c.* Nostrum recentior manus sup-

tum est, non sane orationis aptum virtuti, *circumlocutio:* verum hæc ut[1], quum decorem habet, *periphrasis;* ita, quum in vitium incidit[2], περισσολογία dicitur: obstat enim[3], quidquid non adjuvat. *Hyperbaton* quoque, id 62
est, *verbi transgressionem*, quoniam[4] frequenter ratio comparationis[5] et decor poscit, non immerito inter virtutes habemus[6]: fit enim frequentissi m aspera, et dura, et dissoluta, et hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui verba redigantur, et, ut quodque oritur, ita proximis, etiam si vinciri non potest[7], alligetur. Diffe- 63

plevit in margine. Turic., *c. n. l. o. v., orcum locutio;* a sec. manu, pro *virtuti orcum* hæc *circuitior,* et sic Guelf. Sed Goth. (tac. Gesn. qui et hoc negligit, quod Cod. transponit *apt. virt. or.*) Camp. alias facientes cum recepta omittunt *latine*, cum Voss. 2. Ex Alm. *aptum* quoque affertur, quod ignorat Turic. (vide §§, 57, 68.) Hoc quum et Florent. vindicet, verum censens, sic ordinem locum: *cui nomen latinæ* (et est diphthongus expressa in Flor.) *orationis aptum virtuti circumlocutio*, id est, « cui, « si latinæ orationis virtutem, id « est, dignitatem et potentiam tueri « velis, nomen erit c. » Sin abjicias, possit hæc ratio placere: *Cui nomen latinæ orationis virtuti c.*, id est, « cui, si tamquam la- « tinæ orationis lumen designare « velis nomen erit c. » Obr. non multum videtur proficere augens sensus nostri clausulam: « Virtuti, « *circuitio*, vel *circumlocutio.* »

1. *Hæc ut, quum decorem.* Flor., *hoc ut dicere.* Turic., *hoc ut decere*, cum Alm. Sed ille, a sec. manu, nostrum, et sic Guelf. Camp. cum Voss. 2, et edd. ante Stoer. quo acc. Obr. Reliqui *decorum.* Vide VIII, pro. 18. — Nostri receptam. Ed.

2. *Incidit.* Flor., *indit.*

3. *Enim*, *quidquid.* Flor., *inquit quod.* Turic. Camp., *e. inquit quod*, cum edd. ante Ald. Pro *quidquid* dat *quod* Guelferb. cum Goth. Vall. Voss. 2. Aldi conjectura videtur probata Badio. — Eadem nostri. Maxima vero pars *quod non adjuvat.* Ed.

4. *Quoniam;* sic Flor. Turicens. cum edd. ante Ald., exc. Camp. Sed Guelf., *quum.* Reliqui *quam*, corrigente Regio.—Nostri habent, alii *quam*, alii *quoniam.* Ed.

5. *Comparationis.* Mirifice blanditur quod Capper. recepit contra libros quidem omnes de conjectura Dan. (vide §. 13) *compositionis* probatum etiam Rollino; neque enim dicam, qualis huc magnopere conveniat *comparatio*, fluctuans nimis vocabulum.

6. *Habemus.* Flor. omittit.

7. *Vinciri non potest.* Turicensis *vinciri potest.* Guelferbyt., *inveniri potest.* — To *non* omittunt Vall. lib. Andr. Pro τῷ *vinciri* habet *inveniri* R. 12. Ed.

renda igitur quædam, et præsumenda, atque, ut in structuris lapidum impolitorum[1], loco, quo convenit, quodque ponendum[2]: non enim recidere ea, nec polire possumus, quo coagmentata[3] se magis jungant,
64 sed utendum iis[4], qualia sunt, eligendæque sedes. Nec aliud potest sermonem facere numerosum, quam opportuna ordinis mutatio: neque alio ceris[5] Platonis

1. *Impolitorum;* sic Vall. et Bad. *Inpolitor,* Florent. Turicens. Sed hic a secunda manu *impolitior*, et sic Guelferb. Camp. cum Goth. Voss. 2, Alm. et edd. ante Ald. Reliqui *impolitiorum* de conjectura Regiana. Vide IV, 2, 37. — Nostri *lapidum*, *impolitior loco*, except. Vall. lib. a sec. manu, qui *lapidum impolitorum*. Ed.

2. *Quodque ponendum.* Florent. Turic., *quoque p.*, cum Alm. Sed Turicens. a sec. manu *quisque ponendus*, et sic Guelf. Camp. cum Vall. Voss. 2, Gothan. Bad. non Jens. ut refert Gesn. Reliqui *quidque pon.* Etiam modo §. 62, Flor. et Turic. (hic quidem a pr. manu) *quoque* pro *quodque.* — Nostri, qui habent *impolitior,* sibi constantes dant *quisque ponendus*, Ed. — *Quodque ponendum.* Quum neutrum *ponendum* ad lapides referant aliqui, tu intellige *verbum.*

3. *Quo coagm.;* sic Flor. Turic. et edd. ante Bad. qui *quæ c.*, cum Guelf. Goth. Camp. Vall. et edd. recentt. ante Burm.

4. *Iis;* sic Flor. Turic. Goth. (tac. Gesn.) Jens. Tarv. et edd. (præter Camp.) ante Basil. Reliquæ *his.* Vide aliquot in prioribus, ut I, 5, 30; II, 1, 2, 12; II, 4, 37; II, 11, 14; II, 16, 14; II, 20, 7; III, 5, 1; III, 6, 68; III, 7, 8; III, 8, 1; IV, 2, 33; item IX, 1, 17.

5. *Alio c.;* sic Flor. Turic. Guelf. (nisi quod hic *alia*) cum Goth. Voss. 2, Alm. Obr. Cod. Mureti. Burmannus, sequentibus posterioribus, inseruit *in*, quod et ipsum quidem refert Muretus, sed non is profecto attendens præpositionem, ut putat Burm., verum aliam reliquorum libb. varietatem respiciens. Præter Camp. enim, qui pro nostris duobus hoc solum, *aliter*, sic reliqui cæteri (excusi sane illi) *alio κατίβην χθὶς εἰς πειραιᾶ.* Jens. pro more græca omittens in suo exemplo idem se invenisse testatur. Hasce sordes primus, post Muretum, recte increpantem, et post Gallæi *κρίειν*, hic quidem bonam glossematis olfactricem (vide II, 11, 4), et Menagium, eluit Obrecthus in ed., quibus ego non magis ferenda censeo græca illa (vid. III, 1, 14) eademque occasione nata. Vide et IX, 3, 57. Nostro loco *in* præpositio etiam minus grata, quod eadem continuo bis ponitur, quamquam Obr., *quibus illo*, pessime. — Nostri *alio ceris.* Ed. — *Neque alio.... quatuor illa verba.* Jucunda est veterum narratio, Platonem numerorum in scribendo studiosissimum testans, apud Dionys. Hal. pag. 209, vol.

inventa sunt quatuor illa verba, quibus in illo pulcherrimo operum *in Piræum* [1] *se descendisse* significat, plurimis modis scripta, quod eum quoque maxime [2] facere

V, Rsk. Diog. Laert. III, 37. De eadem juvabit consulere Muretum in Varr. L. L. lib. XVIII, 8, recentiorum quoque exempla referentem, qui quidem huic viro minus sordebant, quam hodiernis quibusdam Aristarchis inter Græcos solos et Romanos degentibus. Hunc ego secutus, non dubitabo narrare in Bibliotheca nostræ urbis regia servari chirographum Martini Lutheri, heroïs nostri, in quo exstat initium versionis Psalmorum mirifice et ipsum immutatum et subterlitum, ad conciliandos orationi, quamquam solutæ, numeros. Ejusmodi scriptores pie colunt sermonem patrium, superstitiosi illi, si audias prudentes quosdam judices. Capperonnerium autem non attinebat mirari, quod Demetr. Phal. de elocutione §. 21, ἁπλουστέραν et ἀνεμίαντον hanc περίοδον designaret: neque enim artificium tollitur scriptoris, si maxime ἀνεμίαντος est oratio, qualem esse in hoc loco Platonico unusquisque agnoscat. Debebat hoc castigare Schneiderus noster, neque tanti facere virum, infra se positum, quem, mortuum anno 1744, confudit cum ejusdem nepote ex fratre secum Galeanam Demetrii editionem communicante decennio superioris seculi septimo. (Vide Spald. præf. p. 1 nostræ editionis). De *neque alio* vide II, 4, 13. Minus ad rem facit, quam huc trahit Gesnerus, dubitatio grammatica Ciceronis de Piræeo ad Att. VI, 9; VII, 4.

1. *In Piræum .... descendisse.* Flor., *impireum sedescendisse*, cum Turic. (nisi quod hic *ri*). Uterque a sec. manu, *imperii sedes condidisse*, cum Guelf. (nisi quod *concidisse*) Camp. Goth. Voss. 2. A Jens. inde ante Obr., *se* omittunt, quod esse in suo Muretus, in Alm. testatur Burm. Nihil agit Capper. pro *se* suadens *Socratem*. — *Imperii sedes condidisse;* sic nostri, nisi quod R. 10, *concidisse*. Ed.

2. *Maxime facere.* Flor. Turic., *max. faceret;* a secunda manu ille nostrum, hic, cum Goth., *maximi facere*, et sic Camp. cum edd. ante Gesn., exc. Capper. Solus Guelf., *magnifacere*. Capper. ex Regiana conjectura *quam* inseruit ante *quod* et scripsit *maxime*. Locus minime expeditus. *Eum* quidem certatim referunt ad *sermonem numerosum;* parum attendentes *facere numerosum* recte sane dici, sed τὸ *facere* toti huic « *numerosum sermonem* » simul comprehenso, tamquam uni objecto, difficulter applicari, etsi *stylus* vocatur « dicendi *effector* » et sic fortasse etiam *facere* potest aliquis ὑφανίαν: nam hoc quidem hic sonat *sermo numerosus*. Præterea duritia non caret, quod id, quo respicit *eum*, nimis est remotum. Quid autem sibi vellet *quoque* nemo quæsivit, ne Gesnerus quidem, acquiescens in nostra, eamque præferens, adjuncta interpretatione. Deinde *quam*, quo indigere locum censuerunt Regius et Capper., quum ad unum omnes reliqui omitterent, ægre desidero. Poterat sane intelligi *alio* ad præce-

65 experiretur. Verum id quum duobus verbis fit, ἀναστροφὴ dicitur, *reversio* quædam; qualia sunt vulgo, *Mecum, secum:* apud oratores et historicos, *Quibus de rebus:* at, quum decoris gratia contrahitur[1] longius[2] verbum, proprie *hyperbati* tenet nomen: ut, *Animadverti*[3], *judices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes:* nam, *in duas partes divisam esse*, rectum erat,
66 sed durum et incomptum. Poetæ quidem etiam verborum divisionem faciunt, et transgressionem,

... Hyperboreo[4] septem subjecta trioni.

quod oratio nequaquam recipiet: at[5] id quidem est,

dentia relatum, sed si nihil inferretur post *plurimis modis scripta;* nunc quidquam nobis objici non spectans ad *alio* vix patimur. Et quare conjunctivus est in *experiretur?* Hisce fere subvenias ex vetere manu hæc eruendo: « *Cum* « eum *quo maxime faceret* experi- « retur. » Neque tamen plane levigata est oratio, et displicet *eum*, pro quo Basil., *cum* dat, alioqui vulgatam scripturam tenens, nec quidquam proficiens. Si quis necessarium censeat *quam*, possit scribi *quam quod eum quo maxime faceret experiretur*, conjunctivo tamen ne sic quidem satis apto. Et ducit sane eo concinnitatis ratio, quum prior sensus habeat, « *nec* « *aliud... quam.* » Iterationem vero horum, non profecto elegantem, assigno Quintiliani vitio satis jam cognito, vide VIII, 3, 47. — *Quam* apud nostros non reperimus. Alioqui eadem. Ed.

1. *Contrahitur.* Flor. Turic., *tragitur*, a prima manu uterque. Suspicor fuisse *trajicitur.* Recepta quidem ferri nequit, nec multum juvat Stephani *distrahitur*, quod adoptarunt Rollinus et Capper. *Frangitur* Burmanni inanem speciem traxit ab exemplo Virgiliano. — Solus Vall. lib. a sec. manu antiqua *distrahitur.* Reliqui *contrahitur.* Ed.

2. *Longius verbum.* Flor., *l. v.;* a sec. manu *longis verbis*, et sic Goth. Voss. 2. — Eadem nostri, nisi quod *longus* non habent. Ed. — *Longius verbum.* Cave jungas tamquam nomina, prius est adverbium; neque tamen inest reprehensio. *Longius*, quam *solet* fieri, non quam *decet.* Præstet sane *longius* poni continuo post *gratia.*

3. *Animadverti, judices.* Pro Cluent. 1; vide IV, 1, 36, 69.

4. *Hyperboreo.* Virgil. Georgic. lib. III, vers. 381.

5. *At id quidem.... intellectus* Flor., *ad id qui e. p., qui dicit tropus sit q. c. e. e. d. intellectus;* a sec. manu *quod dicit* et *intellectibus.* Turic., *ad qui e. p. qui dicit t. f. q. c. e. e. d. intellectus;* a sec. manu *i. quidem* et *propter quod* et *intellectibus.* Guelf. Gothan. (tac. Gesn.) *ad* pro *at.* Gothan. (tac.

propter quod, quum dicitur, tropus fit, quia componendus est e duobus intellectus [1]. Alioqui [2], ubi nihil ex 67
significatione mutatum est, et structura [3] sola variatur, *figura* potius *verborum* dici potest: sicut multi [4] narrationem [5] longis mutant [6] hyperbatis: ex confusis [7] quæ vitia accidunt [8], suo loco diximus [9]: *hyperbolen* audacioris ornatus summo loco posui: est hæc *decens* [10] *veri*

Gesn.) *quidem propter* sine *est*, item *sit* pro *fit*, utrumque cum Voss. 2; item Guelf. Goth. Camp., *quod dicit*. Est *intellectibus* etiam in Guelf. Goth. Camp., sed nominativus singularis præterea in Alm. et Jens. cum edd. posterioribus ante Ald. quo regressus est Gesn. Quod nunc legimus *quum* sola conjectura immissum est a Badio primo, ut et passivum *dicitur*. In loco pæne conclamato, hæc equidem tento: *Atqui est propter quod* (nisi forte malis *proprie qui*, vel *quod*) *dici tropus possit, quia... intellectus*: id est, illa durior, et poetis tantum concessa, divisio et transgressio magis proprie dici potest *tropus*, quum ne intellectus quidem insit, nisi conjunctis denuo illis *septem* et *trioni*; hoc oratorum contra et historicorum hyperbaton *figura* rectius vocabitur.

1. *Intellectus*. Nostri *intellectibus*. Ed.

2. *Alioqui*. Jens., *aliquando*, cum edd. posterioribus ante Ald. — Nostri *alioqui*. Ed.

3. *Et struct*. Malim *sed struct*.

4. *Multi*. Huic voci *ex his* subjiciunt Flor. Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. ab Jens. quidem inde *iis*. Expunxit Regius. — Nostri *multi ex his*. Ed.

5. *Narrationem*. Flor. Turic. (a pr. m. uterque) *martur*, cum Alm.

6. *Mutant*. Flor. Turic. (a pr. manu uterque) *mutem*. Non sane vetus illa scriptura, quæ latet, hisce meis tota eruitur; apponam tamen: *multi ex historicis narrarunt longissimis hyp.* saltem *historicorum* mentio non hic solum est §. 65; sed et VIII, 2, 15.

7. *Ex confusis*. Flor. (a prima manu) *et conf*. Turicens. (a prima manu) *et confusi*, cum Almel. Præstat fortasse *et*.

8. *Accidunt*. Nihil agit Regius suadens *accidant*, quem aliquot sequuntur editi. Debebat esse *acciderent*. — Nostri *accidunt*. Ed.

9. *Suo loco diximus*. VIII, 2, 15. *Confusa* igitur hic intelligam hyperbata, i. e. unum hyperbaton alteri superadditum.

10. *Decens veri*. Flor., *descensuris*. Turic., *de cœnsuris*. Guelferb. Goth. (tac. Gesn.) Camp., *de cæsuris*, cum Voss. 2, Vall. *De mensuris*, Jens. cum edd. ante Ald. (hoc ipsum tribuitur Almel. Vide §§. 61, 71.) qui ex Regii mutatione *dementiens*, cum Bad. Basil. *Decens sermonis*, Obr. Reliqui *ementiens*. Nostrum e conjectura. — *De mensuris*; sic R. 7, Jens. *De cæsuris*; sic Vall. lib. RR., 8, 9, 12, Andr. Ed.

superjectio[1]: virtus ejus ex diverso par augendi atque mi-
68 nuendi. Fit pluribus modis: aut enim plus facto dici-
mus, *Vomens*[2], *frustis esculentis gremium suum et totum tribunal implevit.*

> ..... Geminique[3] minantur
> In cælum scopuli.

Aut res per similitudinem attollimus:

> ..... Credas innare revulsas
> Cycladas.

69 Aut per comparationem: ut,

> ..... Fulminis ocior alis.

Aut signis quasi quibusdam:

> Illa vel intactæ segetis per summa volaret
> Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas.

70 Vel translatione, ut ipsum illud *volaret*: crescit interim[4] hyperbole, alia insuper addita; ut Cicero in Antonium dicit, *Quæ Charybdis tam vorax? Charybdin dico? quæ, si fuit, fuit animal unum*[5]: *Oceanus, medius fidius, vix videtur tot res, tam dissipatas, tam distantibus*
71 *in locis positas, tam cito absorbere potuisse.* Exquisitam

1. *Veri superjectio.* Vide IX, 1, 29. Presse sequi græcum laboravit, et auctore vocabuli usus est Livio, qui *fidem superjacere* dixit X, 30, 5; et fortasse *paternas laudes superjacere*, XXXVIII, 58, 7; quibus locis vide Drakenb. *Nimietatem* vocari Macrobio; Saturnal. IV, 6, p. Zeunii 466 animadvertit Almelovenius. — *Superjectio.* Hic iterum ordiuntur Avic. Put. Poul. RR., 3, 5, Prat. Ed.

2. *Vomens.* Turic., *suomens*; a secunda manu *sicut vomens*, et sic Flor. (unde hunc illo recentiorem conjicias) Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Gryph. An fuit ex Cicerone *is vomens*? — *Vomens*; sic Avic. Put. Poul. RR. 3, 5, 10. *Uti vomens*; sic R. 13. *Sicut vomens*, sic reliqui. Ed. — *Vomens... implevit.* Cic. Philipp. II, 25.

3. *Geminique minantur.* Æneid. lib. I, vers. 162. *Credas*, Æn. VIII. 691. *Fulminis*, Æn. V, 319. *Illa vel*, Æneid. lib. VII, v. 808. *Quæ Charybd.* Cic. Philipp. II, 27.

4. *Interim.* Vall. lib. RR. 8, 9. Camp. Andr. Goth., *interdum*. Ed.

5. *Unum.* Steph. Vidov. Roign., *vivum*, et ita in quibusdam Cic. edd., ubi vide cl. Grævii notas; et hic Philander *vivum* volebat. *Fuit* semel tantum habent R. 13, 10, Voss. 1. *Quæ si f. anim., unum fuit*; sic Camp. Andr. Ed.

vero figuram hujus rei deprehendisse[1] apud principem lyricorum Pindarum[2] videor in libro, quem[3] inscripsit ὕμνους[4]; is namque *Herculis impetum adversus*[5] *Meropas*, qui in insula Co[6] dicuntur habitasse, non igni, nec ventis, nec mari, sed[7] *fulmini*[8] dicit *similem fuisse*: ut illa minora, hoc par esset[9]. Quod imitatus Cicero[10], illa 72
composuit in Verrem, *Versabatur in Sicilia longo intervallo non*[11] *Dionysius ille, nec Phalaris* (*tulit enim*

1. *Deprehendisse.* Flor. Guelf., *reprendisse*, cum Voss. 1, Bern. Sed Turic., *reprehendisse.* Ex Alm. etiam *reprehend.* (vide §. 68, item mox). — Eadem nostri. Præterea Poul. dat *prehendisse.* Ed.

2. *Pindarum.* Hoc nomen omittens Obrechtus, fortasse tamen per sphalma, consulit sane elegantiæ, sed librum auctorem habet nullum. Librum Pindaricum intercidisse vix attinet monere. « Memi- « nit Meropum ab Hercule debel- « latorum Pindarus in Nem. IV, « 41, et Isthm. VI, 46. » Burman. Fateor displicere mihi illud, *hujus rei.* An fuit *huj. generis*, vel *hujus speciei?*

3. *Quem inscripsit.* Flor. Turic., *quæ scripta sunt*, cum Alm. ubi quid lateat nondum assequor. Guelf., *q. scripsit*, cum Voss. 1, 3.

4. *ὕμνους.* Turic., *ymnus*; a sec. manu *ymnos*, et sic Camp. *Hymnus*, Guelf. *Hymnos*, Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, Jens. et edd. ante Ald. qui nostram rationem habet, redeunte ad latt. litt. Bad. Mox Leid. præpostere *ὕμνος*, quem adhuc sunt secuti, præter Roll. — Eadem nostri, nisi quod apud eos *ὕμνους*, vel *ὕμνος* non reperitur. Ed.

5. *Impetum adv. Meropas.* Flor. Turicensis (a pr. manu) *impetion adversus europas.* Turicens. non reponit *meropas.*

6. *Co.* Flor. Turic., *coo*, cum Alm. Voss. 1, 3, Jens. Tarv. Obr. *Coho*, Camp. *Choa*, Guelferb. *Coa*, Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 2. Bene ortographiæ consuluit Regius. — Eadem nostri. Ed. — *Cos* insula est dorica, cum urbe ejusdem nominis, non a Cote dicta, ut putat Tortellius, sed a *Co*, Meropis gigantis filia. Regius.

7. *Sed.* Flor. Turicens. omittunt cum Almelov. Male. *Sed mari et f.* Voss. 1, 3, nihil tale dante Guelf. Vide IV, 2, 17.

8. *Fulmini.* Avic. Putean. R. 3, *flumini.* Male. Ed.

9. *Hoc par esset.* Flor. Turicens. priora duo vocabula omittunt cum Alm. qui tamen *essent* dare narratur (vide hac §. item mox). Turicens. a sec. manu hæc: *aut illa minora esse.*

10. *Cicero.* In Verr. V, 56.

11. *Intervallo non.* Flor. Turic. inserunt *autem* (quod prior tollit deinde) cum MS. Gebh.; sed Alm., *aut* (vide modo, item mox). Ciceronis edd. *alter.* Neutrum placet. — Omnes nostri receptam lect. habent, præter R. 7, qui inserit *ut* ante *non.* Ed.

illa quondam insula multos et crudeles[1] *tyrannos*), *sed quoddam novum*[2] *monstrum ex vetere illa immanitate, quæ in iisdem versata locis dicitur: non enim Charybdin tam infestam neque Scyllam*[3] *navibus, quam istum*[4] *in*
73 *eodem freto fuisse arbitror.* Nec pauciora sunt genera minuendi, *Vix ossibus*[5] *hærent:* et quod Cicero[6] in quodam joculari libello,

Fundum Varro[7] vocat, quem possim mittere funda:

1. *Crudeles.... immanitate.* Flor. Turic., *c. nostrum* (ille per compendium, hic *nostram* a sec. manu) *ex utero illa immanitate;* a sec. manu accusativum in postremo. Turicens. solus reponit *illo.* MS. Gebh. facit cum hac secunda ejus manu, unde effingit Gebhardus: *Ex utero illo immanitatis.* (Vide VI, 2, 6). Ex Alm. hæc: *c. nostrum ex vetere* (vide modo, item mox). Omissio hæc nonnisi librarii est oscitantis.

2. *Quoddam novum.* Hoc ordine Guelf. Gothan. (tac. Gesn.) cum Cicerone. Reliqui *nov. quodd.*

3. *Neque Scyllam.* Flor. Turic. omittunt; sed ille a prima tantum manu. Alm. repetit *infestam navibus* (vide modo, item 75). Pro *navibus* apud Cic., *nautis.*—Nostri *navibus.* Ed.

4. *Istum.* Flor. Turicens. Camp., *istam.*

5. *Vix ossibus.* Virg. Ecl. III, vers. 102. Ed.

6. *Cicero in.* Flor. Turic. Guelf. inserunt *est*, cum Voss. 1; neque sana recepta. Suspicor fuisse *Ciceronis est.* Longius enim a nostro, neque tam aptum *Cicero est in quodam jocatus* (vel *joculatus*) *libello.* Hoc mirum, quod Guelferb. dat, *i. q. joculari libro, vel libello.* Turic. pro *libello* a pr. manu habet *bello.* An nimium fuerit ita mutare: *q. Cicero est in quodam joculatus Vetto?* vel transponendo *Vetto jocul.*, vel denique *q. Ciceronis est in q. Vetto joculati.* Nomen quidem *Vetti* neque in libro, neque in lapide demonstrare possum, nam quod Scaligeri index nominum propriorum in corpore Gruteriano recenset *Vettum* pag. 1138, 7, error est, quum tabula ipsa exhibeat *Vettonem*, qui et p. 357, 8, comparet. Jam durius fuerit ex *bello* efficere *Vettone*, quamquam conducibile versui protinus sequenti. Sed *Vettius* notissimum nomen illius *Vetti* quoque aliquam fidem facit, pro quo facile et *Vectum* agnoscas. De verbo vide Drakenb. ad Livium XLII, 54, 1; VII, 10, 13; item Nostrum IX, 2, 79. — Nostri receptam lect. habent. Solus Prat. inserit *ait* post *libello.* Ed.

7. *Varro.* Flor. Turic., *veto.* Ille a sec. manu *vecto;* et sic Camp. Guelf. cum Gothan. Voss. 2. Sed Voss. 1, 3 (aliter ac Guelf. vide §. 71) *vero*, et edd. ante Ald. quo acc. Calphurn. ad Terentii Heautontim. I, 1, 16. Reliqui *Varro.*

Ni tamen exciderit, qua cava funda patet.

Hoc nomen sola conjectura videtur repositum ab Aldo, cui non tam dicto audientes esse debebant tot editores et Nostri, et fragmentorum Ciceronianorum, atque veterum epigrammatum, quum manifesta sit contradictio ipsius Varronis L. L. IV, p. 10. Bip. Lepidus enim est Popma (Badio tamen præeunte, et accedente Vossio in Etymol., idemque exprimente Gedoyno in nostri loci versione; Tollio, ad Ausonium p. 148, autem locum Varronis, mancum scilicet, explente) tradens, sed non probans, præter duo *fundi* etyma eo loco posita a Varrone, tertium aliquod et quidem hoc quod joco perstrinxerit Cicero, alibi ab eodem prolatum. Burmannus secundus in eamdem pedibus it sententiam Anthol. vol. I, p. 493. Quis unquam sanior de irriso hic etymo somniet? Jactavit aliquis Thraso suas possessiones, sua prædia, quem Cicero ait tantillum soli habere, quod vel funda excidat. Subolebat vera joci interpretatio Laurentio Vallæ, etsi occupato falsa illa, quæ tunc obtinebat, Eleg. VI, 41, pag. 548. Debebat ipsa quantitas vocalis *o* avertere ab hac scriptura, quæ priore quidem ætate correpta vix fuit (qua de re consulendi grammatici Putschiani, indicis ope); quamquam Catullo est trochæus *Virro*, et *homo* pyrrhichius, ut fortasse dicas nonnisi cultiorum ante Ovidium poetarum castitatem abhorruisse ab hac vocali promiscue usurpanda, quod nec vestutiores reformidarint, nec recentiores, inter quos etiam sola corripiendi videtur ratio fuisse. Vide VII, 9, 13. *Varro* certe hujus loci plane non est, et si quid hariolari licet, hæc boni consulat lector: *Fundum, Vette* (seu *Vecte*, seu *Vetto vocat*, si minus cures *o* breve), *vocas* etc. Cur hoc epigramma liberto Ciceronis Laureæ Tullio potius cum G. J. Vossio quam ipsi cum Quintiliano tribuamus, idoneam causam video nullam; quamquam Tollius ne dubitantis quidem speciem habet, et Burmannus secundus in titulo hoc quoque nomen ponit. Quando autem hujus distichi mentio incidit, etiam hoc conqueri subit, quod ei alterum jungere sustinuerunt primum Pithœus, mox Tollius et Burmannus sec. Inveniuntur apud Charisium p. 246, et Diomedem 457 hi versus: *Extractam puteo situlam quum ponit in horto, Ulterius standi non habet ipse locum*, habentes sane et ipsi irrisionem minutissimi horti, sed nulla vel Ciceronis, vel nostri distichi facta mentione. Pithœus quidem, unde sua habeat, quove in codice legerit, juncta invenerit, an ipse conglutinarit, non solet prodere (vide VIII, 3, 28); sed veterum ipsorum ne minima quidem ita constituendi epigrammatis auctoritas apparet. Est autem per se alienissima coagmentatio, in qua levius et minus succedit fortiori, et lusus ingenii qui solus poterat placere, vim omnem amittit partim, ut dixi, comparatione, partim ipsa geminatione. Hoc illud est, quod imperiti solent committere in sculptorum veterum fragmentis, ut repertum caput Veneris imponant humeris Minervæ. Tollius juncturam artiorem efficere labo-

Sed hujus[1] quoque rei servetur mensura quædam: quamvis est enim[2] omnis *hyperbole* ultra fidem, non tamen esse debet ultra modum: nec alia via magis
74 in κακοζηλίαν itur. Piget referre plurima hinc orta vitia, quum præsertim minime sint ignota et obscura: monere satis est, mentiri *hyperbolen*, nec ita, ut mendacio fallere velit: quo magis intuendum[3] est, quousque deceat extollere, quod nobis non creditur: pervenit hæc res[4] frequentissime ad risum: qui si aptus[5] est, *urbani-*
75 *tatis*, sin aliter, *stultitiæ* nomen assequitur. Est autem in usu[6] vulgo quoque et inter eruditos, et apud rusti-

rans mira plane extudit, et nollem optimum Oudendorpium alienissimas mutationes tentasse. Pro *tamen* secundo versu *lapis* legitur, sed a solo Calphurnio ad Terent. — *Varro;* sic Jens. ab emendat. *Verro;* sic Avic. Poul. *Vero;* sic Put. Vall. lib. R. 7, Prat. *Vecto;* sic reliqui. Ed. — *Vocat.* Flor. Turic. omittunt. Ille tantum a prima manu. Hic vocabuli nostri defectus occasionem facere potuit τῷ *veto*, etiamsi fuerit *Vette vo.* — *Funda*: *Ni.* Flor. Turicens. Guelf., *fundam.* Obscurior tamen cernitur in Turic. correctio versus vulgatam. — Andr., *fundam.* R. 10, *fundum.* Ed. — *Qua cava.* Turic., *quod c.*, cum Jens. et edd. posterioribus ante Ald. Sed Florent., *quam c.* Camp., *qua causa.* — Put., *quæ.* R. 7, *quam.* Ed.

1. *Hujus.* Voss. 2, R. 9, *huic.* Ed.

2. *Est enim;* sic Turic. Camp. Reliqui *en. est.*

3. *Intuendum.* Turic., *utendum.* Vide V, procem. 4.

4. *Res.* Turic., *pes;* a sec. manu *species*, et sic Camp. cum Bodl. Andr. Ald. Obr. et aliquot edd. Sic in libro Turic. permutari *p* et *r* animadvertit Ulricus, et supra fuisse a pr. manu *opta* pro *orta.* Vide Drakenb. ad Liv. XXIII, 1, 6. — Nostri *res.* Ed.

5. *Aptus.* Turic. Flor. Guelferb., *captatus* (duo priores a pr. manu). Qui sint alii hoc dantes, memorante Gibs., nondum reperio. Jens. (tac. Gesner.) *actus*, cum posterr. ante Ald. Nostrum et MSS. ut Gothan. Voss. 2, Vall. et Camp. Recepta sana non est. Quis enim ferat *risum qui aliter est?* adverbio nequaquam sufficiente. Ne *aptus* quidem cuiquam debebat placere. Legam: « qui si captatus est, *urbanitatis*, « sin aliter ortus, *stultitiæ* nomen « assequitur. » — *Captatus;* sic Avic. Put. Poul. RR. 3, 5, 10, Prat. et apud Burm. V. C. Alm. *Aptus;* sic reliqui. Ed.

6. *Usu.* Turic., *risu.* Advertit sane legentem hæc scriptura, nec tamen sensum explet. Subjectum sententiæ nemo dicat esse *risum*, etsi novissime memoratum, sed *hyperbolen*, quamquam satis remotam,

cos[1]: videlicet quod a natura[2] est omnibus *augendi res*, vel *minuendi* cupiditas insita, nec quisquam vero contentus[3] est; sed ignoscitur, quia non affirmamus. Tum 76
est[4] *hyperbole* virtus[5], quum res ipsa, de qua loquendum est, naturalem modum excessit: conceditur enim amplius dicere, quia dici, quantum est, non potest: meliusque ultra, quam citra, stat oratio: sed de hoc satis, quia eumdem locum plenius[6] in eo libro, quo[7] *causas corruptæ*[8] *eloquentiæ* reddebamus[9], tractavimus.

nec in proximis comparentem. Illa igitur *hyperbole* est, non quidem in *risu*, quasi risus esse nequeat sine *hyberbole*, sed in *usu vulgo*, id est, vulgi.

1. *Et inter eruditos, et apud rusticos.* Turic. Flor., *e. i. uteroditus e. a. r.* Guelf., *e. i. ineruditos e. a. r.*, cum Bodl. Alm. (vide §. 72; IX, 1, 2) Voss. 2 (non Goth. vide VII, 2, 25), et edd. ante Stoer. *E. apud ineruditos e. r.*, Camp. Per se quidem placet hoc collatum affectationi operose variandi præpositiones *inter* et *apud;* nec tamen verum censeo, sed consulto novatum (vide V, 13, 19). *E. i. e. ut a. r.*, Obr. Correctionis illius, quæ hinc excludit *ineruditos*, neque auctorem reperio, nec certam rationem teneo. Neque enim *rustici* iidem sunt *ineruditis*. Vide VI, 3, 13. Locus multum abest, ut sanus ad nos pervenerit, et latet aliquid in vetustissimo illo *uteroditus*, quod eruendum acutioribus, quamvis invitus, relinquo. — Nostri *ineruditos*, exc. Put. Prat., qui *eruditos*, et R. 12, qui *eruditus*. Ed.

2. *Quod a natura.* Turic. Flor. omittunt præpositionem (a pr. manu uterque) cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Stoer. exc. Camp. Ald. *Quia n.*, Guelf. cum Stoer. et recc. ante Obr. — Nostri omitt. præpos. et habent, alii *quod*, alii *quia*. Ed.

3. *Contentus est; sed ignoscitur.* Turic., *contentur si et i.*, sic et Flor., nisi quod *contentus*. Ille a sec. manu *contemnitur si et agnoscitur*.

4. *Tum est hyperbole virtus.* Abruptior hæc oratio parum placet. Neque multum proficias scribendo *Verum* pro *Tum*.

5. *Virtus.* Guelf., *vitium*, cum Obr. sed inserente *non* post *Tum*. — Nostri *virtus*. Solus Andr., *vitium*. Ed.

6. *Plenius.* Turic. Flor., *plenum* (ille a pr. manu).

7. *Causas... eloquentiæ.* Hunc Fabii librum intercidisse, et longe alium fuisse a Dialogo de Oratoribus, qui ad Taciti operum calcem exstat, satis ostendunt Pith., Scheliique argumenta, et Lipsii dubitationes in suis ad initium illius Dialogi notis. Capper.

8. *Corruptæ.* Guelf., *correptæ*, cum Voss. 1, 3 (§. 73).

9. *Reddebamus.* Turicens. Camp. omittunt. Fortasse nec male.

DE INSTITUTIONE ORATORIA

LIBRI NONI ARGUMENTUM.

Cap. I. Quo differant figuræ a tropis. — II. De figuris sententiarum. — III. De figuris verborum. — IV. De compositione.

M. FABII QUINTILIANI

ORATORIÆ

INSTITUTIONIS

LIBER IX.

CAP. I. QUUM sit proximo libro *de tropis* dictum, sequi- 1
tur pertinens ad figuras, quæ σχήματα græce vocantur, locus, ipsa rei natura conjunctus superiori: nam plerique has *tropos* esse existimaverunt[1], quia sive ex hoc[2] duxerint nomen, quod sint formati quodam modo; sive ex 2
eo, quod vertant orationem, unde et *motus*[3] dicuntur; fatendum erit[4] esse utrumque eorum etiam in figuris: usus quoque est idem: nam et vim rebus adjiciunt, et gratiam præstant; nec desunt, qui tropis[5] *figurarum* nomen imponant; quorum est C. Artorius[6] Proculus.

1. *Existimaverunt;* sic Turicens. Flor. Guelferb. Goth. (tac. Gesn.) CAMP. cum edd. ante Leid. Reliqui *existimarunt.*

2. *Duxerint.* Turic. Flor., *dixerint,* cum Goth. *Duxerunt,* Guelf. — RR. 10, 12, CAMP. Andr., *duxerunt.* ED.

3. *Motus dicuntur.* VIII, 5, extr.

4. *Fatendum erit.* Malis subjunctivum in verbo, quum argumentatio non ipsius sit Quintil. verum eorum, qui *existimaverunt.*

5. *Figurarum;* sic Turic. Flor. CAMP. cum Alm. Gothan. Voss. 2, Colb. Andr. *Figuram,* Guelf. cum Voss. 1, 3. Reliqui *figuræ.* — R. 7, Jens. Ald., *figuræ.* RR. 3, 5, *figura.* R. 10, *figuram.* ED.

6. *C. Artorius.* Turic. Flor. (hic sine aspiratione) *Gajus aristarchus,* cum Bodl. Ex Alm., *C. Aristarcus*

3 Quin adeo similitudo manifesta est, ut eam discernere non sit in promptu: nam, quo modo quædam in his species plane distant, manente tamen generali [1] illa societate, quod utraque res a recta [2] et simplici [3] ratione cum aliqua dicendi virtute deflectitur; ita quædam perquam tenui limite dividuntur [4]: ut quum [5] *ironia* tam inter figuras [6] sententiæ, quam inter *tropos* reperiatur: περίφρασιν autem, et ὑπερβατὸν, et ὀνοματοποιίαν [7], clari quoque auctores *figuras* verborum potius, quam *tropos*, [8] dixerint.

4 Quo magis signanda est utriusque rei differentia: est igitur *tropus* [9], *sermo* [10] *a naturali et principali signifi-*

(vide VIII, 6, 75; item hic §. 3), cum edd. ante Ald. nisi quod *Cujus* et Jens., *chus*, non *cus*, et pleræque dirimunt, tamquam tres sint. Sed Camp., *C. Arthorius*. Vall., *Actorius* dare narratur a Badio, sed et Ald. qui tamen nostrum. Illud aliquot apud Burm. edd. Bad. ipse (per sph.) *Aristorius*. De prænomine vide VII, 4, 17. — Eadem nostri. Ed. — *C. Artorius Proculus*. Hunc, si vere legitur, ignorant VV. DD. nisi quod scite Burmannus mentionem injicit Festi, Artorium citantis in vocc. *procestria*, *tentipellium*, *topper*.

1. *Generali illa*. Turicens. Flor. Guelf., *generaliter i*. Adverbium sine pronomine dare narrantur Alm. (vide §§. 2, 5) Voss. 3, et dant Jens. cum posterr. ante Ald.

2. *A recta*. Turic., *dereta;* a sec. manu *de recta*, et sic Flor. Jenson. cum edd. posterr. ante Basil. *Aderecta*, Voss. 1, 3. Gallæus in margine scripserat *a directa*, et sic Bern.

3. *Ratione*. Turic. Flor. Camp., *translatione*, cum Alm. Bodl. Andr.

4. *Dividuntur: ut*. Guelf., *d. et*, cum Jenson. et edd. posterr. ante Ald. qui cum Bad. omittit conjunctionem, suadente Regio.

5. *Ut quum*. Vide V, 10, 44. Potest tamen dubitari, an *ut* h. l. valeat ad exemplum inducendum, ubi sane aptius fuerit *reperitur* quam *reperiatur*, De re vide §. 7.

6. *Inter figuras*. Turicens. Flor. Guelferb., *in figuras*, cum Voss. 3, sed hic et mox *in tropos*. Camp., *in figuris*.

7. Ὀνοματοποιίαν, *clari;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Tarv. Colb. Alm. Bodl. Voss. 2, Gothan. Ald. Reliqui inserunt *et ἐνίβστον*. Est sane §. 6. — Nostri omnes *et ἐνίβστον* omittunt. Ed.

8. *Dixerint;* sic Turicensis cum Alm. Reliqui *dixerunt*. — Avicula, Poul. RR. 3, 5, Ald., *dixerint*. Reliqui *dixerunt*. Ed.

9. *Tropus*. Turic. Flor. Camp., *tropos*, cum Goth. Voss. 1, 2, 3, Jenson. et edd. ante Basil. Vide lib. IX, cap. 4, §. 110.

10. *Sermo a naturali*. Turic. Flor., *serali*, cum Alm. Sed in primo nota erroris. Camp. omittit *naturali et*. Guelf., *a* solum. — Hic τὸ *sermo* non orationem, seu phrasin, sed

catione translatus ad aliam[1], *ornandæ orationis gratia*: vel, ut plerique grammatici finiunt, *dictio ab eo loco, in quo propria est, translata in eum, in quo propria non est*[2]: *figura*, sicut[3] nomine[4] ipso patet, *est conformatio quædam orationis*[5], *remota a communi et primum se offerente ratione*. Quare in tropis ponuntur verba alia pro aliis, ut in μεταφορᾷ, μετωνυμίᾳ, ἀντονομασίᾳ, μεταλήψει, συνεκδοχῇ, καταχρήσει, ἀλληγορίᾳ, plerumque[6] ὑπερβολῇ; namque et rebus fit, et verbis; ὀνοματοποιΐα[7] fictio est nominis: ergo hoc quoque pro aliis ponitur, quibus usuri fuimus[8], si illud non fingeremus: περίφρασις etiamsi fre- 6

unicum duntaxat vocabulum significat. Capp.

1. *Principali... ad aliam.* Intellige id in tropis plerumque fieri, et ut plurimum, nec tamen semper; nam lib. VIII, cap. 6, paulo post initium, docuit Fab. *tropos* alios verbis propriis fieri, alios translatis. Capp.

2. *Propria non est.* Turic. (a pr. manu) omittit *non*, cum Alm.

3. *Sicut.* Put. Prat. Voss. 1, 3, omittunt. Ed.

4. *Nomine.* Turic. (a pr. manu) *minime.*

5. *Orationis, remota.* Turicens. Camp. omittunt cum Alm.

6. Ὑπερβολῇ; *namque;* sic Turic. Flor. Guelf. cum Goth., *ὑπ. plerumque namque* (per transpositionem) Camp. et hoc affertur ex Alm. (vide §§. 3, 11), Voss. 2, Colb. Inserunt nostris duobus vocabulis ἀλληγορίᾳ Locat. (Tarv. repente hic ut Jens. lacunas reliquit græcis, puncto tamen ante *namque* vindicans utraque nostram scripturam) Venet. Rusc. eamque rationem e Basil. et quibusdam Parisinis reduxit Gibsonus, obtemperantibus qui eo sunt recentiores. Expressit hoc Gedoyn. acc. Stoer. Gryph. non Chouet. nec Leid. Novi quid protulit sibi impense placens et Monetam, litteratorem sane nec imperitum, nec ignobilem, laudatorem jactans, Capp., *καταχρήσου, ὑπερβολῇ, ἀλληγορίᾳ plerumque; namque.* Hi omnes referre putarunt, ut hoc de *rebus et verbis* pertineret ad ἀλληγορίαν, non ad ὑπερβολήν. — *ἀλληγορίᾳ plerumque, ὑπερβολῇ; namque;* sic nostri Codd. Ed. — *Plerumque ὑπερβολῇ; namque.* Hæc quum sit constans optimorum librorum scriptura, satis potest ejus sententia et intelligi et defendi. *Hyberbolen* quum esset dicturus « verba alia pro aliis po- « nere » prævidit objectionem cavitque, adjiciens, interdum sane non solis verbis contineri eamdem. Exemplum sit epigramma positum VIII, 6, 73, ubi hyperbole est in facto.

7. Ὀνοματοποιΐα... *nominis.* Guelferbytanus, *ἀναλγοποιια fictio est. Non nimis.*

8. *Fuimus.* Turic. Camp., *sumus.*

quenter et id ipsum, in cujus locum assumitur, nomen complecti solet, utitur tamen pluribus pro uno: ἐπίθετον, quoniam plerumque *antonomasiæ*[1] pars est[2], conjunctione ejus fit *tropus*: in *hyperbato* commutatio est ordinis: ideoque multi tropis[3] hoc genus[4] eximunt; transfert tamen verbum, aut partem ejus[5] a suo loco in
7 alienum. Horum nihil in figuras cadit: nam et propriis verbis, et ordine collocatis figura fieri potest: quomodo autem *ironia* alia sit tropi, alia schematos[6], suo loco

1. *Plerumque antonomasiæ;* sic Turic. Camp. cum Goth. Voss. 2, Colb. et edd. ante Bas. acc. Gryph. Capper. satque multæ apud Burm. Reliqui inserunt *habet*, Codice, opinor, astipulante nullo, quamvis tacentibus, qui contulerunt, meque ipso, per errorem profecto, nihil notante e Guelf. — Inserunt quoque *habet* Avic. Put. Poul. Vall. lib. RR. 3, 5, 10, et pro *pars* dant *partem*. Ed.

2. *Pars est;* sic Camp. cum Goth. Voss. 2, Colb. Ald. Gryph. et aliquot apud Burm. *Partem*, Turic. cum edd. præter notatas. Ille a sec. manu *partim*, sed et *antonomasia*. A Regio nostram e conjectura repositam narrant editores, eorumque primus Badius. Sed hunc ego *par* reposuisse, non *pars*, reperio, in tribus commentarii Regiani editionibus Loc. Ven. Rusc., ut *antonomasiæ* esset dativus, non sane probabili modo. — *Pars est;* sic Vall. lib. a sec. manu, RR. 8, 9, 12. Ed. — Ἐπίθετον... *pars*. Pro *specie* hic dici *partem* facile credo Capper. monenti et aliquot Putschianorum loca afferenti; sed potest mirum videri quod *conjunctione* ipsius *antonomasiæ* « fieri tropus » dicitur epitheton. Hoc magis procedat, si *pars* accipiatur physico, ut appellare lubet, non logico significatu. Tum fuerit hæc sententia: « Epi« theton tropus fit, quoties con« jungitur cum anton. h. e. quoties « pars est antonomasiæ. » Sed jejuni quid inest tali orationi: « Quum « pars sit sæpe, tropus fit, quando « pars est. » An igitur *conjunctione ejus* dictum accipiemus pro *societate, communione ejus*, id est, quatenus conjunctum est cum antonomasia, manifesto tropo, et ipsum tropus dici meretur? Vide de re VIII, 6, 29 seqq. sed et VI, 3, 69.

3. *Tropis... aut partem*. Quæ hisce interjiciuntur, omittit Turicens. cum Alm. Ille a sec. manu hæc quoque dat: *tropizant partem*.

4. *Eximunt*. Quia videlicet in *hyperbato* verba sumuntur in propria significatione: hoc argumentum Fab. solvit his seqq. *transfert... in alienum*. Et jam Noster dixerat lib. VIII, cap. 6, init.: *vertique* (in tropis) *formas non verborum modo, sed et sensum, et compositionis*. Capp.

5. *Aut partem ejus*. Recte ad Virgilii illa nos remittit Regius lib. VIII, cap. 6, §. 66.

6. *Schematos;* sic Turic. Guelf.

reddam[1]: nomen[2] enim fateor esse commune[3], et scio quam multiplicem habeant[4], quamque[5] scrupulosam disputationem; sed ea non pertinet ad præsens[6] meum propositum; nihil enim refert, quomodo appelletur utrumlibet eorum, si, quid[7] orationi prosit, apparet: nec mutatur vocabulis vis rerum. Et, sicut homines, 8
si aliud acceperunt, quam quod habuerant, nomen, iidem sunt tamen[8]; ita hæc, de quibus loquimur, sive *tropi*, sive *figuræ*[9] dicentur[10], idem efficient: non enim nominibus prosunt, sed effectibus: ut, *statum*[11] *conjecturalem*, an *infitialem*, an *facti*[12], an *de substantia*

cum Voss. 1, 3. Reliqui *schematis.* — Id est, figuræ: quod quidem de figura sententiæ, non autem dictionis est intelligendum, ut patet ex iis, quæ de ironia Fab. disseret mox cap. 2. CAPP.

1. *Suo loco reddam.* IX, 2, 44.

2. *Nomen.* Turic. Guelf. CAMP., *non*, cum Alm. Bodl. Andr. et edd. ante Bad. Nostrum Joann. Gothan. Voss. 1, 2, 3, Vall. Obr. Reliqui *nomine* e conjectura Badii.

3. *Commune, et.* Turic. Guelf., *c. hæc*, cum Goth. *C. hoc*, Voss. 1, 2, 3, dare narrantur. Turic. (a sec. manu) CAMP., *communia hoc.* Jens., *communia hæc et*, cum reliquis edd. exc. Obrecht. qui nostrum auctore Joann. et Vall. nisi quod hic *sed* prp *et.* Bern. accedit, sed dare narratur *hæc et* simul.

4. *Habeant.* Si subjectum pluralis hujus requiris, est in duabus ironiæ speciebus, *altera* tropi, *altera* schematos.

5. *Quamque;* sic libri mei omnes præter Burm. qui *quamquam*, per sphalma putarem, nisi subjecisset e Voss. 1, *quam*, e Voss. 2, *quamquam*, cujusmodi nihil in Guelf. nec Goth.

6. *Ad præsens meum.* Turic., *ad eum p.;* a sec. manu *ad p.*

7. *Quid... prosit.* Pronomen adverbii loco accipe, velut *quomodo.* Ita mox §. 8; *non enim nominibus prosunt.*

8. *Sunt tamen.* Turic., *se tamen;* a sec. manu *si est t.* CAMP., *sint t.*

9. *Sive figuræ.* Prius omittit Turic. a pr. manu.

10. *Dicentur.* Turic., *dicuntur*, cum Alm. Jens. et edd. posterr. ante Ald. qui *dicantur*, et sic CAMP. cum Colin. — RR. 7, 12, *dicuntur.* Reliqui *dicentur.* ED.

11. *Statum conjecturalem.* Vide III, 6, 15, 39.

12. *Facti, an de substantia;* sic CAMP. cum Goth. Voss. 2. *F. dem a. d. s.*, Turic. cum Alm. Ille a sec. manu *dicem* pro *dem.* Guelf., *f. a. substantia an d. s.*, cum Voss. 3. *F. an substantialem a. d. s.*, Jens. cum edd. ante Ald. Reliqui *f. an substantiæ a. d. s.*—*An substantiæ;* sic Vall. lib. a sec. manu, Andr. Ald. *An substantialem;* sic Put. a

nominemus, nihil interest, dum idem quæri [1] sciamus. 9 Optimum ergo in his sequi maxime recepta, et rem ipsam, quocunque appellabitur modo, [2] intelligere: illud tamen notandum, coire frequenter in easdem sententias et τρόπον et *figuram*: tam enim [3] translatis verbis, 10 quam propriis, figuratur oratio. Est autem non mediocris inter auctores dissensio, et quæ vis nominis [4] ejus, et quot genera, et quæ [5], quam multæque sint species: quare primum intuendum est, quid accipere debeamus *figuram*: nam duobus modis dicitur: uno, qualiscunque *forma* sententiæ; sicut in corporibus [6], quibus, quoquo modo sunt composita [7], utique habitus est ali- 11 quis: altero, quo proprie [8] *schema* dicitur, in [9] sensu, vel sermone aliqua a vulgari et simplici specie cum ratione mutatio; sicut nos [10] *sedemus* [11], *incumbimus, respi-*

sec. manu. *An substantia;* sic Avic. Put. Poul. Vall. lib. RR. 3, 5, 10. Hæc omittunt RR. 8, 9, 12. Ed.

1. *Dum idem quæri.* Turic., *d. i. quærunt.* Camp., *d. quod. i. q.*

2. *Intelligere;* sic Turic. Camp. Capper. cum Gothan. Alm. Bodl. Colb. Voss. 2, Andr. Ald. probante, nec tamen recipiente Gesn. Reliqui *intelligi.*

3. *Tam enim.* Turicensis, Camp. omittunt *enim.* Voss. 1, pro eo *in.* — *Tam enim.... figuratur oratio.* Vide §. 7.

4. *Nominis ejus.* Id est, *figuræ.*

5. *Et quæ, quam multæque.* Turic., *e. q. multa æque;* a sec. manu *e. q. æque multa.* Alii aliter in his minutis.

6. *Corporibus, quibus;* sic Turic. Guelf. cum Gryph. Stoer. Chouet. Leid. Gibs. Reliqui inserunt *in.* — Inserunt quoque Vall. lib. RR. 8, 9, Camp. Andr. Jenson. Ald. Ed.

7. *Sunt composita;* sic Turicens. Gothan. Jenson. (tacente Gesnero) cum editionibus posterioribus ante Gryph. Reliqui *sint c.*—Put. Prat. Camp. Andr., *sint.* Ed.

8. *Quo proprie;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Basil. Stoer. Chouet. Leid. Reliqui *quod p.*

9. *In sensu... mutatio.* Hinc expressum Ruhnkenius agnoscit Rufiniani locum, p. 264.

10. *Sicut nos... respicimus.* Quum videam insigniter hallucinantem Capperonn. qui hic figuras orationis agnoscit et quidem ὁμοιοτέλευτον simul et ὁμοιόπτωτον desinentium trium in *us*, monebo minus attentos, corporis humani a recto statu deflexi positus designari. Debebat civem suum Gedoynum sequi bonus rhetor Capper. Est autem elegans Nostri in brevitate ipsa evidentia.

11. *Sedemus.* Turicens., *redemus.* Alm., *reddemus* (vide §§. 5, 14).

cimus[1]: itaque, quum in eosdem casus, aut tempora, aut numeros, aut etiam pedes continuo[2] quis, aut certe nimium frequenter incurrit, præcipere solemus *variandas figuras*[3] esse vitandæ similitudinis [4]gratia. In quo[5] ita loquimur, tamquam omnis sermo habeat 12
figuram: itemque[6] *eadem figura* dici[7] *cursitare*, qua *lectitare*, id est[8], eadem ratione declinari: quare illo intellectu priore et communi nihil non figuratum est: quo si contenti sumus, non immerito [9]Apollodorus, si tradenti Cæcilio credimus, incomprehensibilia partis hujus præcepta existimarit[10]. Sed, si habitus quidam, 13

Illi a sec. manu ascriptum *vel ridemus*.

1. *Respicimus*. Guelf., *inspicimus*. — Solus R. 7, *inspicimus*. Ed.

2. *Continuo;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Burmann. exc. Loc. Ven. Rusc. qui cum reliquis ad Regii mentem *continue*. Vide not. ad II, 20, 3. Goth. (tac. Gesn.) *continuos*, cum Colb. Voss. 2, Vall. — Nostri dant alii *continuo*, alii *continuos*. Ed.

3. *Variandas figuras*. Vide lib. IV, cap. 2, §. 118.

4. *Gratia*. Turic. (a pr. manu) *ratio*, cum Alm.

5. *In quo ita loquimur*. Turic., *quod loqu.*, cum Alm. Ille a sec. manu *quidem l.*

6. *Itemque*. Obr., *item* non male. *Itaque*, Camp. cum Bodl. Ald. — Nostri omnes *itaque*. Ed.

7. *Dici;* sic Guelf. cum Gothan. Voss. 2, Colb. *Adici*, Voss. 1, 3. *Dicit*, Turic. cum Alm. Ille a sec. manu *dicimus*, et sic reliqui. Gallæus nostrum probabat, Gesn. malit *dici dicimus*, φορτικῶς. — Put. Poul. R. 7, *dicimus*. Ed. — *Dici*. Pendet infinitivus, cui *συνανύμους* respondet alter *declinari*, a *præcipere solemus*, cui præterea succurrit, quod interjicitur, *loquimur*.

8. *Id est*. Turicens., *idem;* a sec. manu *item*, et sic Camp.

9. *Apollodorus, si*. Turic., *apollodoris sed;* a sec. manu *apollodoro seu*. — *Apollodorus*. Vide III, 1, 17; ubi et de *Cæcilio* §. 16; item VIII, 3, 35. Quod in eadem sententia esse Dionysium Hal. narrat Pseudo-Turnebus, spectavit profecto loca ejus Art. rhet., p. 322, 360. Rsk. Alexander Numenius inter Rhett. Aldinos, tom. I, p. 574, *ἀπερίληπτα* hæc appellat, referente Capper., vel potius ab aliis dici narrat, sic enim: *τῶν μὲν καὶ ἄπειρα φασκόντων εἶναι τὰ σχήματα, τῶν δὲ οὐκ ἄπειρα μέν, πολλὰ δὲ καὶ ἀπερίληπτα*. Hoc sane idem est atque *incomprehensibilia*, ut Numenius vocem ipsam Apollodoream expressisse videatur.

10. *Existimarit;* sic Turic. Guelf. cum Goth. Voss. 2, 3, Jens. et edd. ante Basil. acc. Obr. Sed Turicens. a sec. manu *existimarunt*. Reliqui

et quasi gestus[1] sic appellandi sunt, id demum hoc loco accipi *schema* oportebit, quod sit a simplici atque in promptu[2] posito[3] dicendi modo poetice, vel oratorie mutatum[4]: sic enim verum erit, aliam esse orationem ἀσχημάτιστον[5], id est, carentem figuris, quod vitium non in-
14 ter minima est; aliam ἐσχηματισμένην[6], id est, *figuratam*. Id ipsum[7] tamen anguste Zoilus[8] terminavit, qui id solum putaverit *schema*, quo aliud simulatur dici, quam dicitur: quod sane vulgo quoque sic accipi scio: unde et *figuratæ controversiæ*[9] quædam, de quibus paulo post dicam, vocantur: ergo figura sit *arte aliqua*[10] *novata*
15 *forma dicendi*. Genus ejus unum quidam putaverunt,

existimavit; a quibus dissentientem editionem. CAMPANAM equidem non notavi. — *Habitus.... gestus.* Supple orationis. ED.

1. *Gestus.* Turic., *cestus.*

2. *Atque in promptu.* Guelferb., *ac i. pr.*, cum edd. ante Stoer. sed exc. CAMP. et Ald. Vide V, 2, 3.

3. *Posito.* Turic. a pr. manu *positum.*

4. *Mutatum.* Locat. Venet. Rusc. Ald. Obr., *immutatum*, quod verum puto, cum Jens. Tarv. per errorem *imitatum.* — Nostri omnes *mutatum.* ED.

5. Ἀσχημάτιστον. Hoc verbum dupliciter accipimus, aut quod male figuratum est, aut quod nullas omnino figuras habet: meminit hujus in cap. de Ornatu. TURN.

6. *Aliam* ἐσχηματισμένην. Turic. omittit. *aliam.*

7. *Id ipsum tamen anguste;* sic Turicens. CAMP. cum Alm. Reliqui præmittunt *verum*, primusque meorum Gryph. omittit *tamen*, cui priores etiam *et* addunt. *Verum* sine *tamen* et *et* ipse Guelf. et Goth. (sed hic cum *et*) si recte tacui, et sic vulgo recentiores.

8. *Zoilus;* sic Turic. (ex Almel., *Cælius*, per errorem profecto. Vide §§. 11, 15) Goth. CAMP. Bern. Jens. Tarv. Loc. Ven. Rusc. *Cælius* (ut volebat Regius) Guelf. et Ald. Bad. Basil. Sed Obr., *Cæcilius*, cum Burmann. *Salus* e Voss. 2, refert Burmann. Reliqui nostrum. — R. 10, *Celsus.* Rell., *Zoilus.* ED. — *Zoilus.* « In græcis Rhetoribus edition. Ald. « tom. I, pag. 588... sic legimus: « ὁρίζεται, φησὶ Ζώϊλος, οὕτως· σχῆμά « ἐστιν ἕτερον μὲν ἀφροσποιεῖσθαι, ἕτερον « δέ τι λέγειν... Καικίλιος [lege Καικί- « λιος] δὲ ὁ Καλαγδίτης [lege Καλακτί- « της...] ὥρισατο οὕτω· σχῆμά ἐστι τρό- « πος εἰς τὸ μὴ κατὰ φύσιν τῆς διανοίας « καὶ λέξεως. » Capperonnerius. De Zoilo vide notam ad lib. III, cap. 4, §. 9; vide et Schneid. ad Demetr. Phal., p. 184.

9. *Figuratæ controversiæ.* « De « quibus V, 10, 70: et mox IX, 2, « 65. » Gesnerus.

10. *Novata.* Turic., *nova*, cum Almelov.

in hoc ipso diversas[1] opiniones secuti: nam hi, quia verborum[2] mutatio[3] sensus quoque verteret[4], omnes figuras[5] in verbis esse dixerunt: illi, quia verba[6] rebus accommodarentur[7], omnes in sensibus: quarum[8] utraque manifesta cavillatio est. Nam, et eadem[9] dici so- 16
lent[10] aliter atque aliter[11], manetque sensus elocutione mutata: et figura sententiæ plures habere verborum figuras potest: illa est enim posita in concipienda cogitatione, hæc in enuncianda; sed frequentissime coeunt: ut in hoc, *Jamjam*[12], *Dolabella*, *neque me tui*[13], *neque*

1. *Ipso diversas.* Turicens. Camp. omittunt. Ex Almel., *ipsas* et mox *sententias* pro *diversas* (vide §. 14; item mox).

2. *Quiq verborum.* Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp., *qui v.*, cum Voss. 2, 3.

3. *Mutatio.* Turic. (a sec. manu) Guelf. Camp. Gothan. Jenson. (tac. Gesn.) *mutatione*, cum edd. ante Leid. — Avic. RR. 3, 5, *mutatio.* Reliqui *mutatione.* Ed.

4. *Verteret.* Turic. (a sec. manu) Guelf., *verterent*, cum Vall. Loc. et recc. ante Stoer. Ex Alm. *verteretur* (vide hac §. item 16). Jenson. (tac. Gesn.) *verterunt*, cum Voss. 1, Tarv. Nobiscum faciunt et Camp. Goth. Voss. 2.—Eadem nostri. Ed.

5. *Figuras.* Turic. (a pr. manu) *futuras.*

6. *Quia verba.* Camp., *qui v.*

7. *Accommodarentur.* Camp., *accommodarent*, cum Jens. et edd. ante Basil. — Eadem nostri. Ed.

8. *Quarum.* Turic. (a sec. manu) *quorum*, quocum faciunt Gothan. Camp. cum edd. ante Ald. acc. Bad. Gesn. Bip. Nobiscum et Almel. et Guelf. — *Quarum;* sic Avic. Poul. RR. 3, 5; 10, Ald. *Quorum* cæteri. Ed.— *Quarum.* Femininum relativi, quod exigit subjectum continuo *utraque*, minus recte ad *opiniones* retuleris, quam ad *cavillatio*, unde facile promitur pluralis. Etsi enim speciem habet absurdi talis oratio, re tamen elegantior est quam vulgaris.

9. *Et eadem... mutata: et;* sic Guelf. cum Gothan. Voss. 2, Vall. Obr. Sed Jens. et edd. ante Ald., *et e... m. ita et.* Reliqui *ut e... m. ita et;* operosa nec hujus loci concinnitate per *ut, ita.* Natum *ita* ex postremo *mutata*, nec habet Voss. 3.

10. *Solent.* Guelf., *solet.*

11. *Atque aliter.* Turicens. Camp. omittunt. Narratur Alm. omittere et prius *aliter.*

12. *Jamjam.* Turic., *jam.* Inserunt *nemo* ante nostrum edd. a Basil. ante Capper. exc. Obr. — Nostri omnes *jamjam.* Ed. — *Jamjam, Dolabella.* Cic. in Verrem, I, 30.

13. *Neque me tui, neque;* sic Guelf. cum Loc. Ven. Rusc. Bad. *N. metu n.*, Turic. cum Alm. Voss. 1, 3. Ille a sec. manu *n. metu tuo n.*, et sic Camp. Goth. Bodl. *N. Metium n.*, Jens. Tarv. *N. tui me n.*, Ald. Obr. Bip. Reliqui omittunt *me.* Vi-

tuorum liberum: nam oratio[1] a judice aversa, in sen-
17 tentia[2]: *jamjam* et *liberum*, in verbis sunt[3] schemata. Inter plurimos enim, quod sciam, consensum est, duas ejus esse partes, διανοίας, id est, *mentis*, vel *sensus*, vel *sententiarum;* nam his omnibus[4] modis dictum est: et λέξεως, id est, *verborum*, vel *dictionis*, vel *elocutionis*, vel *sermo-*
18 *nis*, vel *orationis;* nam et variatur, et nihil refert. Cornelius[5] tamen Celsus adjicit verbis et sententiis *figuras colorum*, nimia profecto novitatis cupiditate ductus: nam quis ignorasse eruditum alioqui virum credat, colores et sententias sensus[6] esse? quare, sicut omnem orationem, ita figuras quoque versari necesse est in
19 sensu, et in verbis. Ut vero natura[7] prius est, concipere animo res, quam enunciare; ita de iis figuris ante est loquendum[8], quæ ad mentem pertinent: quarum quidem utilitas quum magna, tum multiplex, in nullo non orationis opere vel clarissime[9] lucet[10]: nam, etsi minime videtur pertinere ad *probationem*, qua figura quidque dicatur, facit tamen credibilia, quæ dicimus,

de Ern. ad Cic. — RR. 7, 9, *metus tuo*. Reliqui *me tui*. Ed.

1. *Oratio... aversa*. Vide IV, 1, 63. — Est *apostrophe* figura sententiæ. Capper.

2. *Sententia: jamjam*. Turicens., *sententiam*, cum Alm. *Sententiam jamjam*, Guelf. cum Voss. 1. *Jamjam in sententia et lib.*, Camp. præpostere. — Put. Prat. R. 10, *in sententiam*. Ed.

3. *Sunt*. Turic. omittit.

4. *His omnibus;* sic Turic. Guelf. Goth. Camp. Reliqui *iis o*. Vide lib. VIII, cap. 6, §. 63.

5. *Cornelius... Celsus*. Vide mihi leviter et pæne ab invito laudatum Celsum. Vide IV, 2, 11. De *colore* consule librum IV, cap. 2, §. 88.

6. *Sensus;* sic Guelf. Goth. (tac. Gesnero) cum edd. a Gryph. ante Gibs. *Sensum*, Turic.; a sec. manu *sensuum*, et sic reliqui.

7. *Ut... natura prius est*. Vide idem docentem Aqu. Rom., pag. Rhnk. 143; item 276.

8. *Est loquendum;* sic Turicens. Guelf. Camp. Reliqui *l. e.*

9. *Vel clarissime;* sic Turicens. Guelf. Camp. cum Gothan. et edd. ante Burm. Reliqui omittunt *vel*. — Nostri omnes *vel*. Ed.

10. *Lucet;* sic Turic. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Alm. Voss. 2, Vall. Bad. Reliqui *elucet*. Gothan. autem (tac. Gesn.) omittit *opere*.

et in animos judicum, qua non observatur, irrepit. Namque, ut in armorum certamine adversos ictus, et 20
rectas[1] ac simplices manus quum videre, tum etiam cavere ac propulsare facile est; aversæ tectæque minus sunt observabiles; et aliud ostendisse, quam petas, artis est: sic oratio, quæ astu caret, pondere modo[2] et impulsu præliatur; simulanti, variantique conatus, in latera atque in terga incurrere[3] datur, et arma[4] avocare, et velut nutu fallere[5]. Jam vero affectus[6] nihil magis 21
ducit[7]: nam si frons, oculi, manus multum ad motum animorum valent, quanto plus orationis ipsius vultus ad id, quod efficere tendimus[8], compositus? plurimum

1. *Rectas... manus.* Vide V, 13, 54. Verbi mox illati *avocare arma*, rationem diligenter explicavit Salmasius ad Spartian. Adr, cap. 26; quem certatim huc ad partes vocant interpretes.

2. *Modo;* sic Turic. Guelf. cum Goth. Alm. Colb. Bern. Ald. conjectante etiam Pithœo. Reliqui *mole;* fœda vocabulorum in eamdem sententiam cumulatione et novitio conjunctionis *et* usu, in tertio loco. —Nostri omnes *modo*, exc. R. 7, Jens. qui *mole*. Ed.

3. *Incurrere.* Guelferb., *incutere*, cum Jenson. et edd. posterr. ante Ald. Nostrum et Vall. redeunte eo Obrecht.

4. *Avocare.* Guelferb., *advocare*, cum Goth. Voss. 2, 3, Jenson. et edd. posterr. ante Obr. Nobiscum faciunt Turic. Camp. Flor. (pr. manus), ut et jubebat Salmasius. — *Avocare;* sic Avic. RR. 3, 5, Andr. *Vocare;* sic Put. Prat. *Advocare;* sic reliqui. Ed.—Melius legitur *avocare*, id est, avertere arma adversarii in eam partem corporis, quam tu simulato ictu petis, ut aliam nudatam aggrediare. Roll.

5. *Velut nutu fallere.* Etiam *nutus* hic, seu corporis inclinatio, ad arma tractanda pertinet, quamquam locutionem in hac re propriam geminis exemplis illustrare non datur.

6. *Affectus.* Turic., *adfectis.*

7. *Ducit.* Turic., *dicunt.* Camp., *ducunt.* — *Affectus... ducit.* Usus hic *ducendi* non adeo tritus pro *adducendo* simile quid habet in Horatii et Tibulli poculis, vel aquis somnum *ducentibus.* Vide Barth. ad Stat. Theb. VIII, 214. Ut autem hic subjectum *ducendi* promere licet ex *nihil*, ita mox ad *facit* subaudiendum *figura*, vel *tota hæc res.* — *Affectus... ducit.* Supple, quam figurarum multitudo et varietas, earum maxime, quæ sententiarum fig. dicuntur. Idem tradit Longinus in opusculo de sublimitate sermonis, cap. 23. Capper.

8. *Efficere tendimus;* sic Turic. Guelf. Camp. In verbo finito accedunt Voss. 1, 3. Reliqui *intendimus efficere.* — Eadem nostri. Ed.

tamen ad commendationem facit, sive in [1] conciliandis agentis moribus [2], sive ad promerendum actioni favorem, sive ad levandum varietate fastidium, sive ad quæ-
22 dam vel decentius [3] indicanda, vel tutius [4]. Sed antequam, quæ cuique rei [5] figura conveniat, ostendo [6], dicendum est [7], nequaquam eas [8] esse tam multas [9], quam sint [10] a quibusdam constitutæ; neque enim me movent nomina illa, quæ fingere utique Græcis [11] promptissimum [12] est.
23 Ante omnia igitur illi, qui totidem *figuras* putant, quot *affectus*, repudiandi; non quia [13] *affectus* non sit quædam qualitas mentis; sed quia *figura*, quam non communiter, sed proprie [14] nominamus, non sit simplex rei cujuscunque [15] enunciatio [16]: quapropter in dicendo *irasci*,

1. *Conciliandis.* Supple judici, vel auditori: est autem *conciliare alicujus mores*, efficere ut probi videantur. CAPPER.

2. *Moribus.* Guelf., *motibus*, cum marg. Gryph. (1536) itemque marg. Basil. — Solus R. 10, *motibus*. ED.

3. *Decentius... tutius.* Turic., *decontius... tutius*; a sec. manu *de conditis... tacitis*.

4. *Vel tutius.* Pertinet hoc ad eam figuræ speciem, de qua diximus ad §. 14.

5. *Rei figura conveniat.* Guelferb. omittit *figura*.

6. *Ostendo*; sic Turic. (a pr. manu) cum Alm. Jenson. et edd. posterr. ante Gryph. Reliqui *ostendam*. Vide III, 6, 1. — Put. RR. 9, 10, *ostendam*. ED.

7. *Dicendum est*; sic Turic. Guelf. CAMP. Goth. Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Burm. Rell. omittunt *est*.

8. *Eas.* Guelf. Goth. (tac. Gesn.) omittunt, cum Voss. 1, 2, 3. Placet.

9. *Multas.* Turic. (a pr. manu) Guelf, Bern., *multis*

10. *Quam sint*; sic Turic. (a pr. manu) cum Jenson. (tac. Gesn.) et edd. posterr. ante Gryph. Reliqui *q. sunt*.

11. *Utique Græcis.* Qui sunt « fe« liciores fingendis nominibus » lib. I, cap. 5, §. 32; item 70; lib. VIII, cap. 6, §. 31.

12. *Promptissimum*. Turic. (a pr. manu) *promptissimo*, cum Almel. *Potissimum*, Guelf.

13. *Non quia.* Turic., *n. qua*; a sec. manu *n. quo*. CAMP., *n. quod*. Obr., *n. quin* omisso *non* post *affectus*. Vide IV, 1, 5. Guelf., *quod affectibus* modo pro *quot affectus*. — Nostri omnes habent recept. lect. exc. R. 3, qui τὸ *non* post *affectus* solus omittit. ED.

14. *Non communiter, sed proprie.* Id est, *si figuram* dicamus tamquam vocabulum artis.

15. *Cujuscunque*; ita Turic. Guelferb. cum Alm. Voss. 1, Bern. Jens. et edd. posterr. ante Gryph. Reliqui *cujusque*.

16. *Enunciatio*. Tur., *renuntiatio*.

dolere, *misereri*, *timere*, *confidere*, *contemnere*, non sunt figuræ: non magis, quam *suadere*, *minari*, *rogare*, *excusare*. Sed fallit párum intuentes[1], quod inveniunt 24
in omnibus his locis figuras, et earum exempla ex orationibus excerpunt[2]: neque enim pars ulla dicendi est, quæ non recipere eas possit; sed aliud est admittere *figuram*, aliud *figuram* esse; neque enim verebor explicandæ[3] rei gratia frequentiorem ejusdem nominis repetitionem. Quare dabunt mihi aliquam in *irascente*, 25
deprecante, *miserante* figuram, scio: sed non ideo *irasci*, *misereri*, *deprecari*, figura erit: Cicero quidem omnia orationis lumina in hunc locum congerit, mediam quamdam, ut arbitror, secutus viam; ut neque omnis[4] sermo *schema* judicaretur, neque ea sola, quæ haberent aliquam remotam[5] ab usu communi fictionem[6]: sed quæ essent clarissima, et ad movendum auditorem valerent plurimum: quem duobus[7] ab eo libris tractatum locum ad litteram subjeci, ne fraudarem legentes judicio maximi auctoris. In tertio de *Oratore* 26
ita scriptum est: *In perpetua autem oratione*, *quum et conjunctionis lenitatem*[8], *et numerorum*, *quam dixi*, *ra-*

1. *Parum intuentes;* ita Turic. cum Alm. Reliqui inserunt *diligenter*, per glossam. Vide III, 1, 5. Alia ratio est in aiente sententia, cujusmodi ad partes vocat Burmannus vulgatæ defendendæ « totis... par- « tibus *diligenter.* inspectis. » III, 9, 7. — Nostri omnes dant *parum.*

2. *Excerpunt.* Guelf., *exceperunt.*

3. *Explicandæ.* Vide VIII, 6, 8.

4. *Neque omnis... neque ea;* ita Turic. Guelf. Camp. Reliqui *nec o... nec e.* Vide lib. V, cap. 11, §. 23.

5. *Remotam.* Turic. omittit.

6. *Fictionem.* « Πλάσμα, id est « quamdam orationis conformatio- « nem. » Capper. Desidero tamen locum geminum.

7. *Duobus... libris.* De Oratore et Oratore. Vide §. 36. Noster quidem locus incipit a libri III capite 52, extremo. Recte autem exemplis afferendis ad præcepta Ciceroniana supersedit Gesnerus, quæ sedulo congesserat Capper.

8. *Lenitatem.* Turic. (a pr. manu) *levitatem*, cum Bern. Jenson. (tac. Gesn.) et edd. posterr. ante Ald. Vide Ern. ad Cic.; item VIII, 3, 6. — Eadem nostri. Ed.

tionem tenuerimus, tum est quasi luminibus distinguenda et frequentanda omnis oratio sententiarum atque verbo-
27 *rum. Nam et* commoratio[1] *una in re permultum movet, et illustris* explanatio, *rerumque, quasi gerantur*[2], *sub aspectum pæne subjectio: quæ et in exponenda re plurimum valet, et ad illustrandum*[3] *id, quod exponitur, et ad amplificandum*[4]*; ut iis, qui audient*[5]*, illud, quod augebimus*[6]*, quantum efficere oratio poterit*[7]*, tantum esse videatur: et huic contraria sæpe* percursio[8] *est: et*
28 *ad plus intelligendum*[9]*, quam dixeris,* significatio: *et distincte*[10] *concisa brevitas, et* extenuatio: *et huic adjuncta* illusio, *a præceptis Cæsaris*[11] *non abhorrens: et ab re* digressio; *in qua quum*[12] *fuerit delectatio, tum* reditus *ad*

1. *Commoratio.* Id est, quum in firmissimo loco causæ diutius moramur, et eodem sæpius regredimur. TURN.

2. *Gerantur.* Turic., *generantur.* — Nostri *gerantur.* ED.

3. *Et ad illustrandum.* Omittunt *et* Turic. Guelf. Goth. (tacente Gesnero).

4. *Amplificandum.* Turic., *plicandum;* a sec. manu *explicandum.*

5. *Audient.* Turic., *audiant;* a sec. manu *audiunt,* cum CAMP. — Prat., *audierit.* ED.

6. *Augebimus.* Turicensis *augemur;* a secunda manu *augemus,* cum Almel. CAMP.

7. *Poterit.* Put. Prat., *poterat.* Vall. lib. RR. 8, 9, *possit.* ED.

8. *Percursio.* Turic. Guelf., *percussio,* cum Almel. Palat. Gebh. Bodl. Joann. Gothan. Voss. 1, 2, Bern. A sec. manu in Turic. ascribitur *vel præcursio,* et hanc ipsam vocem dat CAMP. Sed Palat. Gebh., *percursio* a secunda manu. Reliqui *præcisio.* Nostrum verum esse docuit Ernestus ad Cic. Favet etiam Capper. neque tamen sibi fidens. — Eadem nostri. ED. — *Percursio.* Vide Aquilam Romanum, p. Ruhnk. 148, indicante Capper.

9. *Et ad plus intelligendum.* Turic., *e. a. i.* Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *e. p. a. i.,* cum edd. ante Bad. *Plus ad intelligendum,* CAMP. sine *et.*

10. *Distincte.* Jens., *districte,* cum edd. posterr. ante Gryph. except. Ald. Placet Gesn.; an forte potestate severitatis et diligentiæ, quam vide in lexicis, quorum exemplis adde Ascon. Ped. argum. Cornel., p. 125, *districtum propositum.* — R. 7, *concise distincta.* Cæteri receptam. ED.

11. *Cæsaris.* Turic. (a secunda manu) CAMP., *cæteris* (vide III, 8, 50). — Nostri dant *Cæsaris.* ED.

12. *Qua cum.* Turicens., *quacunque,* cum Alm.; a secunda manu *quamcumque.*

rem aptus et concinnus[1] *esse debebit*[2]: propositioque, *quid sis dicturus: et ab eo, quod est dictum*, [3] sejunctio: *et* reditus *ad propositum: et* iteratio: *et rationis apta* conclusio: *tum augendi, minuendive causa veritatis* su- 29
perlatio[4], *atque* trajectio[5]: *et* rogatio, *atque huic finitima*[6] *quasi* percunctatio: expositioque *sententiæ suæ: tum illa*[7], *quæ maxime quasi irrepit in hominum mentes, alia*[8] *dicentis ac significantis* dissimulatio; *quæ est perjucunda, quum in oratione*[9], *non contentione*[10], *sed sermone*[11] *tractatur: deinde* dubitatio, *tum* distributio, 30
tum correctio[12], *vel ante, vel postquam dixeris, vel quum aliquid a te ipso*[13] *rejicias:* præmunitio *etiam est ad id, quod aggrediare: et* rejectio[14] *in alium:* communicatio,

1. *Concinnus.* Turic., *concinens*, cum Alm. *Concĭnens*, Guelferbyt. *Communis*, Camp. *Continens*, Voss. 1. Vide variett. apud Cic. — Eadem nostri. Maxima vero pars *concinnus*. Ed.

2. *Debebit: propositioque... eo quod est.* Omittit Turic. cum Alm.

3. *Sejunctio.* Appellat sejunctionem auctor ad Herennium, quum ostendimus, quid nobis conveniat cum adversario, quid non conveniat: hic vero significare videtur transitum, ut quum ita dicimus: *Hoc absolutum est, sequitur illud dicendum.* Turn.

4. *Superlatio.* Turic. Guelferb., *supralatio.* Et sic etiam IX, 2, 3. — Nostri *superlatio.* Ed.

5. *Trajectio.* Goth, *translatio*, cum Voss. 2 solo, ut videtur. Vide lib. VIII, cap. 6, §. 75.

6. *Huic finit.* Turicens. omittit. *huic*, cum Alm.

7. *Tum illa.* Turicens. Camp., *cum illa.*

8. *Alia... dissimulatio.* Id est ironia. Ed.

9. *Oratione.* Turic., *orationes*, cum Jenson. (tac. Gesn.) Tarv.; a sec. ille manu *orationis*, et sic Guelf. Camp. cum Voss. 1, Bern. *Orationibus*, Gothan. (tac. Gesn.) cum Voss. 2. Hoc tolerabilem habet sententiam. Sed vide de loco Ern. ad Cic.

10. *Contentione.* Turic., *contentiones;* a sec. manu *contentionis*, et sic Camp. qui et omittit *sed.*

11. *Contentione.... sermone. Sermo* est oratio remissa ac finitima quotidianæ locutioni; *contentio* vero est oratio acris ad confirmandum, confutandumque accommodata. Regius.

12. *Tum correctio.* Turic. omittit cum Alm. *Tum correptio* Voss. 1, Bern. Vide Ern. ad Cicer. infra pag. 493, not. 86.

13. *A te ipso;* sic libri omnes, non *ipse.* Vide Ern. ad Cic.

14. *Rejectio.* Turic., *rejecto;* a

quæ est quasi cum iis ipsis, apud quos dicas, deliberatio: morum ac vitæ imitatio, *vel in personis, vel sine illis, magnum quoddam ornamentum orationis, et aptum ad animos conciliandos vel maxime, sæpe autem etiam ad*
31 *commovendos: personarum* ficta inductio, *vel gravissimum lumen augendi:* descriptio, *erroris* inductio [1], *ad hilaritatem* impulsio, anteoccupatio [2]: *tum duo illa, quæ maxime movent,* similitudo, *et* [3] exemplum: [4] digestio,
32 interpellatio, contentio, reticentia, commendatio. *Vox quædam libera, atque etiam* [5] *effrenatior,* [6] *augendi causa:* iracundia, objurgatio, promissio, deprecatio, obsecratio, declinatio *brevis a proposito, non ut superior illa* digressio, purgatio, conciliatio, læsio, optatio,
33 *atque* exsecratio. *His fere* [7] *luminibus illustrant orationem sententiæ: orationis autem ipsius, tamquam armorum, est vel ad usum* comminatio *et quasi* petitio, *vel ad venustatem ipsa* tractatio: *nam et* geminatio *verborum habet interdum vim, leporem alias* [8]: *et paululum immutatum verbum atque deflexum: et ejusdem verbi crebra*

secunda manu *rejecta*, et sic Camp. Non igitur *trajectio*, quod invenit Pearcius in Cic. Codd.

1. *Erroris inductio.* Quando ita varie rem tractamus, aut obscuramus, ut judicem in errorem impellamus, quemadmodum jactavit se Cicero in Cluentiana causa offudisse tenebras oculis judicum. Turn.

2. *Anteoccupatio.* Goth., *aut o.*, cum Voss. 1, 2, Jens et edd. post. ante Gryph., exc. Aldo. — Eadem nostri. Ed.

3. *Et exemplum.* Turic. Guelf. omittunt *et*, fortasse nec male.

4. *Digestio.* Videtur intelligere *partitionem*, quæ sic fit, ut aliud alii tribuentes dispertiamus; sic enim explicat in Oratore ad Brutum. Turn.

5. *Effrenatior.* Camp., *effrenator.* Nullum autem in meis libris vestigium ejus, quod ex Qu. arripiunt *effrenatio.* Vide Ern. ad Cic.

6. *Augendi causa.* Turic. Guelf. Camp., *agendi*, cum Alm. Voss. 2, (sine Goth. vide §. 29.) 3. Bern. — Put. Prat. R. 7, *augendi;* cæteri *agendi.* Ed.

7. *Fere.* Guelf., *vero*, pessime.

8. *Alias: et.* Turic. Camp. omittunt prius, cum Alm.; posterius Guelf. Item *paulum* Turic. Camp. cum Cic.

tum a primo repetitio[1], *tum in extremum* conversio[2], *et in eadem verba* impetus, *et* concursio[3], *et* adjunctio[4], *et* progressio: *et ejusdem verbi crebrius positi quædam* distinctio[5], *et* revocatio *verbi*[6]: *et illa, quæ* similiter desinunt[7], *aut quæ* cadunt similiter[8], *aut quæ* paribus paria *referuntur*[9], *aut quæ sunt inter se* similia. *Est* 34 *etiam* gradatio[10] *quædam, et* conversio[11], *et verborum concinna* transgressio[12], *et* contrarium[13], *et*[14] dissolutum, *et* declinatio[15], *et* reprehensio, *et* exclamatio[16], *et* immi-

1. *A primo repetitio.* Exemplum habes in Cic. Ver. I, « *Manus* a tu- « tela, *manus* a pupillo, *manus* a « sodalis filio abstinere non po- « tuisti. » CAPPER.

2. *In extremum conversio.* Est exemplum apud Cic. Philip. V: « Pœnos populus romanus justitia « *vicit*, armis *vicit*, liberalitate *vi-* « *cit.* » CAPPER.

3. *Concursio.* Potest intelligere *complexionem*, quæ fit per *repetitionem* et *conversionem*. Cujus figuræ est exemplum apud Cic. pro Mil.: « Quis eos postulavit? *Appius.* « Quis produxit? *Appius.* » CAPPER.

4. *Adjunctio.* Si, ut putant Strebæus et Capper., *adjunct.* eadem est figura, quæ *revocatio verbi*, vide exempla cap. 3, §. 44 hujus libri. At si est figura, quam grammatici vocant ζεῦγμα, quando multa orationis membra eodem verbo, quod initio, vel in fine positum sit, conjunguntur, vide exemp. c. 3, §. 62 hujus libri. ED.

5. *Distinctio.* Vide IX, cap. 3, §. 36 et 37. ED.

6. *Revocatio verbi.* Vide IX, c. 3, §. 44. ED.

7. *Desinunt.... inter se similia.* Vide IX, 3, 78-81. ED.

8. *Aut quæ cadunt similiter.* Turicens. CAMP. omittunt cum Almel. Voss. 2

9. *Referuntur.* Turic., *refertur;* a sec. manu *referunt*, et sic Guelf Goth. (tac. Gesn.) CAMP. cum Colb. Vall. Voss. 2, Jens. (errante Gesnero) et edd. ante Gryphium, excepto Aldo.

10. *Gradatio quædam.* Turicens. CAMP. inserunt *ad*, cum Almel. — *Gradatio.* Vide lib. IX, cap. 3, §§. 54-57. ED.

11. *Conversio.* Hic alia est figura ac supra *in ext. conversio.* Vide lib. IX, cap. 3, §§. 85 et 86. ED.

12. *Transgressio.* Vide lib. VIII, c. 6, §. 67; lib. IX, c. 3, §. 91. ED.

13. *Contrarium.* Huic verbo varia nomina dat Fabius. Vide lib. IX, 3, 81 et 90, ad calcem. ED.

14. *Dissolutum.* Vide lib. IX, cap. 3, §§. 50 et 51. ED.

15. *Declinatio.* Goth. Voss. 2, *dedignatio* (vide §. 32). Quod hanc vocem sequitur *et* abest a Turic. Guelf. CAMP. — *Declinatio* fit, quando verbum idem, varie mutatum et flexum, eadem in periodo usurpatur. TURN.

16. *Exclamatio.* Vide lib. IX, 2, 27; lib. IX, 3, 97. ED.

nutio[1]: *et quod*[2] in multis casibus *ponitur, et quod*[3] *de singulis rebus propositis ductum*[4] refertur ad singula, *et ad propositum*[5] subjecta ratio, *et item in*[6] *distributis* supposita ratio: *et* permissio[7], *et rursus alia*[8] dubitatio, *et* improvisum *quiddam: et* dinumeratio, *et alia* correctio, *et* dissipatio[9], *et* continuatum[10], *et*[11] interruptum, *et* imago, *et sibi ipsi* responsio, *et* immutatio, *et* disjunctio[12], *et* ordo[13], *et* relatio, *et* digressio, *et* circumscriptio. *Hæc enim sunt fere, atque horum*[14] *similia, vel plura etiam esse possunt, quæ* sententiis orationem *verborumque conformationibus illuminent.* Eadem sunt in Oratore[15] plurima, non omnia tamen, et paulo magis distincta: quia post orationis et sententiarum figuras tertium quemdam subjecit locum, ad alias, ut ipse ait[16], quasi virtutes dicendi pertinentem. « Et reli-

1. *Imminutio.* De ea intelligi debet quæ fit verbo; nam alia est quæ fit re, ut dixit lib. VIII, c. 4. Vide quoque lib. IX, c. 3, §. 90, ad calcem. Turn.

2. *Quod.... ponitur.* Vide lib. IX, cap. 3, §. 37. Ed.

3. *Quod de.... singula.* Vide lib. IX, cap. 3, §. 83. Ed.

4. *Ductum.* Voss. 2, Obr., *dictum*, sine Gothan. An legemus *quod e?*

5. *Ad propositum... ratio.* Vide lib. IX, cap. 3, §. 93. Ed.

6. *Distributis.* Turicens. Camp., *tributis.*

7. *Permissio.* Vide lib. IX, cap. 3, §§. 90 et 91, quid de hisce plerisque sequentibus figuris sentiat Fabius. Ed.

8. *Dubitatio.* Vide lib. IX, cap. 3, §§. 88 et 89. Ed.

9. *Dissipatio.* Defendentibus hoc tot Codicibus accedunt Turicens. Flor. Camp. Sed Guelf., *disputatio*, cum edd. ante Gesn. Vide Ern. ad Cicer. — *Dissipatio.* Vide lib. IX, cap. 3, §. 39.

10. *Et continuatum;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 1, 3. Almel. Colb. et edd. ante Gryph., exc. Ald. Reliqui inserunt *quod*, ut et in Cic. — *Continuatum.* Hoc videtur idem esse ac *periodus.* Vide lib. IX, cap. 4, 22. Ed.

11. *Interruptum.* Hujus figuræ varia videbis exempl. lib. IX, cap. 3, §§. 54-58. Ed.

12. *Disjunctio.* Vide lib. IX, cap. 3, §. 45. Ed.

13. *Et ordo.... circumscriptio.* Omittunt Turic. Flor. Camp.

14. *Atque horum.* Turicens., *neque horum.*

15. *In Oratore.* Cap. 39.

16. *Ut ipse ait.* Vide §. 45.

« qua, ex collocatione[1] verborum quæ sumuntur quasi « lumina, magnum afferunt[2] ornatum orationi: sunt « enim similia illis, quæ in amplo ornatu scenæ, aut fori « appellantur *insignia*, non quod[3] sola[4] ornent[5], sed « quod excellant[6]. Eadem ratio est horum, quæ sunt 38
« *orationis lumina*, et quodam modo *insignia*: quum « aut[7] duplicantur iteranturque[8] verba, aut breviter « commutata[9] ponuntur; aut ab eodem verbo ducitur « sæpius oratio, aut in idem conjicitur, aut utrumque; « aut adjungitur idem iteratum, aut idem ad extremum « refertur; aut continenter unum verbum non in ea- « dem sententia ponitur; aut quum similiter vel cadunt « verba, vel desinunt; aut multis modis contrariis re- 39
« lata contraria; aut quum gradatim sursum versus « reditur; aut quum demptis conjunctionibus dissolute « plura dicantur; aut quum aliquid prætereuntes, cur « id faciamus, ostendimus; aut quum corrigimus nos- « met ipsos, quasi reprehendentes; aut si est aliqua « exclamatio vel admirationis, vel conquestionis; aut

1. *Collocatione.* Turicens. Flor. (hic *coll.*) *conlatione*, cum Abn. (ex quo tamen *collatione*) ut et Goth. Voss. 2, Bern.

2. *Afferunt.* Turic. (a pr. manu) *adfectus.* Flor, *affertur.*

3. *Non quod.* Turic. (a prima manu) Flor. Guelf. Goth. Jenson. (tac. Gesn.) *n. quia*, cum Almel. Vall. et edd. ante Gryph., except. Camp., qui *n. qui*, et Ald. Vide lib. IV, cap. 1, §. 5.

4. *Sola.* Turic. Camp. omittunt cum Almel.

5. *Ornent.* Turicens. Florent., *ornant.*

6. *Quod excellant.* Goth. (tac. Gesn.) *quia e.* Camp., *qui excellant.*

7. *Quum aut.* Turicens. Camp., *qua aut.* Guelf. Gothan, Jenson. (tacente Gesnero) *aut quum*, cum editoribus ante Gryphium, excepto Aldo.

8. *Iteranturque.* Turic. (a prima manu) Florent. omittunt *que.* Sed tædet levissimarum in Ciceroniano loco varietatum, quas in meis libris oblatas Ciceronis editori haud invidebo. Referunt eæ in singulis geminos suos.

9. *Breviter commutata.* In eamdem Gesnero conjecturam incidit Ernestus *leviter c.* suadens, immemor tunc amici.

« quum ejusdem nominis casus sæpius [1] commutantur.
40 « Sententiarum ornamenta majora sunt: quibus quia
« frequentissime Demosthenes utitur [2], sunt qui putent,
« iccirco ejus eloquentiam maxime esse laudabilem:
« enimvero nullus [3] fere ab eo locus sine quadam con-
« formatione sententiæ dicitur; nec aliud quidquam
« est dicere, nisi omnes, aut certe plerasque aliqua spe-
41 « cie illuminare sententias. Quas quum tu optime,
« Brute, teneas, quid attinet nominibus uti, aut exem-
« plis? tantummodo notetur locus: sic igitur dicet ille,
« quem expetimus, ut verset sæpe multis modis eam-
« dem et unam rem, et hæreat in eadem commo-
42 « returque sententia. Sæpe etiam ut extenuet aliquid;
« sæpe ut irrideat; ut declinet a proposito, deflec-
« tatque sententiam; ut proponat, quid dicturus sit;
« ut, quum transegerit jam aliquid, definiat; ut se
« ipse revocet; ut, quod dixit, iteret; ut argumentum
« ratione concludat; ut interrogando urgeat; ut rur-
« sus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat; ut con-
43 « tra ac dicat, accipi et sentiri velit; ut addubitet,
« quid potius, aut quo modo dicat; ut dividat in partes;
« ut aliquid relinquat, ac negligat; ut ante præmuniat;
« ut in eo ipso, in quo reprehendatur, culpam in ad-
« versarium conferat; ut sæpe cum iis, qui audiunt,
« nonnunquam etiam cum adversario quasi deliberet;
44 « ut hominum mores sermonesque describat; ut muta
« quædam loquentia inducat; ut ab eo, quod agitur,
« avertat animos; ut sæpe in hilaritatem, risumve con-

1. *Commutantur. Sententiarum.* Turic. Camp. inserunt *vel;* Almel., *sed,* cum Cic.

2. *Utitur.* Turic. (a pr. manu) *utatus.* Ex Alm., *utatur.*

3. *Enimvero nullus.* Tur. Guelf., *et vero et n.;* ille a sec. manu *et nullus;* et sic Bodl. Sed edd. ante Bad., *et vere n.,* exc. Camp., et Ald. qui *et vero n.,* cum Cic.

« vertat; ut ante occupet, quod videat opponi; ut com-
« paret similitudines; ut utatur exemplis: ut aliud alii
« tribuens dispertiat; ut interpellatorem coerceat; ut
« aliquid reticere se dicat; ut denunciet, quid caveat;
« ut liberius quid audeat; ut irascatur etiam; ut objur-
« get aliquando; ut deprecetur; ut supplicet; ut me-
« deatur; ut a proposito declinet aliquantulum; ut optet;
« ut exsecretur; ut fiat iis, apud quos dicet, familiaris:
« atque alias etiam dicendi quasi virtutes sequatur; bre- 45
« vitatem, si res petet: sæpe etiam rem dicendo subji-
« ciet oculis, sæpe supra feret, quam fieri possit; signi-
« ficatio sæpe erit major, quam oratio; sæpe hilaritas,
« sæpe vitæ naturarumque imitatio: hoc in genere
« (nam quasi silvam vides) omnis eluceat oportet elo-
« quentiæ magnitudo. »

CAP. II. Ergo cui latius complecti conformationes 1
verborum ac sententiarum placuerit, habet, quod se-
quatur; nec affirmare ausim, quidquam esse melius;
sed hæc ad propositi mei rationem legat: nam mihi de
his sententiarum figuris dicere [1] in animo est, quæ ab
illo simplici modo indicandi [2] recedunt: quod [3]idem
multis doctissimis viris video placuisse. Omnia tamen 2
illa, etiam quæ sunt alterius modi lumina, adeo sunt
virtutes orationis, ut sine iis [4] nulla intelligi fere [5] possit
oratio: nam quomodo judex doceri potest, si desit il-
lustris *explanatio* [6], *propositio, promissio, finitio, sejunc-*

1. *Dicere.* Turic. CAMP. omittunt cum Alm.

2. *Indicandi.* Poul. RR. 3, 5, 7, 10, *judicandi.* ED.

3. *Quod idem.* Cicero quidem suam de figuris doctrinam latius comprehendisse videtur Nostro, qui de iis modo agere constituit quæ habeant notabilem quamdam a communi sermone mutationem.

4. *Iis;* sic Turic. Gothan. (tae. Gesn.) Reliqui *his.*

5. *Fere;* sic Guelf. Reliqui *vere.*

6. *Explanatio... læsio.* Hæc ple-

tio, expositio sententiæ suæ, rationis apta[1] *conclusio, præmunitio, similitudo, exemplum, digestio, distributio, interpellatio, interpellantis coercitio*[2], *contentio,*
3 *purgatio, læsio?* Quid vero agit[3] omnino eloquentia, detractis amplificandi minuendique rationibus? quarum prior desiderat illam *plus quam*[4] *dixeris significationem*, id est, ὑπερβατὸν, et *superlationem veritatis*, et *trajectionem*[5]: hæc altera *extenuationem, deprecationemque*[6]: qui affectus erunt vel concitati detracta *voce libera*[7], *effrenatiore iracundia, objurgatione, optatione, exsecratione?* vel illi mitiores, nisi adjuvantur[8] *commendatione, conciliatione, ad hilaritatem impulsione?*
4 Quæ delectatio, aut quod mediocriter[9] saltem docti hominis indicium, nisi alia *repetitione*, alia *commoratione* infigere; *digredi a re*, et *redire ad propositum* suum scierit[10]; *removere a se, in alium trajicere;* quæ *relinquenda*, quæ *contemnenda* sint, judicare? Motus
5 est[11] in his orationis atque actus; quibus detractis jacet, et velut agitante corpus spiritu caret[12]. Quæ quum

raque quære in proximis istis Ciceronianis.

1. *Rationis apta.* Turic. Guelf. Camp., *orationis*, cum Goth. Voss. 2, 3, Colb. et edd. ante Ald.

2. *Coercitio.* Guelf. Camp., *coertio* (hic cum aspiratione) et sic Goth. multique editi, sed nobiscum faciunt Turicens. Flor. Ambr. 1.— Eadem nostri. Ed.

3. *Agit.* Turic. (a prima manu) *ait*, cum Alm. — Plerique nostri *agit*. Ed.

4. *Plus quam.* Turicens., *prius.* Ambr. 1, 2, *prius quam.*

5. *Trajectionem.* Guelf., *rejectionem*, cum Gothan. Voss. 2, 3, Vall.

6. *Deprecationemque.* Turicens. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. omittunt *que.*

7. *Libera, effrenatiore.* Turic., *libere frenationem* (cum Alm.); a sec. manu *libera effrenatione*, et sic Camp. Aldus. Placet Gesnero. Vide IX, 1, 32.

8. *Adjuvantur.* Turic. (a sec. manu) Camp., *adjuventur.* Placet admodum.

9. *Quod med.* Turic., *qua med.*

10 *Scierit.* Scil. orator, vel is qui dicit. Vide ad II, 15, 12.

11. *Motus.... actus.* Vide lib. II, 13, 9.

12. *Caret.* Turic. Ambr. 1, omittunt cum Alm.

adesse debent[1], tum disponenda atque varianda sunt, ut auditorem, quod in fidibus fieri videmus, omni sono mulceant[2]: verum ea plerumque recta sunt, nec se fingunt, et confitentur[3]: admittunt autem, ut dixi[4], *figuras;* quod vel ex[5] proxima[6] doceri potest. Quid enim 6
tam commune, quam *interrogare*, vel *percunctari*? [7]nam

1. *Debent.* Turic., *habent.* Vide lib. VIII, 5, 22.

2. *Mulceant;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Gebh. Pal. Alm. (errante Burmanno) et edit. a Stoer. ad Burmannum. Reliqui *permulceant.* — Nostri omnes *mulceant.* Ed.

3. *Et confitentur;* sic Turicens. Flor. Camp. cum Alm. Reliqui *sed confitentur.* — *Recta.... confitentur.* Quid *recta* distent a *figuratis*, apparet aliquot Nostri locis, velut II, 13, 8; VIII, 5, 6; hujus capitis §§. 66, 78. *Confitentur* autem se hæc omnia, quum artificium præ se ferunt, quum nativæ simplicitatis secura manifestam exornationem ostendunt. Vide VIII, 3, 13; IX, 2, 46. *Fingere se* cave accipias pro *celando, dissimulando;* est pro passivo, *figurantur.* Valde congruit nostro locus IX, 3, 54.

4. *Ut dixi.* Vide IX, 1, 24.

5. *Vel ex.* Turic. Camp. omittunt prius.

6. *Proxima;* sic Turic. Ambr. 1, 2, Guelf. cum Bodl. Voss. 3, Alm. Bern. Jens. et edd. hac posterioribus ante Bad. qui ex Vall., *proximo*, ut et reliqui a me non memorati. — Avic. Put. Poul. RR. 3, 7, 10, *ex proxima.* Cæteri *exproximo.* Ed. — *Proxima*, nempe *figura.*

7. *Nam utroque.* Ambr. 2, Guelferb., *quam u.*, cum Bern. Voss. 1, 3. — Avic. Poul. RR. 3, 5, 10, *quo utroque.* Put. Prat., *quia utroque.* Reliqui *nam utroque.* Ed. — *Utroque.* Intellige *vocabulo;* neque enim de eo quod facimus, agitur hac sententia, sed de usu loquendi. Jam video fere *interrogare* referri ad *arguendum*, ad *noscendum* vero *percunctari.* Cui quidem interpretationi obstare collocationem pronominum, quorum prius necessario respiciat ad *interrogare* (prius), posterius ad *percunctari* (posterius), nequaquam contendo; sed rem per se manifestam esse non agnosco; omnemque differentiam notionis oblitteratam suspicor, ipso Qu. indice. Etymon autem, remoto usu, si consulas, non dubito quin *interrogare* potius sit *noscendi, percunctari* vero *arguendi* ejus, qui curiosius excutitur, quum videatur celare velle, quæ novit. Capperonnerius de vocabuli differentia non cogitans, sed de rei, alienum huc trahit locum Aquilæ Romani (p. Ruh. ed. Lup. 151, 52); neque enim quas rhetor ponit figuras, *erotema*, *interrogatum* et *pysma*, *quæsitum* respondent hisce Quintilianeis *interrogandi* et *percunctandi* verbis. Rectum nos tenere probatur eo, quod mox habemus: « Utrocunque *dicitur* modo. » Sententiam bene explicuit in versione Gedoynus.

utroque utimur indifferenter, quamquam[1] alterum noscendi, alterum arguendi gratia videtur[2] adhiberi: at ea[3] res, utrocunque dicitur modo[4], etiam multiplex habet schema. Incipiamus enim ab iis, quibus acrior ac vehementior fit probatio[5], quod primo loco[6] posui-
7 mus. Simplex est sic rogare,

Sed vos[7] qui tandem? quibus aut venistis[8] ab oris?

Figuratum autem, quoties non sciscitandi gratia assumitur, sed instandi: *Quid enim tuus ille, Tubero, destrictus in acie pharsalica gladius agebat?* et, *Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?* et, *Patere tua consilia non sentis?* et totus denique hic locus.
8 Quanto enim magis ardet, quam si diceretur, *Diu abuteris patientia nostra:* et, *Patent tua consilia.* Interrogamus etiam, quod negari non possit: *Dixitne tandem*

1. *Quamquam.* Turic., *quam cum;* a sec. manu *quorum cum,* et sic Camp. Ex Alm. affertur *quia c.* Reliqui *cum.* Nostrum e conjectura.

2. *Videtur;* sic Turic. Guelferb. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. Reliqui *videatur,* suadente Regio. — Omnes nostri *videtur.* Ed.

3. *At ea.* Turic. Camp., *ad eas.* Guelf. Ambr. 2, *ut ea,* cum Jens. et edd. post. ante Ald. — Eadem nostri; sed maxima pars *at ea.* Bene. Ed.

4. *Dicitur modo;* sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Vall. et edd. ante Aldum. Reliqui *modo dicatur.* — Nostri omnes *dicitur.* Regius *dicatur* legendum censet. Ed.

5. *Probatio;* sic omnes nostri. Capperonn. tamen τὸ *rogatio* legendum esse censet, quod τὸ *primo loco* refert ad verbum *interrogare;* sed a Spald. refutatur. Vide not. infra. Ed.

6. *Quod primo loco posuimus.* Probandi negotium etiam in *figuris* primum posuerat Qu. Vide §. 2, *Quomodo.... doceri.* Ne forte quis hoc quod *primum posuerit,* accipiat *interrogare* verbum.

7. *Sed vos.* Æneid. lib. I, v. 369. *Quid enim tuus.* Cic. pro Ligar. c. 3. *Quousque tandem.* Catil. I, pr. vide et Jul. Rufin., p. Ruhnk. 212. *Dixitne tandem.* Pro Cluent. cap. 37.

8. *Aut venistis.* Turic. (a secunda manu) *advenistis.* — Sic quoque Put. Prat. RR. 5 a sec. manu, 7; et sic habet a pr. manu antiquissimus Virgilii Cod. ille ex Medicæa bibliotheca. Reliqui *aut venist.* Ed.

causam C. Fidiculanius[1] *Falcula*[2]? aut ubi[3] respondendi difficilis est ratio, ut vulgo uti solemus, *Quo modo? qui fieri potest?* aut invidiæ gratia, ut Medea[4] apud Senecam, *Quas peti terras jubes?* aut miserationis, ut 9
Sinon[5] apud Virgilium,

> Heu! quæ me[6] tellus, inquit, quæ me æquora possunt
> Accipere?....

aut instandi, et auferendæ dissimulationis[7], ut Asinius[8], *Audisne? furiosum, inquam*[9], *non inofficiosum testamentum*[10] *reprehendimus*[11]. Totum hoc plenum est 10
varietatis; nam et indignationi convenit,

> ....Et quisquam numen[12] Junonis adoret?

Et admirationi[13]..... *Quid non mortalia pectora cogis*,

1. *Fidiculianus;* sic mei Codd. et Barberin. Cod. quum apud Cic. vulgo perperam *Fidiculanus.* — Nostri *Fidiculanius*, exc. Poul. qui *Fidiculanus*, et R. 8, et Put. qui *Fidiculamus.* Ed.

2. *Falcula;* sic et Turic. Flor. Camp. et edd. vestustiores. Alii MSS. et excusi aliter *facula, faucula.* Vide Cic. item pro Cæc. cap. 10. — Nostri *Falcula*, exc. Put. qui *Fascula.* Ed.

3. *Respondendi.* Turic. Camp., *res ponendi.*

4. *Medea apud Senecam.* Versu 453.

5. *Sinon.* Æneid. lib. II, v. 69. *Et quisquam*, I, 48. *Quid non*, III, 56. *Non arma*, IV, 592. *Terentianum*, Eun. I, 1, 1. Vide et Jul. Rufin. p. Ruhnk. 211.

6. *Quæ me;* sic libri omnes; apud Virgil., *quæ nunc.* — Nostri *quæ me.* Ed.

7. *Auferendæ dissimulationis, ut.* Turic., *auferende ut;* a sec. manu *auferendi ut*, et sic Camp.

8. *Asinius.* Nemo dixerit hoc fuisse prolatum in causa Urbiniana. Vide IV, 1, 11.

9. *Inquam, non inofficiosum.* Turic. omittit. — *Inofficiosum* testamentum est, quod minime factum est ex officio pietatis; ut quum a patre prætermissi sunt liberi: at *furiosum* est testamentum, quod est a furioso factum, qui testari non potest. Turn.

10. *Testamentum.* R. 9, *testimonium.* Ed.

11. *Reprehendimus.* Ambr. 1, *deprehendimus.*

12. *Numen.* Tur. Guelf., *nomen*, cum Alm. Voss. 1 Bern. — *Nomen;* sic Avic. Poul. RR. 3, 5, 10. *Numen* reliqui.

13. *Et admirationi.* Turic. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesner.) Tarv. omittunt *et.*—Nostri quoque omittunt. Ed.

11 *Auri sacra fames?*.... Est interim acrius imperandi genus, *Non arma expedient*[1], *totaque ex urbe sequentur?* Et ipsi nosmet rogamus: quale est illud[2] Terentianum,
12 *Quid igitur faciam?* Est aliqua etiam in respondendo figura, quum aliud interroganti, ad aliud, quia sic utilius[3] sit, occurritur; tum augendi criminis gratia, ut testis in reum rogatus, *An ab reo fustibus vapulasset? Et innocens*[4], inquit; tum declinandi, quod est frequentissimum: *Quæro, an occideris hominem?* respondetur, *Latronem: An fundum occupaveris?* respondetur,
13 *Meum*[5]. Ut confessionem præcedat defensio, ut apud Virgilium[6] in Bucolicis dicenti,

> Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum
> Excipere insidiis?....

occurritur, *An mihi cantando victus non redderet ille?*
14 Cui[7] est confinis *dissimulatio*, non alibi quam in risu posita, ideoque tractata suo loco[8]: nam serio si fiat,

1. *Expedient.* Turic. Guelferb., *expediunt.* — Avic. Put. RR. 3, 5, 10, *expediunt.* Ed.

2. *Illud Terentianum.* Turicens., *in t.* Omittunt *illud* Guelf. Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 1, 2. *Id T.*, Jenson. cum edd. ante Bad. *In terentio*, Ambr. 1.

3. *Sic utilius.* Ambr. 1, *subtilius.* — Omnes nostri *utilius.* Ed.

4. *Et innocens.* Turic. Guelferb. Ambr. 1, 2, omittunt *et*, cum Alm. Voss. 2, 3, Goth. — Put. a sec. manu, R. 13, Camp. Andr. Jens., *et.* In rell. deest. Ed. — *Et innocens.* Vide VI, 3, 100. Idem est apud Julium Rufin., indicante Capp., p. Ruhnk. 202, quem vide.

5. *Meum.* Vide librum VI, cap. 3, §. 74.

6. *Apud Virg.* Ecl. III, 17. Habet idem Julius Rufin. pag. Ruhnk. 202.

7. *Cui.* Turic. Ambr. 1, *quis.* Guelf. Camp., *cujus*, cum Gothan. Joann. Bal. Voss. 2, 3, Bern. et edd. ante Ald. Suspicor Qu. voluisse *queis.* — Omnes nostri *cujus.* Correxit Vall. lib. et habet *cui.* Ed.

8. *Suo loco.* VI, 3, 68. *Cic. pr. Ligar.* cap. 3; *pro Cœlio*, c. 17. *Domus tibi.* Cicer. Orat., cap. 67. Hæc quidem quare orationi pro M. Scauro in fragmentis tribuantur, nondum comperi. Vide et IX, 4, 122. Ponit et Aquila Romanus p. Ruhnk. 167, quem vide. *Uter igitur.* Pro Cluent. cap. 38. *Contra Cæcil.* Div. in Verr. cap. 1. *Pro Rabirio*

pro confessione est: cæterum et *interrogandi se ipsum*, et *respondendi sibi*, solent esse non ingratæ vices, ut Cicero pro Ligario, *Apud quem igitur hoc dico?* [1] *nempe apud eum, qui, quum hoc sciret* [2], *tamen me antequam vidit, reipublicæ reddidit.* Aliter pro Cœlio ficta inter- 15
rogatione [3]: *Dicet aliquis, hæc igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescentes?* et totus [4] locus. Deinde, *Ego, si quis, judices* [5], *hoc robore animi, atque hac indole virtutis ac continentiæ fuit,* et cætera: cui diversum est, quum alium [6] rogaveris, non exspectare responsum, et statim subjicere: *Domus tibi deerat? at habebas. Pecunia superabat? at egebas.* Quod schema quidam per *suggestionem* [7] vocant. Fit et comparatione: *Uter igitur facilius* 16
suæ sententiæ rationem reddet [8]? et aliis modis tum brevius, tum latius, tum de una re, tum de pluribus: mire vero in causis valet *præsumptio*, quæ πρόληψις [9] dicitur, quum id, quod objici potest, occupamus: id neque in

Postumo, in ipso principio, et c. 9. Vide IV, 1, 46; IV, 2, 18.

1. *Nempe.* Turic. Ambr. 1, 2, (hic quidem a prima manu) Guelf. omittunt cum Almel. Voss. 1. — Omittunt quoque Avic. Put. Prat. Poul. RR. 3, 5, 10. Ed.

2. *Sciret, tamen.* Tur. inserit *et.*

3. *Interrogatione;* sic Turicens. Guelf. Camp. cum Goth. Bal. Alm. Voss. 2, Bern. et edd. ante Gryph. probante Gesn. Reliqui *interrogatio est.* — Omnes nostri *interrogatione*, exc. Put. Prat. qui *interrogatio est.* Ed.

4. *Et totus.* Turic. omittit *et.*

5. *Si quis, judices,* Avic. Put. Poul., *si qui judices.* Ed.

6. *Alium.* Obr., *aliquem*, solus.

7. *Suggestionem;* sic Turicens. Ambr. 1, 2, Flor. Guelf. Gothan. (tac. Gesn.) Camp. cum Bal. Almel. Colb. Voss. 1, 2, 3. Bern. Reliqui *subjectionem.* — Nostri *suggestionem*, exceptis Vall. lib. RR. 8, 12, qui habent *subjectionem.* Ed.—*Suggestionem.* Vocabulum hoc tot auctoribus hoc loco defenditur, ut de eo dubitare plane non liceat, quamquam neque alibi legitur apud hujus ætatis scriptores, et pro ipsa re Cornificius usurpat *subjectionem*, Rhett. ad Herennium lib. IV, cap. 23, §. 24.

8. *Reddet;* sic scripsi cum Ernesto in Cicerone. Libri quidem hic omnes *redderet.* Vide mox §. 17.— Nostri quoque *redderet.* Ed.

9. Πρόληψις. Vide IV, 1, 49. — Vide exempla hujus figuræ pro Arch., n. 15; in exord. orat. pro Rosc. Amer. Ed.

aliis partibus parum [1]est, et præcipue proœmio convenit.
17 Sed quamquam generis unius, diversas tamen [2] species habet: est enim quædam *præmunitio*, qualis Ciceronis contra Qu. Cæcilium, *Quod ad accusandum descendat, qui semper defenderit* [3]: quædam *confessio*, ut pro [4] Rabirio Postumo, quem sua quoque sententia reprehendendum fatetur [5], *quod pecuniam regi crediderit* [6]: quædam *prædictio*, ut, *Dicam enim* [7] *non augendi criminis gratia*: quædam *emendatio*, ut, *Rogo ignoscatis mihi, si longius sum evectus*: frequentissima *præparatio* [8], quum pluribus verbis, vel quare facturi
18 quid simus, vel quare fecerimus, dici solet. Verborum quoque vis ac proprietas confirmatur vel [9] *præsumptione, Quamquam illa non pœna, sed prohibitio sceleris* [10] *fuit:*

1. *Parum.* Manus docta in margine ed. Gryphianæ (1536) ponens *rarum*, aberrasse non videtur. Probat et Gesnerus; neque enim *parum* explet sententiam, quæ adverbio non potest defungi, sed desiderat adjectivum; et durum fuerit subjicere *aptum*, insuavi compositione. Qui impensius faveat receptæ, possit *est* interpretari *accidit*, et *parum* accipere *parum sæpe*. Vide IX, 1, 24. *Parvum*, quod suadet Francius, auctore suo dignum est. Usum similem vocis *rarum* vide IV, 1, 46. — Nostri omnes *parum est*. Ed.

2. *Tamen.* Turic. (a pr. manu) Guelf. omittunt cum Alm. Voss. 1.

3. *Defenderit.* Put. R. 7, Ald. et apud Burm. Alm. Voss. 1, Locat., *defenderat*. Ed.

4. *Ut pro.* Turic. Guelf. Gothan. (tac. Gesn.) Camp. omittunt *ut*.

5. *Fatetur.* Turic. Camp., *fateretur*, cum Alm. Jens. et edd. ante Gryph. excepto Aldo. Vide lib. VI, cap. 2, §. 24. — Nostri omnes *fatetur*. Ed.

6. *Crediderit.* R. 7, Voss. 1, *tradiderit*. R. 13, *reddiderit*. Ed.

7. *Dicam enim.* « Nescio ubi hoc; « sed simillimum pro Milone, 10: « *Dicam enim non derivandi crimi-* « *nis causa.* » Gesnerus. Neque hoc proximum *Rogo ignoscatis mihi* ubi legeretur, inveni.

8. *Præparatio.* Eodem nomine appellat Julius Rufinianus, p. 270, ed. Rutil., Lupi Ruhnk. et agit de eadem Curius Fortunatianus, pag. Capper. 80, indicante ipso Capp.

9. *Vel... aut.* Raram hanc conjunctionum copulationem vide ap. Tursellinum, p. 1044; item vide VI, 2, 12; Ovid. Met. I, 546. Posterior locus, pro exemplo allatus, est Ciceronis pro Muren., cap, 37; prior ex ejus oratione deperdita. Utrumque ponit et Julius Rufinianus, p. Ruhnk. 208.

10. *Fuit.* Turic., *fuerit*, cum Alm.

aut *reprehensione, Cives*[1], *cives, inquam, si hoc eos nomine appellari*[2] *fas*[3] *est.* Affert aliquam fidem veritatis et *dubitatio*[4], quum simulamus quærere nos, unde incipiendum, ubi desinendum, quid potissimum dicendum, an omnino dicendum sit? cujusmodi exemplis plena sunt omnia; sed unum interim sufficit, *Equidem*[5], *quod ad me attinet, quo me vertam, nescio. Negem fuisse infamiam judicii corrupti, etc.* Hoc etiam in præteritum valet; nam et[6] dubitasse nos fingimus: a quo schemate non procul abest illa, quæ dicitur *communicatio*[7], quum aut ipsos[8] adversarios consulimus, ut Domitius Afer pro Cloantilla[9], *Nescit trepida, quid* 19 20

Nobiscum facit et Julius Rufinianus. — Nostri omnes *fuit.* Ed.

1. *Cives, cives, inquam.* Turic., *cujus i.* Ex Alm. afferunt *cui i.* (vide IX, 1, 15; it. hic §. 20). Guelf. Camp., *cives i.*, cum Goth. Voss. 1, et edd. ante Gryph.—Nostri *cives, inquam.* Ed.

2. *Nomine appellari;* sic Turic. Guelferb. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Cicerone ipso. Reliqui *a. n.*, fœda clausula.

3. *Fas.* Turic., *satis.*

4. *Dubitatio.* Aquilæ Romano est *addubitatio*, pag. R. 151, eodem exemplo utenti. Vide eumdem librum, p. 118, 202; it. Nostr. lib. IX, cap. 2, §. 61; lib. IX, cap. 3, §. 88. Ad Macrob. Saturn. IV, 6; et Voss. Inst. Or. V, 11, 1; ablegat Almelov.

5. *Equidem.* Pro Cluent. cap. 1.

6. *Nam et.* Turic., *nec.*

7. *Communicatio.* Vide Rutil., pag. 151. « Ab ipsis judicibus con« silium capere. » Item Julius Rufin., p. 203.

8. *Quum aut ipsos adversarios.* Turic. Camp., *quacum aut ipsis adversariis.* Jens., *cum apud i. a.*, cum edd. ante Ald. Regius *apud* expungere satis habebat, ut nonnisi unum esset *aut* mox §. 21. In nostra ratione, quæ sane agnoscitur ab aliquot Codd., non sine duritie in altero membro, *aut cum*, duplex concipiendum est *cum*, quod animadvertit Badius, neque improbans tamen. Vide VI, 1, 25. Vix dubito quin fuerit a Quint.: « qua « aut cum ipsis adversariis consuli« mus... aut cum judicibus. » Locutionem *consulere cum aliquo* in uno quidem loco Plauti inveni, duce Forcellino, Mostell. lib. V, cap. 1, §. 53: « consulere... tecum volo. » Sed habet ea rationem per se probabilem, quum *consulere* sæpissime sit pro *consultare.* Ex Alm. affertur *quia cum ipsis adversariis.* Vide §§. 18, 29. Nostra quidem constitutio est apud Jul. Rufin., pag. 203.— Nostri *quum aut ipsos advers.* Ed.

9. *Cloantilla.* Turic. Guelferbyt. Camp., *Cloatilla*, cum Goth. Colb. Voss. 1, et edd. ante Basil. Flor.,

liceat feminæ, quid conjugem deceat: forte vos in illa sollicitudine[1] *obvios casus miseræ mulieri obtulit: tu,*
21 *frater, vos, paterni amici, quod consilium datis*[2]*?* Aut cum judicibus quasi deliberamus, quod est frequentissimum, *Quid suadetis?* et, *Vos interrogo*[3]*, quid tandem fieri oportuit?* ut Cato[4]: *Cedo, si vos in eo loco essetis*[5]*, quid aliud fecissetis?* et alibi, *communem rem agi*
22 *putatote, ac vos huic rei præpositos esse.* Sed nonnunquam communicantes aliquid inexspectatum subjungimus, quod et per se schema est: ut in Verrem[6] Cicero, *Quid deinde? quid censetis? furtum fortasse, aut prædam aliquam*[7]*?* Deinde, quum diu suspendisset judi-

elo at illa; a sec. manu *cloatilla at illa.* Qui *n* insertum haberet, nullum ego hic quidem memini videre librum. Mox ante *nescit* interjiciunt *at illa* edd. a Jenson. (err. Gesn.) omnes, codice meorum (et profecto Burmanni) nullo vindice. Hausta hæc verba esse putat Gesnerus a præcedentibus; equidem allita suspicor, vide Florent. Vide VIII, 5, 16; IX, 2, 66. — Nostri omnes *Cloatilla.* Ed. — *Trepida.* Turicensis, Florentin. Ambr. 1, Camp., *trepidat*, cum Gothan. Voss. 2, et edd. ante Ald. Correxit Regius, sed sunt MSS. vindices, ut Ambr. 2, Vall. — RR. 8, 9, 12, *trepidat.* R. 7, *trepide.* Reliqui *trepida.* Ed.

1. *Sollicitudine;* sic Turic. Flor. Ambr. 1, Goth. Vall. (a sec. manu) cum edd. a Bad. inde ante Obr. quo acc. Rollin. Reliqui *solitudine*, auctoribus Guelf. Ambr. 2, Camp. item Joann. Voss. 3. Nostrum probat et Gesnerus. Fluctuat Capper. — Put. Vall. lib. RR. 3, 5, 10, *solitudine.* Male; non enim deserta erat Cloantilla, nec a fratre, nec a paternis amicis, ut patet ex sequentibus. Ed.

2. *Datis.* Turicensis, Florentinus, Ambr. 1, Camp., *detis.* — Sic quoque pleriqae nostri. Ed.

3. *Interrogo, quid.* Ambr. 1, *i. et q.* Camp., *interrogato quid.* — Nostri omnes *interrogo, quid.* Ed.

4. *Ut Cato.* Hæc quidem colorem valde antiquum non habent, et est magna designandi tam auctoris quam scripti negligentia, ut subeat *Cato* natum suspicari ex eo quod sequitur *cedo.* Tum legi possit *et cedo.* Sed *alibi* mox, certum locum fuisse definitum sane suadet. *Cedo* quidem, Ciceroni in orationibus frequentatum, non habet notam Catoniani horroris.

5. *Essetis.* Solus Put., *fuissetis.* Malim. Ed.

6. *In Verrem.* V, 5. Vide not. inferiorem.

7. *Prædam aliquam.* Ambros. 1, *præda aliqua.* Apud Cic. adjicitur *expectatis.* Nostrum quidem parum plenum, neque enim *censetis* eo potest referri.

cum animos[1], subjecit, quod[2] multo esset improbius: hoc Celsus *sustentationem*[3] vocat. Est autem duplex: 23
nam contra frequenter, quum exspectationem[4] gravissimorum fecimus, ad aliquid, quod sit leve, aut nullo modo criminosum, descendimus; sed, quia non tantum per communicationem[5] fieri solet, παράδοξον alii nominarunt[6], id est, *inopinatum*[7]. Illis non accedo, qui schema 24
esse existimant, etiam si quid nobis ipsis dicamus inexspectatum[8] accidisse: ut Pollio, *Nunquam*[9] *fore credidi, judices*[10], *ut reo Scauro*[11], *ne quid in ejus judicio*[12] *gratia valeret, precarer*[13]. Pæne idem fons est illius, quam *per-* 25
missionem[14] vocant, qui communicationis: quum aliqua ipsis judicibus relinquimus æstimanda[15], aliqua nonnun-

1. *Judicum animos, subjecit.* Turic., *judicem animis subjectis* (postremum a pr. manu) cum Alm. nisi quod *subj.* ex hoc non notatur. Flor. (a pr. manu) *j. animis subjectis.* Burm., *judicem* assumpto *animi* conjicit, frustra. Fuit, ni fallor, nostrum, sed in fine *subjecit id.*

2. *Quod.* Ambr. 1, *cum.*

3. *Sustentationem.* Turic. Flor., *sustentionem*, cum Alm. (err. Burmann.) — *Sustentationem.* Similia, et hinc sumpta habet Julius Rufinianus, p. Ruhnk. 220.

4. *Exspectationem.* Turic. Flor. Ambr. 1, *explicationem*, cum Alm. — Vide exord. pro Cælio. Ed.

5. *Communicationem.* Turicens. Flor. Ambros. 1, *commutationem*, cum Bal. Alm.

6. *Nominarunt;* sic Turic. Flor. Reliqui *nominaverunt.*

7. *Inopinatum.* Turic., *inoppinata cum.* Camp., *inopinatum cum.* Florentinus (a prima manu) *inopinata.*

8. *Inexspectatum.* Ambr. 1, *inexspectato*, sed rasum *o.* Fortasse addendum Lexicis adverbium. *Inopinatum*, Voss. 1, 3. — Solus Put., *inopinatum.* Rell., *inexspectatum.* Ed.

9. *Pollio, Nunquam.* Camp., *P. Asinius quam.* Andr. Ald. Bas., *P. Asinius nunquam.*

10. *Judices.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) *judicem.*

11. *Reo Scauro.* Vide VI, 1, 21.

12. *In ejus judicio.* Turic. Flor., *in eum j.*, cum Alm. *In eum judicum*, Ambr. 1. *In eo judicum*, sec. manus Flor. — Nostri omnes *in ejus judicio.* Ed.

13. *Precarer.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) *precare;* a sec. manu *precaretur.*

14. *Permissionem.* Vide Rut. Lup. p. 130. — Vide Rhet., lib. IV, n. 45; pro Flacco, n. 96. Ed.

15. *Æstimanda.* Regius censet *existimanda* sensui magis convenire; et sic habent Locat. Ald. Vide lib. VIII, cap. 4. Ed.

quam adversariis quoque, ut Calvus Vatinio[1], *Perfrica frontem*[2], *et dic te digniorem, qui prætor fieres, quam*
26 *Catonem*. Quæ vero[3] sunt augendis affectibus accommodatæ figuræ, constant maxime *simulatione:* namque et irasci nos, et gaudere, et timere, et admirari, et dolere, et indignari, et optare, quæque sunt similia his, fingimus: unde[4] sunt illa, *Liberatus*[5] *sum; respiravi;* et, *Bene habet;* et, *Quæ amentia est hæc? O tempora, o mores!* et, *Miserum*[6] *me! consumptis enim lacrimis, infixus tamen pectori hæret dolor;* et,

..... Magnæ[7] nunc hiscite terræ.

27 Quod *exclamationem* quidam[8] vocant, [9]ponuntque inter figuras orationis: hæc quoties vera sunt, non sunt in ea forma, de qua nunc loquimur[10]; sed[11] assimulata, et arte composita, procul dubio *schemata* sunt existi-

1. *Calvus Vatinio.* Vide VI, 1, 13.

2. *Perfrica frontem.* « Hanc lo- « cutionem illustrat Victorius, lib. « VIII, Var., cap. 6. » Burm. vide nos ad IV, 1, 42.

3. *Quæ vero.* refer ad §. 6.

4. *Unde;* sic Turic. Flor. cum Alm. Reliqui *inde.* — Soli RR. 5, 12, *unde.* Ed.

5. *Liberatus.* Cic. pro Milone, cap. 18 (non 9, ut omnes); sed inverso ibi ordine. *Bene habet, Quæ amentia*, unde sint, non novi. *O tempora.* Catil. I, 1. *Miserum me.* Philipp. II, 26. *Magnæ nunc*, ignoti poetæ.

6. *Et, Miserum.* Turic. Guelferb. Camp., o *m.*, cum reliquis præter Voss. 1, et inde Gesn. Bip. astipulante Cic.

7. *Et, Magnæ nunc hiscite terræ.* Turic., *et homo ne nunc scite terræ;* a sec. manu *et hominemne nunc scis te terentius.* Ambr. 1, *et homo magnæ nunc conscite terræ.* Quid lateat, non exputo. Illa altera Turic. manus, aliquid huc trahere voluisse videtur ex Terentiano versu: *homo sum*, etc.

8. *Quidam.* Ambr. 1, Camp., *quidem.* — Nostri *quidam.* Ed.

9. *Ponuntque... orationis.* Inter hos est Cicero, ut testantur loca Cic., quæ Quintil. protulit cap. 1 hujus libri. Ed.

10. *Loquimur.* Turic. Flor. Ambr. 1, *eloquimur*, cum Alm. Male.

11. *Sed assimulata.* Turic., *et ad simulata;* a sec. manu *et assimulata*, cum Camp. Sed Guelf., *sed simulata.* In Flor. et edd. a Gryphio inde ante Obr. *sed* omittitur. Suspicor fuisse *at simulata*, quamquam *assimulare* est VII, 10, 9; IX, 2, 31; X, 2, 12; XI, 1, 41. — Eadem nostri. Ed.

manda: quod idem dictum sit de oratione libera[1], quam Cornificius *licentiam*[2] vocat, Græci παρρησίαν: quid enim minus figuratum, quam vera libertas? Sed frequenter 28
sub hac facie[3] latet adulatio: nam Cicero quum dicit pro Ligario[4], *Suscepto bello, Cæsar, gesto jam etiam ex parte magna, nulla vi coactus, consilio ac voluntate mea ad ea arma profectus sum, quæ erant sumpta contra te*[5], non solum ad utilitatem Ligarii[6] respicit, sed magis laudare victoris clementiam non potest. In illa 29
vero sententia, *Quid autem aliud egimus, Tubero, nisi ut, quod hic potest*[7], *nos possemus?* admirabiliter utriusque partis facit bonam causam; sed hoc eum[8] demeretur, cujus mala fuerat. Illa adhuc audaciora[9], et majorum, ut Cicero[10] existimat, laterum, fictiones personarum, quæ προσωποποιΐαι dicuntur: mire namque[11] quum

1. *Quod... libera.* Rhet. ad Herenn. lib IV, n. 48-51. Ed.

2. *Licentiam.* Vide Rutil. Lup., pag. 130; Jul. Rufin., pag. 219; Nostrum IX, 3, 99.

3. *Sub hac facie latet adulatio.* « Diximus aliquid ad VIII, 6, 55. « Hic Plutarchum advocemus, et « exemplum unum hujus torvæ adu- « lationis pulcherrimum. De discr. « adulat., p. 104. Steph. » [Wechelianæ, p. 60. C. D.] « Τιβερίου Καίσα- « ρος εἰς τὴν σύγκλητόν ποτε παρελθόν- « τος, εἴς τῶν κολάκων ἀναστὰς ἔφη, Δεῖν « ἐλευθέρους ὄντας παρρησιάζεσθαι, καὶ « μηδὲν ὑποστέλλεσθαι, μηδ' ἀποσιωπᾶν « τῶν συμφερόντων. Ἀνατείνας δὲ πάν- « τας οὕτως, γενομένης αὐτῷ σιωπῆς, « καὶ τοῦ Τιβερίου προσέχοντος, Ἄκου- « σον, ἔφη, Καίσαρ, ἃ σοι πάντες ἐγκα- « λοῦμεν, οὐδεὶς δὲ τολμᾷ φανερῶς λέ- « γειν· ἀμελεῖς σαυτοῦ, καὶ προΐεσαι τὸ « σῶμα, καὶ καταπτύχεις ἀεὶ φροντίσι « καὶ πόνοις ὑπὲρ ἡμῶν, οὔτε μεθ' ἡμέ- « ραν, οὔτε νύκτωρ ἀναπαυόμενος. Πολλὰ « δὲ αὐτοῦ τοιαῦτα συνεἰροντος, εἰπεῖν « φασι τὸν ῥήτορα Κάσσιον Σευῆρον, « Αὕτη τοῦτον ἡ παρρησία τὸν ἄνθρωπον « ἀποκτενεῖ. » Gesnerus.

4. *Pro Ligario.* Cap. 3. Mox citatur cap. 4.

5. *Sumpta contra te;* sic Turic. Guelferb. cum Alm. et Cic. Reliqui *contra te sumpta.*

6. *Utilitatem Ligarii.* Ambr. 1 omittit posterius.

7. *Hic potest, nos.* Turic., *ponos p.*, cum Alm. Id est, *potest nos p.*, et sic Ambr. 1.

8. *Eum.* Supple Cæsarem. Ed.

9. *Audaciora.* R. 7, Jens. et apud Burm. Locat., *audentiora.* Ed.

10. *Ut Cicero existimat.* Locus est in Orat., cap. 25; ubi tamen « *valentiorum* » dicitur « laterum. » — Nostri omnes *majorum.* Ed.

11. *Namque.* Turic. Camp., *nam.* Flor., *atque.* Ex Almel., *atque nam*

variant orationem, tum excitant[1]. His et[2] adversariorum cogitationes, velut secum loquentium protrahimus: quæ tamen ita demum a fide non abhorreant[3], si ea locutos finxerimus, quæ cogitasse eos non sit absurdum: et nostros cum aliis[4] sermones, et aliorum inter se credibiliter introducimus; et *suadendo*, [5]*objurgando, querendo, laudando, miserando*, personas idoneas damus[6]. Quin deducere deos in hoc genere dicendi, et inferos excitare[7], concessum est; urbes[8] etiam populique vocem[9] accipiunt: ac sunt quidam, qui has demum προσωποποιΐας dicant, in quibus et corpora et verba fingimus; sermones hominum assimulatos dicere διαλόγους malunt[10], quod Latinorum quidam dixerunt, *sermocinationem*. Ego, jam recepto more, utrumque eodem[11] modo

(vide §§. 20, 33). Suspicor fuisse *enim*, quum e præcedat in *mire*. Vide tamen III, 9, 3.

1. *Excitant*. Vide VI, 3, 19.

2. *His et*. Jens. Ald. Locat., *his etiam*. Ed.

3. *Abhorreant;* sic Turic. Ambr. 1, cum Alm. *Abhorret*, Camp. Reliqui *abhorrent*. Flor., *abhorreant* a sec. manu, quum *eant* esset atramento deletum.

4. *Cum aliis*. Turic., *qualis* (cum Alm.); a sec. manu *quales*. Florent. *quam lis*. — Vide pro Milon. n. 99, 100; pro Quintio n. 71, 72, et 77, 78. Ed.

5. *Objurgando*. Guelferb. omittit cum Voss. 1. — Omittunt quoque Avic. Put. Prat. Poul. RR. 3, 5, 13. Ed.

6. *Damus*. Tur. omittit cum Alm.

7. *Excitare, concessum*. Turicens. Flor., *at excitare concitare*, hic tamen a sec. manu addit *concessum*. Ambr. 1, *excitare concitare concessum*. Apparet in vetere libro fuisse *excitare*, *alii concitare*, ut hoc esset varians lectio; ea mox hausit simile vocabulum. *Conc. est* abest a Camp. — *Inferos excitare*. Vide IV, 1, 28.—Vide pro Cœl., n. 33; Rhet. ad Herenn., lib. IV, n. 67. Ed.

8. *Urbes... accipiunt*. Vide Cicer. Catilin. I, n. 18 et 27. Rhet. ad Herenn., lib. IV, n. 67. Ed.

9. *Vocem;* sic Avic. Put. RR. 3, 5, Camp. Andr. Reliqui *voces*. Ed.

10. *Malunt, quod;* sic Turicens. Flor. Ambr. 1, 2, Guelferb. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Voss. 2, et edd. ante Bad. quo acc. Obr. Reliqui inserunt *quam*.—Nostri omnes habent *quam*, et omittunt *quod*. Ed.—*Malunt*, quam προσωποποιΐας. Vide mihi Quint. iterationibus vocabuli ejusdem non parcentem *dicant*, *dicere*, *dixerunt*. Vide VIII, 6, 64. *Sermocinationem* appellat Scriptor ad Herenn. IV, 43, 52.

11. *Eodem modo*. Camp. Andr.,

appellavi: nam certe sermo fingi non potest, ut non[1] personæ sermo fingatur: sed in his[2], quæ natura non[3] permittit, hoc modo mollior[4] fit[5] figura: *Etenim si*[6] *mecum patria, quæ*[7] *mihi vita mea multo est carior, si cuncta Italia, si omnis respublica sic*[8] *loquatur: M. Tulli, quid agis?* Illud audacius genus: *Quæ tecum, Catilina, sic agit, et quodammodo tacita loquitur: Nullum jam aliquot annis*[9] *facinus exstitit, nisi per te.* Commode[10] etiam 33
aut nobis aliquas ante oculos esse rerum, [11] personarum, vocum imagines[12] fingimus, aut eadem adversariis, aut judicibus non accidere miramur: qualia sunt, *Videtur mihi*, et, *Nonne videtur tibi?* Sed magna quædam vis eloquentiæ desideratur: falsa enim et incredibilia natura necesse est aut magis moveant, quia supra vera sunt, aut pro vanis[13] accipiantur, quia vera non sunt. Ut dicta autem quædam, ita scripta quoque fingi solent: 34

eodem nomine. Non spernenda lectio. Ed.

1. *Ut non.* Turic., *uter n.* Camp., *ut et n.* An fuit *ut non et?*

2. *In his.* Turic. Flor. omittunt *in*, cum Alm.

3. *Permittit.* Turicens. Flor., *permittat.*

4. *Mollior.* Ambr. 1, *melior.* Vide IX, 4, 110.

5. *Fit.* Turic. Goth. (tac. Gesn.) Camp., *sit.* — Vall. lib., *fiet.* R. 3, *sit.* Ed.

6. *Etenim si.* Catil. I, 11. *Quæ tecum.* Catil. I, 7. Mollitur figura, apposita conditione *si.*

7. *Patria, quæ.* Turic. Florent. Camp. inserunt *mea*, cum Voss. 1, Ald. qui mox post *vita* omittit, quod facit et Guelferb. Mox Turic. (a pr. manu) Flor., *loquitur.*

8. *Sic.* To *sic* non est in Cicerone, nec in Put. Prat., nec apud Burm. Voss. 2. Ed.

9. *Aliquot annis.* RR. 9, 12, *aliquot annos.* Apud Ciceronem reperimus *tot annos.* Ed.

10. *Commode etiam.* Vide pro Milon., n. 93 et 94. Ed.

11. *Personarum, vocum;* sic Ambros. 2, Guelf. cum Goth. Voss. 2, 3, Bern. *P. vacum*, Turic. (ex Almelov., *p. cum.* Vide §§. 29, 37), Florent. (hic quidem *vatum*); a sec. manu uterque *personarumve*, et sic reliqui.

12. *Vocum imagines esse ante oculos*, potest sane in risum verti; nec tamen dubito, quin ita scripserit Quint., veniamque impetret hæc catachresis ab unoquoque Aristarcho non cavillante.

13. *Vanis... vera non sunt.* Vide IV, 1, 33.

quod facit Asinius pro Liburnia[1], *Mater mea*[2], *quæ mihi tum carissima, tum dulcissima fuit, quæque mihi vixit, bisque eodem*[3] *die vitam*[4] *dedit,* et reliqua; deinde, *exheres esto:* hæc quum per se figura est, tum duplicatur, quoties, sicut[5] in hac causa, ad imitationem[6] alterius scripturæ componitur: nam contra recitabatur testamentum, *P. Novanius*[7] *Gallio*[8], *cui ego omnia meritissimo*[9] *volo et debeo, pro ejus animi in me summa voluntate,* et adjectis deinceps aliis, *heres esto:* [10] incipit esse quodammodo παρῳδή[11] quod nomen ductum a can-

1. *Pro Liburnia.* Hoc uno, nisi fallor, loco memorata oratio Pollionis, ut credibile est, et sumit Manutius ad Epistoll. famill. X, 31. Hæc scripta fingit orator, quo manifestior sit dementia eorum, qui credant, eamdem, quæ tanti facta fuerit a filio, tamen fuisse exheredatam ab eo: necesse enim erat, ut tale quid scripsisset ille. « Quo« modo *bis*? an quod liberum pepe« rit, vel nobilem? » Gesnerus. Nihil agimus divinando; sed suspicor magis proprium quid in hac causa versatum, quam quod conjicit Gesnerus.

2. *Mater mea... vixit.* Turicens. Flor. (hic quidem a pr. manu) *m. m. quæ mihi v.*, reliquis omissis, cum Voss. 2, nihil tale dante Goth. Sunt sane jejuna et frigida, quæ omittuntur, sed casus et homœoteleuton expulerunt, non ratio.

3. *Eodem;* sic Turic. Florentin. Ambr. 2, Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Reliqui *eadem.* Vide VI, 3, 90. Drakenb. ad Liv., lib. VIII, cap. 11, §. 15. — Nostri *eodem*, exc. Put. a sec. manu, qui *eadem.* Ed.

4. *Die vitam;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Colb. et edd. ante Basil. Reliqui inserunt *mihi.* — Solus R. 10, *mihi.* Ed.

5. *Sicut.* Turic. omittit.

6. *Ad imitationem alterius scripturæ.* De testamentorum præfationibus consule Brissonium de Formulis, VII, 15.

7. *P. Novan. Gallio.* Nihil aliunde compertum de hoc.

8. *Gallio.* Guelf. Ambr. 1, *Gallo.*—R. 7, *Galio.* R. 10, *Gallo.* Ed.

9. *Meritissimo.* Solus R. 7, *meritissime.* Ed.

10. *Incipit.* Parum placet hoc verbum, abrupte etiam positum, nec præcedenti sensui aliqua conjunctione applicitum. Subjectum ipsum fluctuat, quamquam potest et debet intelligi *figura* ea duplicata, de qua modo agebatur. Hæc « *incipit* « esse παρῳδή, » quum pervenit usque ad παρῳδήν; qualis est Nostri locutio VI, 3, 51. Ipsa græca vox παρῳδή male me habet, pro qua malebam παρῳδίαν VI, 3, 97. An hoc nostrum proprie fuit cantus?

11. Παρῳδή. Suidas παρῳδίαν appellat, quum e tragœdia sermo transfertur in comœdiam: quo pacto Aristophanes pleraque carmina Euripidis ludendo usurpavit. Eodem

ticis ad aliorum similitudinem modulatis, abusive etiam in versificationis ac sermonum imitatione servatur. Sed 36 formas quoque fingimus sæpe, ut *Famam*[1] Virgilius, ut *Voluptatem*[2] *ac Virtutem* (quemadmodum a Xenophonte traditur) Prodicus, ut *Mortem ac Vitam*, quas contendentes[3] in satura[4] tradit Ennius. Est et incertæ 37 personæ[5] ficta oratio: *Hic aliquis;* et, *Dicat aliquis:* est et jactus[6] sine persona sermo, *Hic Dolopum manus, hic sævus tendebat Achilles:* quod fit mixtura figurarum, quum προσωποποιΐᾳ[7] accedit illa, quæ est orationis per detractionem[8]; detractum est enim, quis diceret? Ver-

quoque modo sermo factus ad alterius sermonis imitationem dicitur parodia. Turn.

1. *Famam... traditur.* Æneid. lib. IV, vers. 174. Memorabb. Socr. II, 1. *Hic Dolop.* Æneid. II, 29.

2. *Ut Voluptatem.* Ambros. 1, *volantem.*

3. *Contendentes.* Turic. Ambr. 1, 2, Camp., *consentientes*, cum Alm.

4. *Satura;* sic Turic. (a pr. manu) Ambr. 1, 2, cum Alm. reliqui *satyra.* — Nihil horum inter fragmenta Enniana reperitur, quæ ex his quidem libris collecta exhibet Columna, p. 186-191. Scripturam vocis antiquissimam hic consulto retinuisse videtur Quintil. quum alibi (X, 1, 91) recentiorem sequatur per *i.* Vide Casaub. de Poesi Satyrica, p. (ed. Ramb.) 249, 50. Sed vide et IX, 3, 9.

5. *Et incertæ personæ.* Turicens. *e. incerta persona*, cum Voss. 3, Bern. Jens. Tarv. Sed Ambr. 1, *e. incertam personam.* Guelf. Ambr. 2, *ut incerta persona*, cum Voss. 1. Nobiscum Goth. Camp. cum reliquis. — Eadem nostri, nisi quod nullibi reperimus *et incertam personam.* Ed.

6. *Et jactus sine.* Turic. Flor., *e. actus s.*, cum Alm. Flor. a sec. manu *e. tacitus s.*, et sic Ambr. 1. *Exactus ine*, Camp. — Omnes nostri, *et jactus*, exc. Poul., qui *et actus.* Passim dici *jacere* sermonem, et *jacere* absolute observarunt Gronov. ad Liv. XXIII, 22, Barth. ad Stat. Theb. I, 411, Heins. ad Ovid. Met. V, 665. Ed.

7. Προσωποποιΐα; sic Ambros. 1, Capper. Προσωποποιΐαι, Ambros. 2; Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Flor. (a sec. manu) quod eodem redit: est enim adjectum, pro subscripto, ἰῶτα. Reliqui nominativum dant.— Put. Poul. Jens. Ald. sine subscripto ἰῶτα. Reliqui cum subscripto ἰῶτα. Hoc verbum omittunt Avie. RR. 7, 10. Ed.

8. *Detractionem.* Turic. Florent. (hic a pr. manu) *tractationem*, cum Alm. *Detractationem*, Flor. Camp. — *Per detractionem.* Hunc locum et sanavit et explicuit Capp. quem non debebat deserere Gesnerus, aliena ille huc trahens Herenniani

titur interim[1] προσωποποιία in speciem narrandi: unde apud[2] historicos reperiuntur obliquæ [3]allocutiones: ut in T. Livii primo statim[4], *Urbes*[5] *quoque, ut cætera, ex infimo nasci: deinde, quas*[6] *sua virtus ac dii*[7] *juvent,* 38 *magnas opes sibi magnumque nomen facere.* [8]Aversus quoque a judice sermo, qui[9] dicitur ἀποστροφή, mire[10] mo-

scriptoris præcepta de *tractatione*, IV, 42. *Mixturam figurarum* vide ad VIII, 2, 14: « accedit prosopo- « poeiæ illa » figura non quidem *sententiæ*, ut προσωπ., sed « *orationis*, « quæ est », vel *fit* « per detractio- « nem. » Hujus meminerat Noster VIII, 6, 21. *Ellipsin* enim, quam et ipsam *detractionis* vocabulo latine appellat, inter vitia recenset I, 5, 38, 40; item l. c. Vide capite sequente aliquot loca. Illud tamen cavendum, quod ipse Capper. videtur neglexisse, ne *quis diceret* typis distinguas, putesque id ipsum esse, quod detractum fuerit. Tu interpretare: « est enim detractum « nomen illius, qui hæc diceret, « quæ referuntur. »

1. *Vertitur interim;* sic Codd. mei, item Alm. Voss. 1, 2, et edd. ante Leid. Reliqui inserunt *enim*. In Goth. et Camp. defectum conjunctionis non notavi. Græca autem vox προσωπ. in Tarv. et seqq. ante Basil. anteponitur verbo *vertitur*.— Nostri omnes omittunt *enim*. Ed.

2. *Unde apud;* sic Codd. et edd. (tac. Gesn.) ante Stoer. Reliqui inserunt *et*. — Omittunt nostri. Ed.

3. *Allocutiones*. Suspicor syllabam *al* adhæsisse ex præcedente « obliquæ. », nisi forte *aliorum* latet in isto *al*.

4. *Primo statim*. Omitti vocem *libro* ad numeralia, non insolens apud Latinos, quod Græcis tritum. Vide Cic. Tuscul. Disputatt. V, 11. Gell. N. A. I, 16; III, 6. Citatur Livius I, 9, 3. Vide Nostr. I, 5, 44. De orationibus obliquis historicorum Turneb. citat Justin. XXXVIII, 3, extr. rectissime, ubi a VV. DD. ablegamur ad Freinshemium acute disputantem ad Curt. III, 2, 11.— Vall. lib. RR. 8, 9, 12, Jens. Ald., *libro*. Reliqui omittunt. Ed.

5. *Statim, Urbes;* sic Ambr. 2, Guelf. cum Voss. 3, ut et Turicens. Flor. Ambr. 1. Sed tres postremi modo pro *Livii* dant *libro;* Goth. Jens. (tac. Gesn.) *T. L. libro primo statim*, cum edd. seqq. ante Basil. insigniter transponit Camp. *T. L. ac dii juvent statim Urb.*, mox omissis iisdem inter *virtus* et *magnas*.

6. *Quas*. Turic. Flor. Guelferb., *quos*, cum Voss. 2, Goth. — Nostri *quos*, except. Puteano a secunda manu. Ed.

7. *Ac dii juvent*. Turic. Florent. Ambr. 1, *accidi jubent*, cum Alm. (nisi quod *juvent*. Vide §§. 35, 41). *Juverunt*, Guelf.

8. *Aversus... sermo*. Guelf., *adversario quoque sermonis*. Obr., *aversio quoque sermonis*. Pro *qui* mox Goth. (tac. Gesn.) *quæ*, et sic Obrecht.

9. *Qui*. Vall. lib. RR. 8, 9, Camp. Andr., et ap. Burm. Voss. 2, *quæ*. Ed.

10. *Mire movet*. Turic. Flor. (hic a pr. manu) *removet*.

vet, sive adversarios invadimus[1], *Quid enim tuus*[2] *ille, Tubero, in acie pharsalica*[3]? sive ad invocationem aliquam convertimur, *Vos enim jam ego, Albani tumuli*[4] *atque luci;* sive ad invidiosam implorationem, *O leges Porciæ*[5], *legesque Semproniæ!* Sed illa quoque 39
vocatur *aversio*, quæ a proposita quæstione abducit audientem,

> Non ego cum Danais Trojanam exscindere gentem
> Aulide juravi....

Quod fit et multis et variis figuris, quum aut aliud exspectasse nos, aut majus aliquid timuisse simulamus, aut plus videri[6] posse ignorantibus: quale[7] est proœmium pro Cœlio. Illa vero, ut ait Cicero[8], *sub oculos* 40
subjectio tum fieri solet, quum res non gesta indicatur, sed, ut sit gesta, ostenditur; nec universa, sed per partes; quem locum[9] proximo[10] libro subjecimus *evidentiæ;* et Celsus hoc nomen[11] isti figuræ dedit; ab aliis ὑποτύπωσις di-

1. *Invadimus.* Turic. Flor. Guelf. Camp. Ambr. 1, 2, *invasimus*, cum Goth. Bodl. Joann. Voss. 1, et edd. ante Gryph. — Solus Put. a sec. manu *invadimus*. Ed.

2. *Quid enim tuus.* Pro Ligario, cap. 3. *Vos enim jam.* Pro Milone, cap. 31. *O leges.* In Verr. V, 64. *Non ego cum Dan.* Æneid. IV, 426.

3. *Pharsalica? sive;* sic Turic. Ambr. 1, 2, Guelferb. Camp. cum Voss. 3. Reliqui ex Cicerone inserunt *gladius agebat.*

4. *Tumuli... Sed illa.* Turicens. Flor. omittunt cum Alm.

5. *O leges Porciæ.* Vall. lib. a sec. manu, RR. 9, 12 a sec. manu, Camp. Andr. Goth. et apud Burm. Voss. 2, *o lex Porcia.* Malim, quia sic est apud Cic. Ed.

6. *Videri.* Turic. Flor. Ambr. 2, Guelf., *videre*, cum Voss. 3, Jens. (tacente Gesnero) et editt. postt. ante Aldum.

7. *Quale... Cœlio.* Fingit enim initio crimen esse grave, quum judicium fiat ludis publicis: deinde paulatim extenuat, ostenditque judicium pendere ab adulterio Clodiæ: ita a magnitudine sceleris avocat animos judicum. Turn.

8. *Ut ait Cicero.* Vide IX, 1, 27.

9. *Quem locum proximo libro subjecimus.* Guelf., *quam loco p. s.* Hinc efficio: *quam libro proximo s.* Vide I, 10, 18.

10. *Proximo libro.* VIII, 3, 68.

11. *Hoc nomen.* Turic. Flor. (sed hic a sec. manu *vel hoc nomen*) Ambros. 1, *cognomen*, cum Bodl.

citur, proposita quædam forma rerum ita expressa verbis, ut cerni potius videatur, quam audiri: *Ipse*[1], *inflammatus scelere ac furore, in forum venit: ardebant oculi:*
41 *toto ex ore crudelitas eminebat*[2]. Nec solum, quæ facta sint[3], aut fiant, sed etiam, quæ futura sint, aut futura fuerint, imaginamur: mire tractat hoc[4] Cicero pro Milone, quæ facturus fuerit Clodius, si præturam invasisset: sed hæc quidem translatio temporum, quæ proprie[5] μετάστασις dicitur, in διατυπώσει[6] verecundior[7] apud priores

Alm. Andr.—Nostri *hoc nomen*. Ed.

1. *Ipse, inflammatus.* In Verr. lib. V, cap. 62.

2. *Eminebat;* sic Turic. Florent. (sed hic mox *vel emicabat*) Guelf. Camp. cum Bodl. Joann. Almelov. Goth. Voss. 1, 2, 3, Andr. et edd. Cic. vide Gell. N. A. X, 3. Reliqui *emicabat*. Vide Tacit. Annal., XIII, 16, 6. — Sic quoque Vall. lib. RR. 7, 8, 12. Cæteri *eminebat*. Ed.

3. *Facta sint.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *f. sunt*, cum edd. ante Basil. — Nostri omnes *sunt* et mox *fiunt*. Ed.

4. *Hoc;* ita Turic. Flor. Gothan. Jens. (tac. Gesn.) cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Basil. excepto Ald. acc. Obr. Reliqui *hæc*. — *Hoc*. Respicit pronomen ad totum genus imaginandi. Quod autem sequitur *quæ*, non tam relativum est, quam interrogativum pro singulari *quid*. Est locus Ciceronis pro Milone, c. 32, seq.

5. *Proprie.* Turic. (a pr. manu) Flor., *propria*. — *Proprie μετάστασις... verecundior.* Vocabulum hujus figuræ non caret difficultate, quoniam aliis usibus hanc vocem accommodatam adhuc vidimus. Vide III, 6, 53; VII, 4, 14. Quod huc trahit Capper. Julii Rufiniani metastasin, vel metabasin, p. (Ruhnk.) 243, collato Nostri loco IX, 3, 25, in eo turbat aliquid, quum illæ inter figuras verborum recenseantur. Diatyposin vide apud Aquil. Rom. p. Ruhnk. 153.

6. *In διατυπώσει.* Turic., *incliatibosi.* Guelf., *in diatyposi.* Camp., *διατυποῖ in.* Tarv., *διατυπωσις* sine *in*, quod et reliqui omittunt post Jens. ante Ald. quo redeunt Bad. uterque et Basil. in textu (in margine enim posteriores duo nostram dant). Græcam vocem *ὑποτυπώσει* faciunt Bad. alter, Basil. in textu cum Cervic. Rob. Steph. Gryph. (1536). — Eadem nostri. Ed.

7. *Verecundior.* Turic., *verecunosam.* Flor. (a pr. manu) *verecunosa.* Ex Alm. affertur *verecunda* (vide §§. 37, 44). Locus laborat. Quid est quod « μετάστασις » dicitur « in *διατυπώσει* verecundior fuisse « apud priores? » Ergo est peculiaris aliqua μετάστασις, quæ fit in *διατυπώσει?* Succurrebant aliquatenus huic difficultati, qui *in* omiserunt jungentes ablativum *διατυπώσει* comparativo *verecundior*. Atqui illa μετάστασις, *temporum* translationi addicta erat, quorum ne vestigium quidem in exemplis mox positis; ubi *διατύπωσις* sane apparet

fuit[1]: præponebant[2] enim talia, *Credite vos intueri:* ut Cicero, *Hæc, quæ non vidistis oculis, animis cernere potestis.* Novi[3] vero, et præcipue declamatores, audacius, nec 42
mehercule sine motu quodam imaginantur: ut et Seneca[4] ista[5] in controversia, cujus[6] summa est, quod pater filium et novercam, inducente[7] altero filio, in adulterio deprehensos occidit: *Duc*[8], *sequor: accipe*

verecundior, non autem μετάστασις. Hoc vitium effugit Tarvis. cujus scriptura sic est ordinanda: « Sed... « dicitur » (subaudiendo ante pronomen *quæ* verbum substantivum *est*). « Διατύπωσις verecundior..... « fuit. » Hunc quo minus sequamur, obstat veterum librorum auctoritas. Ex iis igitur hæc extundo, quæ eodem redeant: « Sed... dicitur. In « διατυπώσει verecundia apud prio- « res fuit. » Remanet scrupulus immutatæ appellationis, quæ modo (§. 40) erat ὑποτύπωσις, nunc repente fit διατ. Neque tamen debebant editores alteri alterum substituere contra Codd. Utrumque vocabulum terunt rhetores, Noster quidem διατ. hoc uno loco.

1. *Fuit.* Flor., *fuerit.*

2. *Præponebant;* sic Turic. Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 2. Reliqui *proponebant.* — Nostri dant alii *præponebant*, alii *proponebant.* Ed. — Vide §. 32. Ut ibi præmittendo *si*, ita hic dum diserte jubetur auditor imaginari certas res, mollior fit figura.

3. *Novi.* Id est, oratores hujus ætatis. Ed.

4. *Ut et Seneca;* sic Turic. (a sec. quidem manu *et ut S.*) Flor. cum Alm. Reliqui omittunt *et.*

5. *Ista.* Turic. Flor. (a pr. manu uterque) *sta*, discerptim ille *sene casta* (cum Alm.); a sec. autem manu transposite *in ista;* et sic Camp. Reliqui omittunt. — Sic quoque nostri. Ed.

6. *Cujus.* Turic. Flor., *quæ.*

7. *Inducente.* Turic. Flor. Ambr. 1, *inducentem.* Priores a sec. manu *indicante*, et sic Camp. cum Goth. Voss. 2. — Nostri habent alii *inducente*, alii *indicante.* Ed.

8. *Duc, sequor.* Omnis hæc senis est oratio, qui, dum cædem excusat, judicibus ob oculos ponit scenam illam, quæque cogitaverit, et quomodo animatus uxorem interfecerit. Ejusdem sunt quæ mox subjiciuntur verba, in quibus *inquit* cave tribuas nostro scriptori. Est ipsius senis, qui quæ dixerit filius ille alter se inducens, imaginatur, quum ipse nihil tamen vidisse, nihil egisse velit videri. Ad *inquit* intelligendum igitur: « filius ille « meus. » Omne artificium oratoris in ista controversia eo tendit, ut invitus et abreptus, nec sibi mente constans, cædem patrasse credatur, qui causam dicit. Id consequitur pingendo errorem illum doloris et iracundiæ; et audacia est in eo, quod non præmittit: « Concipite, « judices, hunc animi mei statum, « ut plane sequerer ducentem me « filium », sed statim suas pristinas cogitationes, tamquam a se nunc

43 *hanc senilem manum, et quocunque vis imprime:* et post paulo[1], *Aspice, inquit, quod diu non credidisti: ego vero non video, nox oboritur, et crassa caligo.* Habet hæc figura[2] manifestius aliquid: non enim narrari res,
44 sed agi[3] videtur. Locorum quoque dilucida[4] et significans descriptio eidem virtuti assignatur a quibusdam; alii τοπογραφίαν dicunt. Εἰρωνείαν, inveni, qui *dissimulationem*[5] vocarent[6]: quo nomine quia parum totius hujus figuræ vires[7] videntur ostendi, nimirum sicut in plerisque, erimus græca[8] appellatione contenti: igitur

voce prolatas, inducit. Controversia autem ista jam non legitur inter Senecæ patris reliquias, sed fragmenti loco servatur, p. 499. Simile quid hujus loci habes apud eumdem a Porcio Latrone, p. 209, *Obortæ sunt subito tenebræ*, etc.

1. *Post paulo;* sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *paulo post.* Vide II, 17, 25. — Eadem nostri. Ed.

2. *Hæc figura.* Turic. Ambr. 1, *h. igitur.* Flor., *igitur;* et a sec. modo manu *hæc.* Camp., *igitur hæc.* Goth. cum Voss. 2 omittit *figura*, sed ex hoc solo *habent* affertur. Ibi veram agnoscere videor scripturam: *Habet hæc igitur manif.:* nam quod *figura* hic denuo finitur quasi, jejunum est, quum modo factum fuerit §. 40: « *non gesta... ostenditur.* » — *Habet hæc figura manif.;* sic Avic. Put. Poul. Vall. lib. RR. 3, 5, 7, 9 (hic omittit *figura*), 10. *Habent hæc manif.;* sic Vall. lib. a sec. manu, RR. 8, 12 (hic quidem post *hæc* inserit *igitur*). Ed.

3. *Agi.* Turic. Ambr. 1, Florent. (sed hic a sec. manu « vel *agi* ») *argui*, cum Alm. Bodl. Hoc ipsum blanditur, optimis præsertim auctoribus commendatum, quum in recepta sit molesta iteratio definitionis. Quamquam *argui* non est, quod exspectabas, vocabulum.

4. *Dilucida... virtuti assignatur.* Turic., *d. et virtutis a.*, cum Alm., nisi quod *virtuti* (vide §§. 41, 46). Sed Flor. omnia post *dil.* omittit; a sec. manu hæc dans: *d. et signif. descr. ejusdem et virtutis a.* Ambr. 1, *dilucidatio huic v. a.* Guelf. Camp., *d. e. s. d. ejusdem virtutis*, cum Goth. Voss. 1, 2, Vall. Bern. et edd. ante Ald. Ratio Ambros. placere posset, nisi auctoritate careret *dilucidationis* vocabulum. Et rasa est eo loco membrana, ut aliquid repositum videatur. — Nostri omnes, exc. Put. a sec. manu, *ejusdem virtutis.* Ed.

5. *Qui dissimulationem vocarent.* « Ipse quoque Cicero, cujus verba « sunt IX, 1, 29. Adde de re ipsa « IX, 1, 7. *Illud in Catilinam* est I, « 8. » Gesnerus.

6. *Vocarent.* Turic. Ambros. 1, Flor., *vocaret*, cum Alm. Voss. 1, 3. Præterea Turic. Camp., *dissimilitudinem.*

7. *Vires videntur;* sic Turicens. Flor. Camp. Reliqui *vid. vir.*

8. *Erimus græca;* sic Turicens.

εἰρωνεία, quæ est *schema*, ab illa, quæ est tropus, genere ipso nihil admodum distat: in utroque[1] enim *contrarium ei, quod dicitur,* intelligendum est: species vero prudentius intuenti diversas esse facile est deprehendere. Primum, quod tropus apertior est; et, quamquam 45
aliud dicit ac sentit, non aliud tamen[2] simulat: nam et omnia[3] circa fere recta sunt, ut illud in Catilinam; *A quo repudiatus, ad sodalem tuum, virum optimum M. Marcellum*[4] *demigrasti:* in duobus[5] demum verbis est ironia, ergo etiam brevior est tropus. At in figura 46
totius voluntatis fictio est, apparens magis, quam confessa: ut illic verba sint verbis diversa, hic sensus sermonis[6] voci[7], et tota interim causæ conformatio, quum

Flor. (hic a pr. manu inserit *erga*) Guelf. Camp. Reliqui *g. e.*

1. *In utroque.* Scita est Badii observatio, aptius fore *in utraque*, quod referatur ad εἰρωνία.

2. *Aliud tamen;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Reliqui *t. a.*

3. *Omnia... recta sunt.* Id est, omnia quæ circumstant *ironiam* quatenus est *tropus*, antecedentia videlicet et consequentia, etc., sunt fere simplicia et figuræ omnis expertia. Capper.

4. *M. Marcellum.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *Metellum,* cum Goth. Bodl. Alm. Joann. Voss. 1, 2, et edd. ante Basil. in qua primus ex Cicerone Philander reposuit nostrum. Sed nec apud ipsum Cicer. satis notus ille M. Marcellus. Prænomen autem in meorum librorum nullo est. Mirum mox apud eumdem Cic. eodem capite esse honestissimum virum *M. Marcellum;* sed idem scrupulus remanet, quoniam et *Q. Metellus* prius jam hoc cap. objicitur. Muretus quidem Marcellum hunc nostrum agnoscit patrem ejus, cujus est mentio in Cic. or. pro Sex. c. 4. — Omnes nostri *Metellum* sine prænomine. Ed.

5. *In duobus.* Ergo in *viro* quoque ironiam agnoscit.

6. *Sensus sermonis;* sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. cum edd. ante Gryph. *S. sermoni*, Turic. (a sec. manu) Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, quod ex Alm. quoque affertur (vide §. 44; item mox). A Stoerio inde transponunt, sed redit Obr. Mox, id quod jam Regius volebat, *sermoni*, dativum. — Nostri *sermonis*, exc. R. 9, qui *sermoni*. Ed.

7. *Voci;* sic Stoer. Chouet. Leid. Gibs. quo auctore, non novi. Turic. Flor., *loci*, cum Goth. Voss. 2, Colb. Vall. Gesner. Bip. *Et loci*, Camp. *Et joci*, Guelf. cum Voss. 3, et edd. ante Gryph. acc. Obr. *Ut joci*, Gryph. Roll., optante Regio. *Joci*, Burm. Capp. Nostra, quæ viri docti alicujus conjectura videtur,

etiam vita universa ironiam habere videatur[1]; qualis est visa[2] Socratis: nam ideo dictus εἴρων[3], agens imperitum, et admirator aliorum tamquam sapientium: ut, quemadmodum ἀλληγορίαν facit continua μεταφορὰ, sic hoc
47 schema[4] faciat troporum[5] ille contextus[6]. Quædam vero genera hujus figuræ nullam cum tropis habent societatem: ut illa statim prima, quæ dicitur a negando, quam nonnulli ἀντίφρασιν[7] vocant; *Non agam*[8] *tecum*

maxime succurrit sententiæ, etsi languet quod subjicitur *et tota.... conformatio*: neque enim placet *tota causæ conformatio*, quæ sit *diversa voci*. Et sane *sermo* opponitur *sensui* etiam IX, 1, 11. Alm. narratur dare *ut joci* (vide modo; item 83). — Eadem nostri, nisi quod τὸ *voci* nullibi reperitur. Delendas censet has voces *ut joci* Rollinus; cui non accedit Capper. Ed. — *Conformatio;* sic Turicensis, Florent. (hic a pr. manu) Camp. cum Alm. et edd. ante Basil. acc. Burm. et seqq. Reliqui *confirmatio*, de Goth. tac. Gesn. — Plerique nostri *confirmatio*. Ed. — *Quum;* sic Turic. Flor. Guelferb. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Voss. 2. Reliqui *tum*.

1. *Videatur;* sic Turicens. Flor. Guelf, cum Alm. Voss. 1, 3, Goth. et edd. ante Basil. acc. Obr. Reliqui *videtur*. — Nostri omnes *videatur*. Ed.

2. *Visa;* sic Turic. Flor. Guelf. cum Leid. Obr. Burm. et seqq. Reliqui, quorum et Camp., *vita*, de Goth. Jens. tac. Gesn.

3. Εἴρων, *agens;* sic Turic. Flor. Ambr. 1, 2, Guelf. cum Alm. Reliqui inserunt *id est*. — Plerique nostri *id est*. Ed. — Εἴρων, *agens*. Non quidem latina voce reddere εἴρωνα voluit Quint. hæc subjiciens, sed designare, quid maxime faciendo nomen hoc meruerit Socrates. Indicat loca in hanc rem Ciceronis Philander de Orat. II, 67; Academ. II, 5, ubi Davisius non immemor Nostri. Satis apparet copulam *et* ante *adm.* non esse tertio loco positam, sed secundo; malis tamen fortasse *admiratorem*.

4. *Hoc schema.* Videlicet *ironiam*, quatenus est figura sententiæ. Capp.

5. *Troporum.* Turic. Flor. Ambr. 1, 2, Guelf., *tropos*, cum Joann. Alm. Voss. 1, 3, et edd. ante Basil. *Tropus*, Camp. cum Bern. Goth. Voss. 2, Turic. Vall. utroque a sec. manu. Nostrum reposuit Regius.

6. *Contextus.* Turic., *extectus*. Non alienum quod Goth. cum Voss. 2, pro *ut* ante *quemad.* dat *et*, pro *faciat* autem *faciet* prior. Pro hoc *facit* Camp. et Alm.

7. Ἀντίφρασιν *vocant;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Colb. Voss. 1, 3. Reliqui *v.* ἀπόφασιν. — Ἀντίφρασιν. « Est figura sententiæ, quum quædam negamus nos « dicere, et tamen dicimus. » Julius Rufinianus, pag. 274, ed. Rutilii Ruhnk. Vide Nostr. VIII, 6, 57.

8. *Non agam tecum.* « Verr. V, « 2, ubi ita editur: *Non agam summo jure tecum; non dicam id, « quod debeam forsitan obtinere.*

jure summo; non dicam quod forsitan obtinerem: et, *Quid ego istius decreta, quid rapinas, quid hereditatum possessiones datas, quid ereptas proferam?* et, *Mitto illam*[1] *primam libidinis injuriam:* et, *Ne illa quidem testimonia recito, quæ dicta sunt de sestertiorum*[2] *septingentis*[3] *millibus:* et, *Possum dicere.* Quibus generibus per totas interim quæstiones decurrimus, ut Cicero, *Hoc ego*[4] *si sic agerem, tamquam mihi crimen esset diluendum, hæc pluribus*[5] *dicerem.* εἰρωνεία est et, quum similes imperantibus, vel permittentibus sumus, 48

I, sequere[6] Italiam ventis.....

Et, quum ea[7], quæ nolumus videri in adversariis esse, concedimus eis: id acrius fit, quum [8] eadem in nobis sunt, et in adversariis [9] non sunt: 49

.....Meque timoris

« Nimirum ex memoria laudavit Fa- « bius. *Quid ego istius*, Phil. II, 25. » Gesnerus.

1. *Mitto illam*, item *Ne illa quidem*, unde sint, ignoro, nec mox *Possum dicere.*

2. *Sestertiorum.* Turicens. Guelf. Camp., *sestertiis*, cum omnibus ante Gesn. præter Goth. Voss. 2. E Turic. post *mil.* loco τοῦ *et* refertur ꝫ compendium, quod fortasse ignarus librarius huc traduxerat a *sestert.* Vide VII, 6, 11. — *De sestertiorum;* sic RR. 8, 9. *De sestertium;* sic Vall. lib. a sec. manu. Reliqui *de sestertiis.* Ed.

3. *Septingentis.* Guelferb. Goth. (tac. Gesn.) *sexcentis*, cum multis libris, sed meliores mei nostrum, nisi quod Flor. a prima manu *septingentes*, superposito *i*, unde tamen nemo fecerit *septingenties*, defensurus veterem scripturam *sestertiis*, pro quo scribat *HS.* Sit enim tum delendum *millibus.* — Nostri *sexcentis*, exc. RR. 7, 12, qui *septingentis.* Ed.

4. *Hoc ego si sic agerem.* Est pro Cluentio 60, 267, ed. Beck.

5. *Pluribus.* Cicero addit *verbis.*

6. *I, sequere.* Æn. IV, 381. *Meque timoris*, Æn. XI, 384. *Me duce*, X, 92. *Scilicet is superis*, Æn. IV, 379.

7. *Et, quum ea... eis.* Turic. Flor., *ea q. n. esse in a. se* (a sec. manu uterque *sed*) *c. e.*, cum Alm. Secundam horum man. retinet Camp., sed *vol.* Hoc ipsum multi, sed cum reliqua nostra scriptura, ut Guelf. Goth. (tac. Gesn.) qui et *in*, quod reposui post Bip. et habent edd. ante Burm. In illa vetere *ea* facile mutes in *et.*

8. *Quum eadem.* Turicens. Flor. (hic a pr. manu) Camp., *quæ e.*

9. *In adversariis;* sic Turicens. Flor. Camp. Reliqui *i. adversario.*

Argue tu, Drance, quando tot cædis acervos
Teucrorum tua dextra dedit.

Quod idem contra valet, quum aut ea, quæ a nobis absunt, aut etiam, quæ in adversarios[1] recidunt, quasi fatemur[2]:

Me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter.

50 Nec in personis tantum, sed et[3] in rebus versatur hæc contraria dicendi, quam quæ intelligi velis, ratio, ut totum pro Quincto Ligario prœmium, et illæ elevationes, *Videlicet*, *O dii boni!*

Scilicet is superis labor est.

51 Et ille pro Oppio[4] locus, *O amorem mirum! o benevolentiam singularem!* Non procul absunt[5] ab hac simulatione res[6] inter se similes, *Confessio nihil nocitura*, qualis est, *Habes igitur*[7], *Tubero, quod est accusatori maxime optandum, confitentem reum*: et[8] *Concessio*,

1. *In adversarios.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) *adversariis*, cum Alm. Sed Goth. (tac. Gesn.) Camp., *in adversariis*, cum Voss. 2.

2. *Fatemur;* sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. cum Codd. et edd. ante Stoer. quo acc. Obr. Roll. Capp. Reliqui *fateamur*. — Nostri omnes, *fatemur*. Ed.

3. *Sed et.* Turic. cum Alm. omittit *sed;* Camp. *et.*

4. *Pro Oppio.* Turic., *proprio.* Camp., *proprie.* Flor. (a pr. manu) *propio*, sine puncto super *i*, sed cum littera *l* superposita. Ex Alm., *pro pò*. — *Pro Oppio.* Vide V, 13, 30.

5. *Procul absunt;* sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Reliqui inserunt *autem*.

6. *Res;* sic Turic. Flor. Ambr. 1, 2, Camp. cum Voss. 1, probante, non recipiente Gesn. Reliqui *tres*. — Nostri *res*, exc. Vall. lib. a sec. manu, RR. 9, 12, qui *tres*. Ed.

7. *Habes igitur.* « Pro Ligar. 1, « *Metum virgarum*, Verr. V, 44. » [Vide VIII, 4, 19.] « *Pro Cluent.*, « c. 2. In eadem oratione in pr., « c. 23, convenit inter partes, *ju-* « *dicium*, quo damnatus est Oppia- « nicus, *fuisse corruptum*, a quo « corruptum fuerit, quæritur. Illud « de *Apollonio Drepanitano* est in « Verr. IV, 17; *pro Roscio* immani- « tas parricidii exaggeratur, c. 22 « seq. » Gesnerus.

8. *Et Concessio.* Guelferb. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *e. confessio*, cum edd. ante Ald. Correxit Regius, sed habent boni mei.

quum aliquid etiam iniquum videmur causæ fiducia pati, *Metum*[1] *virgarum navarchus nobilissimæ*[2] *civitatis pretio*[3] *redemit; humanum*[4]: et pro Cluentio de invidia[5], *Dominetur in concionibus, jaceat in judiciis:* tertia *Consensio*[6], ut pro eodem, *judicium esse corruptum.* Hæc evidentior[7] figura est, quum alicui[8] rei assentimur, quæ est futura pro nobis; verum id accidere sine adversarii vitio non potest: quædam etiam velut[9] laudamus, ut Cicero in Verrem circa crimen Apollonii Drepanitani[10], *Gaudeo*[11] *etiam, si quid ab eo abstulisti: et abs te nihil rectius factum esse dico.* Interim[12] augemus 53 crimina, quæ ex facili aut diluere possimus[13], aut negare, quod est frequentius, quam ut exemplum desideret: interim hoc ipso fidem detrahimus illis, quod sint tam gravia: ut pro Roscio Cicero, quum immani- 52

1. *Metum.* Ambr. 1, *metu*, cum Jens. et edd. posterr. ante Bad. — Nostri omnes *metum.* Ed.

2. *Nobilissimæ.* Turic. Flor. (a sec. manu uterque) Camp., *nobilissimos.* Guelf., *nobilis nob.*, cum Goth. Voss. 2, Bern. Jens. et Tarv. — Nostri omnes *nobilis nobilissimæ*, exc. R. 12 a sec. manu, qui *nobilissimæ.* Ed.

3. *Pretio.* Turic. Flor. (a secunda manu) *precios.* Ambr. 1, *p. se*, cum Jens. et edd. ante Gryph.

4. *Humanum: et;* sic Turic. Flor. Camp. cum Cic. Reliqui inserunt *est.*

5. *De invidia.* Turic. (a sec. manu) Camp., *ne i.* Juvat enim argutantis librarii specimen dare.

6. *Consensio.* Goth. (tac. Gesn.) *confessio*, cum Voss. 2, par nobile, sed et aliquot excusi, ut Camp. Andr. Tarv. — Eadem nostri. Ed.

7. *Hæc evidentior.* An forte *Hac evidentior?*

8. *Alicui.* Voss. 3, *alienæ.* Vide IV, 3, 13, quamquam hic quidem non est illa ratio tenenda. — Nostri *alicui.* Ed.

9. *Velut.* R. 7, Jens. Locat., *vel.* Reliqui *velut.* Ed.

10. *Apollonii Drepanitani;* sic appellabatur a Drepano, oppido Siciliæ, qui locus nomen habet a falce (græce δρέπανον) Saturni, quæ in ea loca decidit. Turn.

11. *Gaudeo... abs te.* Hæc omittuntur a Turic. Camp. Alm. et Flor. (pr. quidem manu). Sed hic omissa alieno loco inculcantur §. 54, inter *Clodius... a se*, in utroque Cod.

12. *Augemus.* Guelferb. Ambr. 2, *gaudemus.* — Plerique nostri *augemus.* Prat., *quasi gaudemus ad crimina;* sic (omisso τῷ *quasi*) Put., sic quoque (omisso τῷ *ad*) Avic. Poul. RR. 3, 5, 10. Ed.

13. *Possimus;* sic Turic. Flor. Reliqui *possumus.*

tatem parricidii[1], quamquam per se manifestam, tamen
54 etiam vi orationis exaggerat. Ἀποσιώπησις, quam idem Cicero *reticentiam*[2], Celsus *obticentiam*, nonnulli *interruptionem* appellant, et ipsa ostendit aliquid affectus, vel iræ, ut,

Quos ego[3].... sed motos præstat componere fluctus:

vel sollicitudinis, et quasi religionis, *An hujus ille legis, quam Clodius a se inventam gloriatur, mentionem facere ausus essèt vivo Milone, non dicam*[4] *consule? de nostrum enim*[5] *omnium... non audeo totum dicere:* cui simile est
55 in proœmio pro Ctesiphonte[6] Demosthenis: vel alio transeundi gratia, *Cominius*[7] *autem... tametsi*[8] *ignoscite mihi, judices:* in quo est et illa, si tamen inter schemata

1. *Immanitatem parricidii.* Vide lib. IV, cap. 3, §. 6.

2. *Reticentiam.* Turic. Flor., *retinentiam*, cum Alm. — Vide lib. IX, cap. 1, §. 31.

3. *Quos ego.* Æn. I, 135: « Ista « *An hujus ille legis* videntur petita « ex illa Tullii pro Milone oratione, « quam in ipso judicio habuit: « quam lectam Fabio aliunde con« stat. » Gesnerus. Vide III, 6, 93.

4. *Non dicam;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Voss. 1, et edd. ante Basil. Reliqui *ne d.* — Sic quoque Vall. lib. RR. 8, 9, 12. Ed.

5. *Enim.* Turic. Flor. omittunt. In Voss. 3, *non... omnium* desiderantur.

6. *Pro Ctesiphonte Demosthenis.* Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν... οὐ βούλομαι δὲ δυσχερὲς εἰπεῖν οὐδέν, p. Rsk. 226. Vide Aquilam Romanum, p. Ruhnk. 147; item Nostr. IX, 3, 60.

7. *Cominius;* sic Turic. Ambr. 2. *Communius*, Voss. 2 (nihil tale in Goth.). *Commune*, Camp. Reliqui *communis.* — Sic quoque omnes nostri. Ed. — *Cominius.* Nomen hoc quod comparet, docet locum esse ex Cornelianis Ciceronis. Fratres enim Cominii P. et C. crimen majestatis intenderant Cornelio, quem defendit Cicero. Vide IV, 3, 13, unde intelliges, *digressionem* esse illam a Cicerone in Cornelianis factam. Vide et XI, 3, 164. Fragmentum hoc alibi, quod norim, non legitur, et est addendum collectis adhuc. Tetigit Cornelianas ipse Cicero in Hortensio sive de philosophia. Vide Frag. Cic. apud Ern., p. 1095. In Pseudo-Turnebi nota aliquid turbatum fuerit necesse est, qui orationem Ciceronis pro Cornelio Balbo huc vocat, sed ejus tangendæ nulla nunc ratio. Male hoc exceperat fortasse aliquis auditorum ex ipsius Turnebi ore. Vide lib. VII, cap. 2, §. 51.

8. *Tametsi.* Jens. Locat. Rusc., *temesi*, quod corrigit Regius. — Nostri omnes *tametsi.* Ed.

numerari debet, quum aliis etiam pars causæ videatur, *digressio*: abit enim causa in [1] laudes Cn. [2] Pompeii: idque [3] fieri etiam sine ἀποσιωπήσει potuit. Nam brevior 56
illa, ut ait Cicero [4], a re digressio plurimis fit modis: sed hæc exempli gratia sufficient [5]: *Tum C.* [6] *Varenus, is qui a familia Anchariana occisus est: hoc, quæso, judices, diligenter attendite:* et pro Milone, *Et aspexit me illis* [7] *quidem oculis, quibus tum solebat, quum omnibus omnia minabatur.* Est alia non quidem reticentia, 57
quæ sit imperfecti sermonis, sed tamen præcisa [8], velut ante legitimum finem, oratio: ut illud, *Nimis* [9] *urgeo, commoveri videtur adolescens:* et, *Quid plura? ipsum adolescentem dicere audistis.* Imitatio morum alieno- 58
rum, quæ ἠθοποιία [10], vel, ut alii [11] malunt, μίμησις dicitur, jam inter leniores [12] affectus numerari potest: est enim posita fere in eludendo [13]: sed versatur et in *factis* et in

1. *Causa in.* Turic., *angusta i.* Flor. Ambr. 1, *augusta i.*, cum Alm. Quid sit, non exputo.

2. *Cn.* Turicens., *gneï.* Camp., *Gn.*

3. *Idque;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, et edd. ante Gryph. Reliqui *id quod.* — Nostri *idque.* Ed.

4. *Ut ait Cicero.* Vide lib. IX, cap. 1, §. 28.

5. *Sufficient.* Camp. Andr., *sufficiant.* Ed.

6. *C. Varenus;* sic Turic. Flor. Omittit prænomen Camp. Reliqui *Cajus V.* — *Tum C. Varenus.* Vide IV, 1, 74; *pro Milone*, c. 12.

7. *Me illis.* Turic. Flor. inserunt *tum*, cum Alm. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. *Cum*, Camp. cum Goth. Turic. (a sec. manu). Regius expunxit, sed Codd. auctoribus.

8. *Præcisa... oratio.* Ablegat Capper. ad Herennianum, qui *præcisionem* vocet IV, 30.

9. *Nimis urgeo.* Unde sit, nescio. Videtur declamationis cujusdam locus, cujus et illud, quod mox infertur.

10. Ἠθοποιία. Vide lib. III, cap. 8, §. 51.

11. *Ut alii.* Vall. lib. RR. 8, 12, *ut aliqui.* Ed.

12. *Leniores.* Turicensis, Florentinus, Guelferbytanus, Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *leviores*, cum Bern. et editt. ante Burmannum, excepto Obr. Videtur jam Turnebus correxisse (vide lib. VI, cap. 2, §. 10). — Solus R. 5, *leniores.* Cæteri *leviores.* Ed.

13. *Eludendo.* Turic. Flor. Camp., *ludendo*, cum Alm. — Nostri *eludendo.* Ed.

dictis: in factis, quod est ὑποτυπώσει [1] vicinum: in dictis, quale est apud Terentium [2],

> At ego[3] nesciebam, quorsum tu ires. Parvula
> Hinc est abrepta, eduxit mater pro sua,
> Soror dicta est: cupio abducere, ut reddam suis.

59 Sed nostrorum quoque dictorum factorumque similis imitatio est per *relationem*[4], nisi quod frequentius asseverat, quam eludit: *Dicebam habere eos actorem Q. Cæcilium:* sunt et illa jucunda, et ad commendationem, quum varietate[5], tum etiam ipsa natura, plurimum prosunt[6], quæ simplicem quamdam, et non præparatam ostendendo[7] orationem, minus nos suspectos judici
60 faciunt. Hinc est quasi *pœnitentia*[8] *dicti:* ut pro Cœlio, *Sed quid ego ita gravem personam introduxi*[9]*?* et quibus utimur vulgo, *Imprudens incidi:* vel quum quærere nos, quid dicamus, fingimus, *Quid reliquum est?* et, *Num quid omisi?* et quum ibidem invenire[10], ut ait

1. Ὑποτυπώσει. Vide §. 40.

2. *Apud Terentium.* Eun. I, 2, 75, ubi consule Bentleium, Quintiliani non immemorem: nam et hic in bonis quibusdam libris *haut*, vel *aut* pro *at;* male tamen. Numeros expedies apud eumdem Bentl. Omnes enim hic *nesciebam. Dicebam hab.* Divin. in Cæcil., c. 2; *pro Cœlio*, c. 15. *Imprudens incidi*, Verr. IV, 20. Sed postremi nunc sane non meminit Quintil.; quasi vero IX, 3, 19, ad *infirmiorem* memor fuisset versus Horatiani Sat. I, 9, 71, « sum paulo *infirmior.* »

3. *At ego.* RR. 3, 5, *aut ego.* R. 10, *haud ego.* Ed. — Verba sunt Phædriæ repetentis ea, quæ dicta sunt a Thaide: atque ita verba ejus imitatur. Turn.

4. *Per relationem.* Id est, narrando quæ diximus et fecimus. Ed.

5. *Quum varietate.* Guelf., *tum v.*, cum Voss. 2 (an 3, vel 1?). Vide lib. VI, cap. 1, §. 47.

6. *Prosunt.* Turic. Flor. (hic quidem a pr. manu) *possunt*, cum Alm.

7. *Ostendendo.* Prat., *ostendunt orat., et minus.* Put. *et* omisit. Ed.

8. *Quasi pœnitentia.* An excidit ante *quasi* græcum *μετάνοια?* Vide Rutil. Lup., p. Ruhnk. 55.

9. *Introduxi;* sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tacente Gesn.) cum edd. ante Burm. exc. Steph. Reliqui cum Cicerone *induxi.* — Nostri *introduxi.* Ed.

10. *Invenire, ut ait;* sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. cum Bern. Sed Voss. 1, 3, omittit *ait.* Goth. Jens.

Cicero, *Unum etiam mihi reliquum hujusmodi crimen est:* et, *Aliud ex alio succurrit mihi.* Unde etiam venusti 61
transitus fiunt; non, quia transitus ipse sit schema: ut Cicero, narrato Pisonis exemplo, qui annulum sibi cudi ab aurifice [1] in tribunali suo jusserat, velut hoc in memoriam inductus [2] adjecit, *Hic modo me* [3] *commonuit Pisonis annulus, quod totum* [4] *effluxerat. Quam multis istum putatis hominibus honestis de digitis annulos aureos abstulisse?* et quum aliqua velut ignoramus, *Sed earum rerum artificem, quem* [5]*? quemnam? recte admones, Polycletum esse dicebant.* Quod [6] quidem non in hoc tantum valet: quibusdam enim, dum 62
aliud [7] agere videmur, aliud efficimus: sicut hic Cicero

(tac. Gesn.) *in Verrem ut ait*, cum edd. ante Ald. Regio expungente *ut*, quem reliqui sequuntur omnes. Jam verba mox prolata ubi legantur in Verrinis, quum nemo demonstraverit (nec ego inveni adhuc), tamen pedibus iverunt in illam Gothanam rationem. *Ibidem* illud maxime fraudi iis fuisse dixerim, quod referrent ad ea *Imprudens incidi*, quorum sedem invenisse sibi videbantur Verr. IV, 20. Ego interpretor: « in ipso, ubi versemur, loco, » « ex ea ipsa, quam « nunc tractemus, disputatione, vel « narratione. » Neque tamen repugno, quo minus loca apposita sint ipsarum Verrinarum, et sic aptissimum fuerit jungere utramque scripturam: *invenire ut in Verrem ait Cicero.* Vide similem medelam V, 10, 64. — *Et quum ibidem invenire*, subaudi: « nos fingimus. » Respicit enim *invenire* ad prius *quærere*. Cæterum vide not. initium.

1. *Aurifice.* Poul. RR. 5, 10, *artifice.* Ed.

2. *Inductus*; sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Bodl. Joann. Voss. 1, 3, Andr. Obr. Reliqui *adductus.* — Nostri *inductus.* Ed.

3. *Hic modo me.* Verr. IV, 26. *Sed earum.* Verr. IV, 3. Vide IV, 5, 4. Laudat et Plin. Epist. I, 20, 10, citante Gesn. Item consule F. A. Wolfium ad Leptineam, p. 301, 2.

4. *Totum.* Vall. lib. RR. 8, 9, *qui totus effluxerat.* Male. Poul. omittit. Ed.

5. *Quem? quemnam?* Goth. (tac. Gesn.) Camp. prius omittunt cum Voss. 2, Colb. *Quenquam*, Guelf. *Quam quamnam*, Turic. (a sec. manu). — Eadem nostri. Ed.

6. *Quidem non in hoc.* Turicens. Flor., *quid. hoc*, cum Alm. Voss. 1, 3. Sed Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *q. non hoc*, cum Voss. 2, Vall. et edd. ante Ald. Correxit Regius. — Nostri *non hoc*, except. Put. a sec. manu, qui *in* inserit, et R. 12, qui *non hic.* Ed.

7. *Aliud... aliud.* Vide lib. VI, Procem. 16.

consequitur, ne, quum morbum[1] in signis atque tabulis objiciat Verri, ipse quoque earum rerum studiosus esse credatur: et Demosthenes jurando[2] per interfectos in Marathone et Salamine id agit, ut minore invidia
63 cladis apud Chæroneam acceptæ laboret. Faciunt illa quoque jucundam orationem, aliqua mentione[3] habita *differre* et deponere apud memoriam judicis, et *repos-cere* quæ deposueris, et *separare*[4] quædam schemate aliquo (non enim est ipsa[5] per se iteratio schema), et *excipere* aliqua, et dare[6] actioni varios velut[7] vultus: gaudet enim[8] res varietate: et sicut oculi diversarum

1. *Morbum*. Cicero (Verr. IV, 1), ut significaret maximam cupiditatem Verris, non vocavit studium, non cupiditatem, sed *morbum*, ad amplificationem. Turn.

2. *Demosthenes jurando*. Vide p. Reiskii 297, vol. I. Vide Nostr. hic §. 98; XI, 3, 168; XII, 10, 24; it. quos designat Reiskius ad locum.

3. *Aliqua mentione... et deponere*. Turic. Flor., *aliquam mentionem aliqua differens d.* (nisi quod e Flor. omissio τοῦ *et* non memoratur) Camp. nihil nisi *differens* pro *differre*. Ex Alm., *aliqua differens d.* An malis: *aliqua, mentione habita, differentem dep.*

4. *Separare*. Turic. Flor., *spera;* a sec. manu *sperare*, et sic Guelf. cum Bodl. Voss. 1, Andr. — Sic quoque Avic. Put. Poul. RR. 3, 5, 7, 10. Reliqui *separare*. Ed. — *Separare*. Non satis congruit loco verbum. Apparet enim eo, quod continuo infertur, designari *iterationem*, quæ etsi fit, mentionem rei ejusdem diversis locis faciendo, easque ita *separando*, tamen nonnisi contorte potest eo vocabulo appellari. Si pro nostro scripseris *bis ponere*, succurras sane sententiæ, neque tamen orationi sanitatem, aut nitorem Quintilianeum reddas.

5. *Ipsa*. Turic. Flor. Camp., *ista*. Gothan., *ista ipsa*, cum Voss. 2, et edd. ante Stoer. exc. Bas. Mox *separatio* pro *iteratio* post Ald. Capper. — Nostri omnes *iteratio*. Alii dant *ista*, alii *ipsa;* maxima pars *ista ipsa*. Ed.

6. *Dare*. Turic. Flor., *erare*. Ille a sec. manu *creare* (et hoc e Palat. suo hic reponere volebat Gebh. Crep. 3, 11), hic nostrum.

7. *Varios... vultus*. Vide lib. II, cap. 13, §§. 8, 9.

8. *Gaudet*. Guelf., *gaudent*, cum edd. ante Gesner. exc. Camp. Sed Turic. Florent. Ambr. 1, cum aliis jam cognitis nostrum. — RR. 3, 5, 10, *gaudent*. Ed. — *Gaudet... res*. Eodem fere modo *res* hic dicitur, ut VI, 4, 11. — Petron. Fragm. « Non uno contenta valet natura « tenore, Sed permutatas gaudet « habere vices. » Et Fab. I, 12: « Quum præsertim reficiat animos, « ac reparet varietas ipsa. » Ed.

aspectu rerum magis detinentur; ita semper [1] animis præstat [2], in quod se velut novum intendant. Est *emphasis* etiam inter figuras, quum ex aliquo dicto latens [3] aliquid eruitur [4], ut apud Virgilium [5], 64

Non licuit thalami expertem sine crimine vitam
Degere more feræ?...

Quamquam enim de matrimonio queritur Dido, tamen huc erumpit [6] ejus affectus, ut sine thalamis vitam non hominum putet, sed ferarum: aliud apud Ovidium genus, apud quem Zmyrna [7] nutrici amorem patris [8] sic confitetur,

1. *Animis;* sic omnes nostri. Sed Voss. 2, Locat. Ald. habent *animus*. Vidov., *animi*. Vid. not. seq. Ed.

2. *Præstat;* sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. cum non paucis; multi tamen et scripti, sed sequiores, et excusi *præstant*. — Nostri *præstat*. Ed. — *Præstat*. Si subjectum requiris, est sane *res*, id est, eloquentia, quæ animo semper novi quid *præstat*. Sed habet aliquam scabritiem hæc « rei *gaudentis* varietate » mentio conjuncta cum ejusdem « varie- « tatem *præstantis*. » Quam ego vitare laborans, cogitabam de ejusmodi interpretatione, ubi « *id, in quod se velut novum intendant ani-* « *mi* » faceret subjectum, *præstat* autem acciperetur pro: optimum est, maxime placet. Huic structuræ, in qua *animis* esset dativus aliquis commodi, fidem facere videbatur locus Ciceronis de Nat. Deor. III, 31: « tacere præstaret *philosophis*, « quam nocere, » de quo consule Davisium. Nunc redeo ad eam rationem, quam necessario lectori apparituram nosse debebat Quint. ut, si eam dare nollet, alium plane loquendi modum prælaturus fuisset, qui non deerat profecto. Diligentia quidem comparationis defecit eum in hoc loco.

3. *Latens*. Turic. Flor, *exlatens*. Ille a sec. manu *ex latere*.

4. *Eruitur*. Turic., *crebitur;* a sec. manu *creatur*. Guelf., *emittitur*. Vide VI, 2, 25.

5. *Apud Virgilium*. Æneid. IV, 550; Ovid. Metam. X, 422. De *emphasi* vide VIII, 2, 11.

6. *Erumpit;* sic Ambr. 1. Reliqui *erupit*. Vide III, 3, 8.

7. *Zmyrna;* sic Bern. *Zinirina*, Turic. *Zmirna*, Flor. *Zmyrnam*, Ambr. 2. Reliqui *Myrrha*, vel *Myrra*, *mirra*. Præter Turic. et Camp. omnes *et* inserunt ante *Zmyrn*. præpostere. De nomine vide Burmann. Sec. ad Propert. II, 13, 43; item Nostr. X, 4, 4. Voss. 1, 3, *et mixta muta*.—Zmyrna, ut fabulantur poetæ, patrem Cypriorum regem amavit, et cum eo rem habuit, ac demum est mutata in arbusculam. Turn.

8. *Patris*. Turic. Florent., *matris*. Vide §. 70.

..... O, dixit, felicem conjuge matrem!

65 Huic vel confinis, vel eadem est, qua nunc utimur plurimum: jam enim ad id genus, quod et frequentissimum est, et exspectari maxime credo, veniendum est: in quo per quamdam suspicionem, quod non dicimus, accipi volumus: non utique contrarium, ut in εἰρωνείᾳ, sed aliud latens, et auditori quasi inveniendum: quod, ut supra ostendi[1], jam fere solum *schema* a nostris vocatur, et unde
66 controversiæ *figuratæ* dicuntur. Ejus triplex usus est; unus, si dicere palam parum tutum est[2]; alter, si non decet; tertius, qui venustatis modo gratia adhibetur, et ipsa novitate ac varietate magis, quam si relatio[3] sit recta, delectat: ex his, quod est primum, frequens in scholis
67 est: nam et pactiones[4] deponentium imperium tyrannorum, et post civile bellum senatus consulta finguntur, et capitale est objicere anteacta[5]: ut, quod in foro non expedit, illic nec liceat: sed schematum conditio non eadem est; quamlibet enim apertum, quod modo

1. *Ut supra ostendi.* IX, 1, 14. De hoc genere fuse agit Dionysius Halicarnassensis in Arte Capitt. 8, 9, p. Rsk. 280-373. Vide et Suetonii Vespas. 13.

2. *Parum tutum est.* « Hæc Rufi- « nianus descripsit e Quint. » Ruhnkenius ad Julium Rufin., p. 265.

3. *Relatio.* Flor. (a pr. manu) Guelf. Ambr. 2, Camp., *elatio*, cum Bern. Non displicet, etsi exemplum non suppetit nominis verbalis eo significatu positi, quo sæpe verbum *efferre*, id est, *eloqui*, apud ipsum Quint. — Avic. Poul. Vall. lib. RR. 3, 5, 10, *elatio*. Cæteri *relatio*. Capper. legendum esse *oratio* suspicatur, quia hic §. 79 in eamdem sententiam sic Fabius: *si persona obstaret rectæ orationi*... etc., ubi *recta oratio* figuratæ controversiæ opponitur. Ed.

4. *Pactiones;* sic et Turic. Flor. Ambr. 2, Guelf. Goth. Camp. *Factiones*, Ambr. 1. Multi alii *actiones*. — Nostri omnes *pactiones*. Ed. — *Pactiones... tyrannorum.* « Legem « illam ἀμνηστίας, seu oblivionis in- « telligi bene observarunt viri eru- « diti. Vide infra sec. 97, quos lau- « dat Bosius ad Nep., lib. VIII, « cap. 3, §. 2; et ex declamatori- « bus Fabium, 267; item Senecam « exc. Contr. V, 8. *Objicere anteacta* « Græcis esse μνησικακεῖν Bosius l. « c. ostendit. » Gesnerus.

5. *Anteacta.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) *antea ista.*

et aliter intelligi possit, in illos tyrannos bene dixeris, quia periculum tantum, non etiam offensa vitatur. Quod si ambiguitate sententiæ possit eludi, nemo non 68
illi furto [1] favet: vera negotia nunquam adhuc [2] habuerunt hanc silentii necessitatem; sed aliam huic similem, verum multo ad agendum difficiliorem, quum personæ potentes obstant, sine quarum reprehensione teneri causa non possit. Ideoque parcius [3] et circum- 69
spectius faciendum est [4], quia nihil interest, quomodo offendas: et aperta [5] figura perdit hoc ipsum [6], quod figura est; ideoque [7] a quibusdam tota res repudiatur, sive intelligatur [8], sive non intelligatur [9]: sed licet modum adhibere: inprimis, ne sint manifestæ: non erunt autem, si non ex verbis dubiis et quasi duplicibus petentur [10]: ut in suspecta nuru [11], *Duxi uxorem*, *quæ patri*

1. *Furto.* Plane ut Græcorum κλέμμα. Vide IV, 1, 78.

2. *Nunquam adhuc habuerunt.* Camp. omittit *adhuc.* Voss. 3, mox om. *hanc.* Voss. 1, pro *habuerunt* dat *habueris.* Obr., *n. adducunt:* et hoc, quod ex ingenio repositum videtur, mirifice placet.

3. *Ideoque parcius;* sic Turicens. Flor. cum Almel. Reliqui inserunt *hoc.*

4. *Faciendum est;* sic Turicens. Flor. Guelf. cum Goth. Jenson. et editt. ante Gryph. exc. Camp. Bad. Reliqui omittunt *est.*

5. *Aperta.* Puteanus, Prat. R. 10, *aspera.* Ed.

6. *Perdit hoc ipsum... est.* Id est, perdit figuræ naturam. Vide lib. III, cap. 5, §. 12.

7. *Ideoque a.* Turic. Camp., *ideo a.* —Nostri *ideoque.* Ed.—*Ideoque.* Vide mihi in isto *ideoque* iterantem vocabula Quintil. Vide §. 31.

8. *Sive intelligatur.* Vide lib. V, cap. 10, §. 70.

9. *Non intelligatur: sed;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Bodl. Alm. Voss. 2, 3, Bern. Reliqui omittunt *intelligatur.* Gesnerus nostrum probat, disputans de *non* in fine sententiæ posito, et ad Fabrum suum ablegans, cujus dicta repetiit in thesauro. — Nostri *sive non intelligatur.* Hæc omittit solus R. 12. Ed.

10. *Petentur: ut in;* sic Turic. (a sec. manu) Camp. Ille tamen a pr. manu cum Flor. et Alm. omittit *ut.* A sec. Flor., *p. quale est in,* cum Goth. (err. Gesn.) Reliqui *qualis est* pro *ut.* — R. 7, et apud Burmann. Voss. 1, 3, *petantur.* Pro his *ut in suspecta nuru* nostri habent alii *qualis est,* alii *quale est.* Ed.

11. *In suspecta nuru.* Hanc controversiam, tamquam notam sibi aliunde, latius explicat Regius, ea-

70 *placuit:* aut, quod est multo ineptius, compositionibus ambiguis; ut in illa[1] controversia, in qua infamis amore filiæ virginis[2] pater[3] raptam eam interrogat, a quo vi-
71 tiata sit, *Quis te,* inquit, *rapuit? tu, pater*[4]*, nescis?* Res ipsæ[5] perducant judicem ad suspicionem, et amoliamur cætera, ut hoc solum supersit; in quo multum etiam affectus juvant, et interrupta silentio dictio, et cunctationes; sic enim fiet, ut judex quærat illud nescio quid ipse[6], quod fortasse non crederet, si audiret: et
72 ei, quod a se inventum existimat, credat. Sed ne si optimæ quidem sint, esse debent frequentes: nam den-

que fingi narrat filium, qui uxorem duxerit, cum qua patrem coisse. Mox, nato sibi ex ea puero, Apollinem consultum ei prædixisse, infantem parricidam fore; filium, quod nollet puerum exponere, abdicari a patre, filium patri contradicere. Totum hoc unde petierit Regius prorsus ignoro, nec quisquam aliorum quæsivit. Vestigium equidem similis vel ejusdem declamationis invenio apud Julium Rufinianum, p. Ruhnkenii 266: « ut « fere figuræ in adulterum patrem » fiunt, quum quis hoc modo pa- « trem vellicat: *Placuit conditio « matrimonii meo etiam patri, et « ago illi gratias, quod, ut uxorem « hanc potissimum ducerem, horta- « tus est.* Per hæc enim soceri cu- « pido in nurum detegitur. » Multam cum hac causa affinitatem habet, quamquam non eadem est, declamatio inter Calpurnianas 47, pag. Bip. 446. *Infamis in nurum.* Item eadem apud M. Senecam, p. 467.

1. *Ut in illa;* sic Guelferbytanus, Camp. Reliqui omittunt *in.* — Omittunt quoque omnes nostri. Ed.

2. *Filiæ Virginis;* sic Turicens. Flor. Camp. Reliqui *v. f.*

3. *Pater.* Turicens. Flor., *mater.* §. 64.

4. *Tu, pater.* Flor. omittit *tu,* cum Almel. Turic. a sec. manu *ut pater;* a pr. ut modo positi.— *Tu, pater, nescis.* Ineptiæ hic versantur in eo, quod præter hanc, quæ usurpatur, verborum diremptionem, etiam alia, quæ fieri possit, significatur: « Tu pater. Nescis? » Memorabile tamen est, *compositiones* hic dici sine ullo numerorum respectu. — *Tu, pater, nescis?* Vel quasi raptorem filiæ suæ pater non debeat ignorare, vel quasi etiam ipse rapuerit et vitiaverit. Turn.

5. *Res ipsæ... suspicionem.* Id est, ipso orationis ductu sensim ad rei intellectum perveniat judex. Turn.

6. *Ipse, quod;* sic Turicensis, Florentinus. Camp. Reliqui *quod ipse.* — Sic quoque Vall. lib. RR. 8, 9, 10, 12. *Ipse, quod;* sic reliqui. Bene; nam τὸ ipse melius pertinet ad τὸ *quærat,* quam ad το crederet. Ed.

sitate ipsa figuræ aperiuntur, nec offensæ minus habent, sed auctoritatis; nec pudor[1] videtur, quod non palam objicias, sed diffidentia: in summa, sic[2] maxime judex credit figuris, si nos putat nolle dicere. [3]Equidem 73
et in[4] personas incidi tales[5], et in rem quoque, quod est[6] magis rarum[7], quæ obtineri, nisi hac arte[8], non posset. Ream tuebar, quæ subjecisse dicebatur mariti[9] tes-

1. *Pudor.* Figura uti videmur propter quemdam pudorem et verecundiam: at quum crebræ sunt figuræ, existimat judex nos non audere rem proloqui propter diffidentiam; atque ita oratio amittit auctoritatem. Turn.

2. *Maxime judex.* Turic., *maximetate j.*; a sec. manu *maximitate j.* Quid insit non comminiscor.

3. *Equidem.* Turic. Flor. Ambr. 1, Camp. *et quidem*, cum Alm. Vide de hac confusione Drakenborch. ad Liv. V, 54, 3; item Nostr. VI, 1, 38; VII, 2, 24; IX, 3, 69. Turic. Alm. — *Et quidem*, Put. R. 12. *Et quoniam*, R. 12 a sec. manu. *Et quando etiam*, Vall. lib. RR. 8, 9. Reliqui *equidem et.* Ed.

4. *Et in;* sic Turic. Florentin. Ambr. 1, 2, Guelferb. Camp. cum Voss. 1, 3. *Et quando etiam in* (omisso *equidem*) Goth. (err. Gesnero) cum Voss. 2, Vall. *Equidem quando etiam in*, Jens. cum edd. posterr. ante Ald. Reliqui præmittunt *quandoque* ex conjectura Regii.

5. *Tales, et.* Turic. Flor. Guelf. (tacente Gesn.) *tale est*, cum Vall. Voss. 2. *Tale et*, Camp. *Tales: est*, Jenson. (tac. Gesn.) cum edd. ante Ald. — Nostri *tale est*, excep. Put. a sec. manu, qui *tales, et.* Ed.

6. *Quod est.* Turic. Flor., *idem.* Goth. (tacente Gesnero) *idem est*, cum Voss. 2, Vall. — *Idem est*, Vallæ lib. RR. 8, 9, 12. Reliqui *quod est.* Ed.

7. *Rarum.* Turic. Flor. (hic quidem a pr. manu) Guelf. Camp., *rerum.* — Nostri omnes *rarum.* Ed.

8. *Nisi hac arte.* Turicens. Flor. Guelf. Camp. omittunt *hac.* Omnis hic sensus ab *equidem* inde, non caret difficultate et dubitatione. Fluctuat animus legentis, utrum actorem hic et causidicum, an præceptorem eloquentiæ audiamus Qu. Quoties enim ille se *incidisse* dicit, aut *pervenisse* in aliquam materiam, quum præcipiendo nunc ad eam delatus est? Vide IV, 2, 66. Hoc si in nostro loco sequaris, Gothana scriptura blanditur, quæ tamen multa insuper medicina indiget, ut recta inde exeat ratio. Fortasse tamen argumento fuerit de facto agi, non de ratione docendi, quod singularis est in prima persona *incidi*, quum alter usus, quantum video, pluralem usurpet. Ut nunc est, sane quid sibi inter agendum acciderit exponit, sed non per omnia loci sanitatem præstant veteres libri.

9. *Mariti;* sic Turicensis, Florentinus, Camp. cum Gothano, Voss. 1, 2, 3. Reliqui *marito.* — Nostri *mariti*, exceptis RR. 7, 10, qui *marito.* Ed.

tamentum, et dicebantur[1] chirographum marito exspi-
74 ranti[2] heredes[3] dedisse[4]: et verum erat: nam, quia per

1. *Dicebantur.* Nostri omnes *dicebatur.* Non male; nam τὸ *dicebatur* impersonaliter accipi potest. Ed.

2. *Marito exspiranti.* Nostri omnes *marito exspirante.* Bene. Ed.

3. *Heredes;* sic et mei libri. Deteriores *heredibus*, quorum hic et Ambr. 1, et Guelf.—Vall. lib. RR. 8, 9, 10, 12, *heredibus.* Cæteri *heredes.* Ed.

4. *Subjecisse... Dedisse.* « Mulier « accusatur *testamentum subjecisse* « *marito;* igitur ignoranti, et vel « intestato, vel qui aliud testamen- « tum fecisset. Accusatur ergo cri- « mine falsi, et commisisse dicitur « lege Cornelia, cujus *pœna est de-* « *portatio et omnium bonorum pu-* « *blicatio*, Dig. XLVIII, 10, 1, 13; « item l. 2. Jam porro *dicebantur* « *heredes marito exspiranti*, sed vi- « venti tamen adhuc et conscio, « *chirographum dedisse*, quo pro- « mitterent scilicet, se bona sibi « relicta testamento, tamquam fidei « suæ commissa, reddituros mulie- « ri. » [Hoc quidem, de promisso reddendorum, tamquam fideicommissi, bonorum non sine causa interpretibus placuit. Testantur loca Juris, posita primum a Valla, mox a Badio relata, a Burmanno indicata solum. Dig. XXX, 1, 103. « In « *tacitis fideicommissis* fraus legi fie- « ri videtur, quoties quis neque « testamento, neque codicillis ro- « garetur, sed domestica cautione, « vel *chirographo* obligaret se ad « præstandum fideicommissum ei, « qui capere non potest. » Dig. lib. XLIX, cap. 14, §§. 3, 4. « Ex causa « *taciti fideicommisi* bona ad fiscum « pertinent. » Dig. XLIX, 14, 48. « Statius Florus testamento scripto « heredis sui Pompeii *tacitæ fidei* « commiserat, ut non capienti » [talis hæc fuit uxor] « fundum et cer- « tam pecuniæ quantitatem daret; « et eo nomine cautionem a Pom- « peio exigi curaverat, se restitu- « turum ea, quæ ei per præceptio- « nem dederat. » Vide et Brissonium de V. S. in *tacito fideicommisso.* Quippe uxor nostra sterilis videtur fuisse, vel orba, ut censet Perizonius in Dissertatione de lege Voconia, p. 144, edit. Heineccii Halæ Magd. 1722. De fideicomm. vide III, 6, 70. *Chirographum* ergo et hic est quasi pro scripto debitum testante, de qua vocabuli significatione fuse agit Salm. de modo usur. cap. 10, 11.] « Hæc res si plana fac- « ta esset judicibus, a falsi certe « pœna liberabat mulierem, *caput* « illius *tuebatur*, quo minus depor- « taretur: sed eadem etiam illi *pe-* « *ribat hereditas*, quum in fraudem « legis illud tacitum fideicommis- « sum intercessisset. Quintilianus, « patronus mulieris, illud factum « per figuram significat judicibus, « ut ipsi intelligerent eo argumento « testamentum non esse subjectum, « uti eo non possent adversarii, « contra voluntatem defuncti. Ni- « mirum judices non excedunt for- « mulam: satis ipsis est ad absol- « vendam mulierem a crimine falsi, « scire testamentum esse a marito: « si quis deinde alia lege experiri « velit, hoc ipsi in hac quidem cau- « sa, non laborant. » Gesnerus. Possumus sane acquiescere in hac loci explanatione. Sed male tamen me habet « quæ... *Dicebatur...* et *dice-*

leges institui uxor non poterat[1] heres, id fuerat[2] actum, ut ad eam bona[3] per hoc tacitum fideicommissum pervenirent: et caput quidem tueri[4] facile erat, si hoc diceremus palam: sed peribat[5] hereditas: ita ergo fuit nobis agendum, ut judices[6] illud intelligerent[7] factum, delatores[8] non possent apprehendere ut dictum: et contigit utrumque[9]: quod non inseruissem, veritus opinionem jactantiæ, nisi probare voluissem in foro quoque esse his figuris locum[10]. Quædam etiam, quæ probare 75
non possis, figura potius spargenda sunt: hæret enim nonnunquam telum illud[11] occultum, et hoc ipso, quod

« *bantur.* » Imputabo interim negligentiæ (vide §. 69; item IX, 4, 56; not.), magis sollicitus de eo, qui tandem sint, qui hoc *dixerint?* Ac« cusatores? at erat pro rea. An amici? at celari factum intererat. Quidni ipse Quintil., factum ita esse, narrat potius, quam ut *dici* hoc memoret, subjiciens, *et verum fuisse?* Saltem illud quod modo « *dicebatur* « subjecisse » sermo erat eorum, qui perditum irent mulierem.

1. *Poterat.* Turic., *porteret;* a sec. manu *oporteret*, et sic Flor. a pr. manu. Guelf., *potuit.*

2. *Actum.* Turic. Flor. Camp., *factum*, cum Alm. Vide V, 14, 4, — Soli R. 12, Andr., *factum.* Ed.

3. *Bona.* Turic. Flor. omittunt.

4. *Tueri.* Turicens. Flor., *queri*, cum Jens. Tarv. *Quæri*, Ambr. 1, Camp. cum Bodl. et edd. ante Gryphium. *Reri*, Ambr. 2, Guelferb. Gothan. (err. Gesn.) cum Bern. et edd. ante Obr. qui nostrum e conjectura dedisse videtur; præclare ille. Poterat *t* abire in *q* intervenie*n*te *c.* — Omnes nostri *veri*, except. R. 12, qui *quæri*, et Vall. lib. R. 8, qui *tueri*. Non male, ut patet. Vide mediam notam 4 supra, ubi *caput* intelligitur *caput* mulieris: quidam vero interpretantur *caput* causæ, id est, quod in hac causa erat *capitale.* Ed.

5. *Sed peribat.* Turic., *sed per sed periebat;* a sec. manu *sed per se deperiebat*, et sic Florent. Camp. cum Bodl. Voss. 2, Goth. et editt. ante Basil. nisi quod hi omnes omittunt *e* ante *bat.* — Nostri habent alii *peribat*, alii *deperibat.* Ed.

6. *Judices.* Turic. Flor. omittunt cum Alm.

7. *Intelligerent.* Turic. Flor., *intellegant.*

8. *Delatores* proprie hic dici videntur, quum fisci habeatur ratio, in quem *deferri* oportebat hereditatem. Vide Paulum Sententt. V, 13; item Codicem X, 11.

9. *Contigit utrumque.* Turicens. Florent. (hic a pr. manu) omittunt cum Alm. — RR. 3, 10, Jenson. et apud Burmann. Voss. 1, *contingit utrumque.* Ed.

10. *Locum.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) omittunt cum Alm.

11. *Illud;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Reliqui *istud.*

non apparet, eximi[1] non potest[2]; si idem dicas palam,
76 et defenditur, et probandum est[3]. Quum autem[4] obstat nobis *personæ reverentia*[5], quod secundum posuimus genus, tanto cautius dicendum est, quanto validius bonos inhibet[6] pudor, quam metus: hic vero tegere nos judex, quod sciamus[7], et verba vi[8] quadam veritatis erumpentia credat coercere: nam quanto minus[9] aut ipsi, in quos dicimus, aut judices, aut assistentes oderint hanc maledicendi lasciviam, si velle[10] nos[11] credant?
77 Aut quid interest, quomodo dicatur, quum et res et animus intelligitur? Quid dicendo[12] denique proficimus, nisi ut palam sit, facere nos[13], quod ipsi[14] sciamus

1. *Et... eximi.* Turic. Flor., *et ipso non apparet ex.*; a sec. manu uterque *e. ipsum non app. et ex.* Camp. quoque *et* inserit ante *ex.*

2. *Potest; si idem;* sic Turicens. Flor. cum Alm. Reliqui inserunt *at.* — Omnes nostri *at*, except R. 5, qui *ac.* Ed.

3. *Probandum est.* Avic. Poul., *Palam est.* Ed.

4. *Quum autem obstat.* Est etiam utendum figura, quando non decet palam dicere propter personæ reverentiam; figura enim efficit pudorem, quo movetur honesta persona; aperta oratio efficit metum, quo minus honesti homines moventur. Turn.

5. *Personæ reverentia.* « Alter, si « non decet » §. 66; vide et lib. VI, cap. 3, §. 33.

6. *Inhibet.* Turic., *judex.* Flor. (a pr. manu) *videtur.*

7. *Sciamus.* Turic. Flor. Camp., *scimus.*

8. *Vi.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) omittunt cum Alm.

9. *Quanto minus.* Turicens. Flor. Guelf. Camp., *quo m.*, cum Goth. Voss. 1, 2, Vall. Bodl. Bern. et edd. ante Bas. exc. Ald. qui *namque m.*, jubente Regio.

10. *Velle;* sic Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp. cum Goth. et omnibus libris, quod Gesner. restituit. Aldus *nolle* dedit ex Regii mente, reliquis obsequentibus. — Omnes nostri *velle.* Ed. — *Si velle.* Ubicunque *velle* videbimur maledicere, nihil minuet odium eorum, qui nos audient, quod *per figuram maledicimus.*

11. *Nos credant.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) Goth. (tac Gesn.) *non c.* — Omnes nostri *nos c.*, except. R. 9, et apud Burm. V. C. Almel. qui *non c.* Ed.

12. *Dicendo.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) *dicimus.* Omittunt vocem Guelf. Camp. cum Voss. 1, 3. Potest hoc blandiri. Obr. transponit *den. dic.* non male.

13. *Facere nos;* sic Guelf. Camp. Reliqui *n. f.* Sed Turic. Flor. omittunt *nos.*

14. *Quod ipsi sciamus non.* Put.

non esse faciendum? atqui præcipue[1] prima, quibus præcipere cœperam, tempora hoc vitio laborarunt: dicebant enim libenter tales controversias, quæ difficultatis gratia placent, quum sint multo faciliores. Nam rectum genus[2] approbari nisi maximis viribus non potest: hæc deverticula et anfractus suffugia sunt[3] infirmitatis; ut qui cursu parum valent, flexu[4] eludant[5]: quum hæc, quæ affectatur, ratio sententiarum[6] non procul a ratione jocandi abhorreat: adjuvat etiam, quod auditor gaudet intelligere, et favet ingenio suo, et alio dicente se laudat. Itaque non solum, si persona obstaret rectæ orationi (quo in genere sæpius modo[7] quam figuris opus est), decurrebant ad schemata[8], sed faciebant illis locum etiam, ubi inutiles[9] ac nefariæ essent: ut si 78 79

Prat., *quod ipsi si sciant, non.* Ed.

1. *Præcipue.... præcipere.* Sane non affectavit hoc Quint. debebat igitur vitare. Vide §. 73.

2. *Rectum genus.* Supple orationis: hoc autem dicendi genus τῷ figurato opponitur. Ed.

3. *Infirmitatis.* Turic. Flor., *firmitates.* Ille a sec. manu *firmitatis*, hic nostrum. Jenson., *infirmitati*, cum aliquot veteribus; male, quamquam placet Gesnero. — Solus R. 7, *infirmitati.* Ed.

4. *Flexu eludant.* Turic. Flor. omittunt cum Alm.

5. *Eludant;* sic Ambr. 1, 2, Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. cum Voss. 1, 2, 3. Reliqui *eludunt*, Regio jubente, quamquam Camp. nullam a Gesnero differentiam notavi. — Plerique nostri *eludant.* Ed. — *Ut... eludant.* Hic ego comparationem agnosco nullam, sed explicationem *infirmitatis.* Desperant *infirmi* effugere se posse insequentem hostem, et conantur deflectendo de via fallere. Sic apparet, quare conjunctivus sit in verbo *eludendi*, non indicativus.

6. *Ratio sententiarum.* Pro his duobus verbis habet tantum *oratio* vetustissimus nostrorum Codd. Puteanus. Bene; non enim agit hic Fabius de sententiarum usu nimio, sed de figuratis controversiis. Ed.

7. *Modo.* « Hoc est, moderatione, modestia. » Gesnerus.

8. *Ad schemata... ubi inutiles ac nefariæ.* Synesin, figuram grammaticam, hic notat Gesnerus, relato adjectivo feminini generis, ad id, quod menti scriptoris obversabatur, *figuræ*, quum tamen *schemata* posuisset antea. Vide IX, 3, 3; Duker. ad Liv. XXVII, 27, 13; item Lex. Gesn. rust.

9. *Ubi inutiles.* Quod Regius hic inseruit *personæ*, abest ab omnibus, quantum video, Codd. Unam Camp. ed. reperio quæ interponat aliquid,

pater, qui infamem in matrem [1] filium secreto occidisset, reus malæ tractationis, jacularetur [2] in uxorem obliquis
80 sententiis. Nam quid impurius, quam retinuisse talem? quid porro tam contrarium [3], quam eum, qui [4] accusetur, quia summum [5] nefas suspicatus de uxore videatur, confirmare id ipsa defensione, quod [6] diluendum est? at, si [7] judicum [8] sumerent animum, [9] scirent, quam [10] ejusmodi actionem laturi non fuissent: mul-

et quidem *cē*, id est, *causæ*, non sine corrigentis industria. Vide lib. V, cap. 13, §. 19. — Τὸ *personæ* abest quoque ab omnibus nostris. Burmannus hanc vocem intrusam esse putat ab illis, qui credebant hic pluralem requiri, quia antecesserat *persona* in singulari: sed ita loquebantur veteres, et quidem eleganter. Ed. — *Nefariæ*. Solus R. 10, *impares*. Ed. — *Ut si*. Turicensis, Florentinus, Guelferbyt. Camp., *ut is*, cum Alm. Voss. 2, 3, et edd. ante Ald. Etiam Goth., *is*, omisso *ut* (err. Gesn.). Correxit Regius, sed nondum decerno, utrum præstet. Est scabrities in eo *si*, succedente imperfecto conjunctivi; nec tamen expletur animus, si *ut* accipitur pendens ab *inutiles ac nefariæ*, tamquam præcesserit *ita*, vel *tam*. Desideratur enim in hac ratione *exempli gratia*, post *ut*, quod intelligi posse vix credo. — Nostri omnes *ut is*, exc. Put. a sec. manu, qui *ut si*. Ed.

1. *Infamem in matrem*. Hæc ipsa controversia tractatur in Quintilianearum Declamatt. priorum, libb. XVIII, et XIX.

2. *Jacularetur... sententiis*. Structura insolens per ablativum. An debeat reponi *jocularetur* pro *jacularetur*, eruditissimus quisque hæ-

rebit, quamquam Palatinum codicem hoc præstare narrat Gebhardus in Crepundiis, 3, 1; vide not. ad lib. VIII, cap. 6, §. 73.

3. *Contrarium*. Camp., *nepharium*. Ridicula correctio. Vide §. 79.

4. *Eum, qui*. Turic. Flor. omittunt *qui*, cum Alm.

5. *Quia summum*. Guelf., *qui summum*. Ex hoc cum antecedente efficiam *quum accusetur qui summ.*

6. *Quod diluendum*. Turic. Flor., *quam d.* Ille a sec. manu *qua di.*, et sic Alm. — Nostri omnes *quod*. Ed.

7. *At, si*. Vall. lib., *ac si*. Poul., *aut si*. Ed.

8. *Judicum*. Turic. Flor., *judicem*, cum Almel. — Nostri omnes *judicum*. Ed.

9. *Scirent*. Turic. Flor. omittunt cum Alm. *Scirem*, Guelf. Aliquatenus carere possit sententia verbo *scirent*, sed dura fuerit oratio.

10. *Quam... laturi non fuissent*. Cavendum videtur, ne quis *quam* accipiat pronominis femininum, in qua ratione *ejusmodi* supervacaneum erat et inutile. Est adverbium conjungendum cum *non*, ubi nostri latinitatis auctores dicere solent: *quam parum*. Sic facile jungitur ei *multoque etiam minus*, quamquam per aliquam anacoluthian, oporte-

toque etiam minus, quum in parentes abominanda crimina spargerentur[1]. Et quatenus huc incidimus[2], paulo plus scholis demus: nam et in his educatur orator: et in eo, quomodo[3] declamatur[4], positum est etiam, quomodo agatur: dicendum ergo de iis quoque[5], in quibus non asperas[6] figuras, sed palam contrarias causæ plerique fecerunt: *Tyrannidis*[7] *affectatæ damnatus torqueatur, ut conscios indicet: accusator ejus optet, quod volet. Patrem qui damnavit*[8] *optat, ne is torqueatur: pa-* 81

bat enim diligentius: *quantoque etiam minus*. Sed jam ipsorum judicio succedit scriptor, et quid ipse de iis sentiat suo nomine profitetur. Illud de *criminibus in parentes sparsis* quæri potest, utrum sit hujus, quam modo tetigit, controversiæ, an universe dictum de consuetudine scholarum, ubi in multis quidem causis talia in parentes possunt et solent jaci (vide VII, 4, 28). Parum sane apparet, quomodo in hac declamatione, et a quo potuerit insimulari uterque parens; neque enim filii alterutrum parentem accusantis inest persona: igitur prætulerim illam rationem, quam et Gedoynus expressit. De *spargerentur* vide not. infra. — *Laturi... fuissent.* Turic., *latu... fuisset.* Flor., *latum... fuisset.*

1. *Spargerentur.* Turic. (a pr. manu) *spragentur.* Flor. (a pr. manu) *supra genitor.* Hoc, quod legimus, imperfectum conjunctivi rem astringit ad certum aliquod factum. Quare malim fere *spargentur*, vel *sparguntur*, quamquam inest durities, quia in prioribus est *laturi non fuissent.* Nisi forte omnis hic sensus a præcedente magis est sejungendus et sic capiendus: *multoque etiam minus ferent, quum... spargentur.*

2. *Huc incidimus... demus.* Sensus est: quoniam hic declamationum mentionem feci, de his scholasticis disputationibus paulo longius loquar. Ed.

3. *Et in eo, quomodo.* Sensus est: si quis in scholis optime declamaverit, idem veras *causas* optime egerit. Ed.

4. *Declamatur;* sic Turic. Flor. (hic a pr. manu) Camp. Reliqui *declametur.*

5. *De iis quoque.* Recte hic Gesnerus subaudire videtur *causis*, vel *declamationibus.*

6. *Asperas.* Turic. Flor., *speras.* A Stoerio inde ante Gibs., *aspersas*, per sphalma, puto. — Avic. Poul. RR. 3, 7, 10, *nos asperas.* Reliqui *non asperas.* Ed. — *Asperas figuras.* Ut *asperam actionem* VII, 4, 27.

7. *Tyrannidis... contradicit.* In hujus thematis verbis multa omittunt et turbant Turic. Flor. Almel. Sed altera manus in Flor. reponit fere nostra. Est et ibi *oportet* pro *optet.*

8. *Qui damnavit;* sic Obr. *Quidam dampna uter*, Turic. *Quidam dampnavit*, Flor. (a pr. manu) cum Guelf. (nisi quod *quidem* et sine *p*)

82 *ter ei contradicit.* Nemo se tenuit agens pro [1] patre, quin figuras [2] in filium faceret, tamquam [3] illum conscium [4] in tormentis nominaturus: quo quid [5] stultius? nam quum hoc judices intellexerint, aut non torquebitur, quum ideo torqueri velit: aut torto non credetur.

83 At credibile est [6] hoc eum velle [7]: fortasse [8]: dissimulet ergo, ut efficiat: *Sed nobis* [9] (declamatoribus dico) *quid proderit hoc intellexisse, nisi dixerimus?* Ergo si vere ageretur, similiter consilium illud latens prodidissemus? quid si neque utique verum est, et habere alias hic damnatus contradicendi [10] causas potest, vel quod legem conservandam putet, vel quod nolit [11] accusatori debere [12] beneficium, vel, quod ego maxime [13] sequerer,

Joann. Voss. 1, 3 (nisi quod sine *p*). Reliqui *qui accusavit.* — Vall. lib. RR. 7, 8, 9, 12, *qui accusavit.* Cæteri *quidam damnavit.* Ed.

1. *Agens pro patre... nominaturus.* Plerumque enim in scholis agentes eorum personas sumunt, pro quibus dicunt, ut et hic factum. Vide III, 8, 51; IV, 1, 47.

2. *Quin figuras.* R. 10, *qui fig.* RR. 5, 9, Jens., *quando fig.* Ed.

3. *Faceret, tamquam.* Turicens. Flor. Camp. inserunt *et.*

4. *Conscium in tormentis nominaturus;* sic Turic. Flor. Guelferb. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, 3, et edd. ante Stoer. Reliqui post *consc.* inserunt *pater*, et *esset* post *torm.* Gryph. quidem non nisi *esset.* — Nostri omnes receptam lectionem habent. Ed.

5. *Quo quid.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) omittunt *quo.*

6. *At credibile.* Turic. Florentin. Ambr. 1, Camp., *et c.*

7. *Hoc eum velle: fortasse.* Nostri non distinguunt post *velle;* sic autem habent: *h. e. velle fortasse. Dissimulet.* Ed.

8. *Fortasse.* Turic., *foras.*

9. *Sed nobis.* Alia est objectio, qua declamatt. tuentur suam figuram, quibus respondet Fabius, in veris causis occultandum esse hoc consilium, ac perinde idem faciendum in declamatione. Turn.

10. *Contradicendi causas.* Turic., *c. causas d.* Vide IV, 2, 128.

11. *Nolit.* Turicens. Flor. Camp., *nolet.* Male.

12. *Debere.* Vall. lib, RR. 3, 5, 8, 9, *habere.* R. 12, *deberet.* Ed.

13. *Sequerer, ut innocentem.* Turic. Flor. cum Almel. omittunt *ut.* Unde equidem eruam *sequar ut inn.* Neque enim video, quem locum habeat imperfectum, quum neque addatur, neque facile intelligatur: « si causa ista mihi agenda esset. » Reliqui quidem etiam *se* habent post *ut.* Nos expunximus. Item transponunt Guelf. Goth. (tacente Gesn.) *in torm. innoc.* et Camp. *in torm. noc.*

ut innocentem se[1] in tormentis pertendat[2]? Quare ne illud quidem semper succurret sic dicentibus, *Patrocinium hoc voluit*[3], *qui controversiam finxit:* fortasse enim noluit: sed esto[4], voluerit: continuone, si ille stulte cogitavit, nobis quoque stulte dicendum est? at ego in causis agendis frequenter[5] non puto intuendum, quid litigator[6] velit. Est et ille in hoc genere frequens error, ut putent aliud quosdam dicere[7], aliud velle: præcipue quum in themate est, aliquem[8], ut sibi mori 84 85

1. *Innocentem se in tormentis pertendat.* Turic. Flor., *innocens esse i. t. p.* Ex Alm., *innocens i. t. esse p.* Non credo (vide §. 46; item 88). Reliqui *innocentem i. t. esse p.* — Nostri *ut se in torm. inn. esse,* except. R. 12, qui *ut se innoc. esse in torm.* Melior compositio. Ed.

2. *Pertendat;* sic et Turic. Ambros. 1, 2, Flor. (per compendium *p̄tendat*) Guelf. Camp. cum Bodl. Bal. Voss. 3, Bern. et edd. ante Bad. acc. Obr. Gesn. Reliqui deteriores *prætendat.* — Pleriquæ nostri *pertendat.* R. 10, *pertendant.* Vall. lib. RR. 5, 8, 9, *prætendat.* R. 12, *prætendant.* Ed. — *Ut innocentem... pertendat.* Tantum abest, ut ullum conscium, nedum filium sit nominaturus, ut ne suam quidem, cujus damnatus jam est, culpam agnituros sit. Hæc vel firmitas, vel contumacia est in *pertendendo.* Vide Oudend. et Ern. ad Suet. in vita Plinii; item Burm. ad Propert. lib. II, cap. 12, 17.

3. *Patrocinium hoc voluit.* Alia est objectio declamatorum, quibus Fab. respondet non esse per omnia litigatoribus obtemperandum; nam et Cicero Cluentium aliter defendit, quam Cluentius vellet. Turn.

4. *Esto, voluerit.* Turic., *esto, voluit,* cum Alm. Sed Flor., *esto, noluit.*

5. *Frequenter.* Turic. Camp. omittunt.

6. *Litigator.* Turic. Flor. Ambr. 1, *uti Cato,* cum Alm. A sec. manu Turic., *utique Cato.* Suspicor, omisso modo *frequenter,* scribendum *utique quid litig.*

7. *Quosdam dicere... velle.* Sunt *quidam* hi personæ positæ in themate. Nunquam enim, quæ themate finguntur dici, pro simulatis accipienda censet Quint.

8. *Aliquem... postulare.* Vide VII, 4, 39: « Quod a Græcis dicebatur « ἑαυτὸν προσαγγέλλειν. Lege Sopa« trum in Aldin. Rhetorib., tom. I, « ubi multa τῆς προσαγγελίας exem« pla suppeditat. » [a p. 419 inde ad 426.] « Suetonius quoque in li« bello de claris Rhetoribus, cap. 6, « luculentum atque illustre hujus « ὑποθέσεως exemplum profert: aliud « etiam exstat in Reg. biblioth. MSS. « Cod. 2415, ubi pater οἰνοπότης « filium ὑδροπότην abdicat, uxorem « adulterii accusat, et ἑαυτὸν προσ« αγγέλλει (quod latini rhetores « vertunt, *reddit rationem, vel cau« sam mortis voluntariæ*) ut habet

liceat, postulare: ut in illa controversia: *Qui aliquando fortiter fecerat, et alio bello petierat, ut militia vacaret ex lege*[1], *quod quinquagenarius esset, adversante filio ire in aciem coactus, deseruit. Filius, qui fortiter*[2] *eodem prælio fecerat, incolumitatem ejus optat: contradicit pater. Non enim,* inquiunt, *mori vult, sed invidiam*
86 *filio facere.* Equidem rideo, quod illi[3] sic timent[4], tamquam ipsi morituri, et in consilium suos metus ferunt, obliti tot exemplorum circa voluntariam mortem[5], causarum[6] quoque, quas habet factus ex viro forti desertor.
87 Sed in una[7] controversia sequi contrarium superva-

« illius orationis προθεωρία. Vide Dio- « nysium Halicarnass. » [p. Reiskii 331, artis Rhet.] « et Hermogenem « lib. IV *de Inventione*, cap. 13. » Capperonnerius. Juvat loca hæc ipsa apponere; et prior quidem hic est: ὥσπερ γάρ, ὅταν τις ἃ βούλεται λέγῃ, οὐ χρὴ αὐτὸν ὑπεναντίοις ὅπεσι χρῆσθαι, οὐτ' εὐδιαλύτοις, οὔτως, ὅταν τις ὧν λέγει τὰ ἐναντία βούληται, ἀναγκη αὐτῷ τὴν κακίαν τὴν ἐκ τῶν λόγων, ἀρετὴν ἐνταῦθα σκοπεῖσθαι· εἰ δὲ μὴ, συμβαίνεται αὐτῷ ἐναντιώσει περιπεσεῖν, ἀλλ' οὐκ ὅτι σῶσαι ἃ βούλεται· τοῦτο μὲν οὖν καὶ οἱ μελετῶντες (sunt *studentes*, vide II, 2, 7) ἴσασιν· ὅταν γάρ τις προσίληθη τῇ βουλῇ ἀξιῶν ἀποθανεῖν, οὐδεὶς αὐτὸν (an αὐτὸνῦ) ἀποθανεῖν βούλεται, ἀλλὰ τὰ ἐναντία βούλεται ὧν λέγει. Alter sic habet: (p. Sturmii 228) πλάγιον δέ ἐστιν, ὅταν, μετὰ τοῦ κατασκευάζειν τὸ ἐναντίον, καὶ ἄλλό τι περαίνῃ ὁ λόγος· οἷον, πλούσιος ἐν λιμῷ ὑπέσχετο θρέψειν τὴν πόλιν, εἰ λάζοι τὸν πόντα πρὸς σφαγήν· οὐκ ἤθελεν ὁ δῆμος· ὁ πόντος ἑαυτὸν προσαγγέλλει· ἐνταῦθα γὰρ ἐναντίον βούλεται ὁ πόντος οὗπερ λέγει· ἀποθανεῖν γὰρ οὐ βούλεται. Videmus utrumque doctorem in alia, quam Quint. sententia; et priorem quidem alioqui vilipendisse non videtur Noster III, 1, 16. Vide tamen IX, 4, 88.

1. *Ex lege.* Turic. Flor. (a prima manu) *e lege.*

2. *Eodem.* R. 9, et apud Burm. Voss. 2, ponunt *in* ante *eodem.* Ed.

3. *Illi.* Turic. Flor., *ipsis;* a sec. manu *ipsi*, et sic Guelferb. Camp. Ambr. 1, 2, cum Bodl. — Nostri meliores Codd. *ipsi.* Ed.

4. *Sic timent.* Turic. Flor., *s. continent;* a sec. manu ille *se continent*, cum Bodl. Hic, nostrum. — Nostri omnes *timent.* Ed.

5. *Circa voluntariam mortem.* Malim pæne *voluntariæ mortis*, ut *circa* fiat adverbium. — Nostri *voluntariam mortem.* Ed.

6. *Causarum... quas habet... desertor.* « e. g. non vult supervivere « pudori suo et ignominiæ: vult os- « tendere se non mortem fugisse, « quum signa desereret, sed ingra- « tæ patriæ operam navare noluis- « se. » Gesnerus.

7. *Sed in una.* Goth., *S. una*, cum edd. ante Ald. exc. Camp. Reli-

cuum est: ego in universum neque oratoris puto esse unquam prævaricari, neque litem intelligo, in qua pars utraque idem velit; neque tam stultum quemquam, qui, si vivere vult[1], mortem potius male petat, quam omnino non petat. Non tamen nego esse controversias 88 hujusmodi figuratas: ut est illa, *Reus*[2] *parricidii, quod fratrem occidisset, damnatum iri videbatur: pater pro testimonio dixit, eum se jubente fecisse: absolutum abdicat:* nam neque in totum filio parcit, nec, quod priore judicio affirmavit, mutare palam potest, et ut non durat[3] ultra pœnam abdicationis, ita[4] abdicat tamen: et alioqui figura in patre plus facit, quam licet, in [5]filio

qui *s. de u.* Nostrum e conjectura. Vide §. 70. — Nostri *sed de una.* Ed. — *Sequi contrarium;* sic Turic. Ambr. 1, cum Alm. Jens. et edd. posterioribus ante Ald. *Sequi* omisso *contr.*, Flor. Reliqui *loqui*, om. *contr.*, etiam Regio jubente.—Nostri *loqui*, excep. R. 7, qui vel *sequi*, vel *loqui* omittit. Iidem omittunt *contrarium*, except. RR. 7, 12, qui hoc verbum retinent. Ita fere omnes nostri Codd. conspirant ad firmandam hanc optimam lectionem: *Sed de una controversia loqui supervacuum est.* Ed. — *Contrarium.* Rationem dicendi, quæ causæ ipsi noceat: hoc enim est *contrarium.* Vide V, 13, 16. *Sequi* est *persequi*, in singulis partibus diligenter demonstrare. Quoniam multæ controversiæ hoc habent de mortis postulatione, supervacuum fuerit in una id causa tam operose docere. Vide lib. VII, cap. 10, §. 8.

1. *Vivere vult;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, et edd. ante Basil. Rell. *v. velit.* — Nostri *vult.* Ed.

2. *Reus... damnatum iri videbatur.* In hac structura leviculo quodam errore deflexum esse a vera ratione, quæ *reum* postulabat, quum proprie a *damnatum* (supino) pendeat *rei* substantivum, non referatur ad *videbatur*, ostendit, quem omnes huc vocant, Perizonius ad Sanctii Minervam III, 11, p. 426 (ed. Lugdun. 1789). «*Reus itur damnatum* idem quod *Reus damnabitur.*» Nequaquam igitur dubitandum est de veritate scripturæ. — Poul. solus *Reus... damnatus jure videbatur.* Idem indicat Avic. qui sic habet: *Reus... damnatu iuri videbatur.* Ed.

3. *Durat.* Intransitivum, qui hic est, verbi significatum, non quidem temporis, quod tralatitium est, sed iræ, etiam lexica exemplis probant, ut Petron., c. 105; Tac. Ann. I, 6. Vide §. 91.

4. *Abdicationis, ita.* Vall. lib. Ald. et apud Burm. Alm. Voss. 2, 3, *abdicationis ira*, etc. Ed.

5. *In filio.* Turic. Flor. Ambr. 1, 2, Camp., i. *filium*, cum Bern. Alm.

89 minus. Ut autem nemo contra id, quod vult[1], dicit, ita potest melius aliquid velle, quam dicit: quo modo ille *abdicatus, qui a patre, ut filium expositum et ab eo educatum*[2] *solutis alimentis*[3] *recipiat*[4], *postulat*,[5] revocari
90 fortasse mavult: non tamen, quod petit, non vult. Est latens[6] et illa significatio, qua, quum jus asperius petitur a judice, fit tamen[7] spes aliqua clementiæ, non palam, ne paciscamur, sed per quamdam credibilem suspicionem; ut in multis[8] controversiis, sed in hac

Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Ald. Modo *patrem* quoque Guelf. quod et ex Alm. affertur (vide §§. 83, 90) cum Loc. Ven. Rusc. utrumque volente Regio. Sententia loci non est expedita: *et alioqui... minus.* Gedoynus hoc sentiens in versione prætermisit. Capper. Gesn. varie tentant interpretationem. Equidem, qui velit, in hac proposita modo controversia, ostendere differentiam rationis, prout figura fiat *in patrem*, vel *in filium* (sive etiam *in patre* et *in filio*), eum frustra laborare censeo; neque enim ullam hic agnosco figuram, quæ fiat *in patrem*. Refero igitur sententiam ad totum genus. Quint. indigne tulerat « abominanda crimina spargi in « parentes » (§. 80). Nunc probat figuram, ubi contra quam dicitur, « sentitur; sed ea non est *in patrem*, verum *in filium*. Hæc igitur, pro crudeli illa apud veteres patria potestate, semper minus atrox est *in filium*, quam patri esse licebat; contra, quæ fit *in patrem*, ea scelerata est et *plus facit quam licet*. Apparet, qui mecum sentiat, probaturum cum Regio accusativos *in patrem*, *in filium*. Malim tamen e recepta effingere: *in patres*, *in filios*, quo minus quisquam ad certam controversiam astringat. Sic et adverbio *alioqui* sua ratio constat, quod est pro *insuper*, præter reliqua, quibus hanc declamationem defenderat, argumenta. Vide IV, procem. 6. — Maxima pars nostrorum *in patre plus facit, quam licet; in filium minus.* Ed.

1. *Vult.* Turic. Flor. omittunt cum Alm. *Ultimo*, Goth. (tac. Gesn.)

2. *Educatum.* Guelf., *abdicatum.*

3. *Solutis alimentis.* Nam lex erat, ut liceret expositium filium recipere, dummodo alimenta solverentur nutritio. Turn.

4. *Recipiat.* Turic. Flor., *recipit.* Ille a secunda manu *recepit.*

5. *Revocari.* Turic. Flor. Guelf., *revocare.*

6. *Est latens... paciscamur.* Sensus est: Quum rogamus judicem ut summo jure cum nobis agat, attamen spem aliquam clementiæ superesse tacite significamus, non palam, ne in re capitali cum judice pacisci, transigere videamur. Ed.

7. *Fit tamen.* Turic. Flor. Ambr. 1, prius omittunt. Nostrum ex Alm. affertur (vide §§. 88, 94). Reliqui *fit ei t.* Pronomen alienum.

8. *In multis... sed in hac quoque.*

quoque: *Raptor, nisi intra trigesimum diem, et raptæ patrem et suum exoraverit, pereat: qui exorato raptæ patre suum*[1] *non exorat, agit cum eo dementiæ.* Nam si promittat[2] hic pater, lis tollitur: si nullam spem faciat, ut non demens, crudelis certe videatur, et a se judicem avertat: Latro[3] igitur optime, *Occides*[4] *ergo? si potero:* remissius, et pro suo ingenio, pater [5]Gallio, *Dura, anime*[6]*, dura: here*[7] *fortior fuisti.* Confinia sunt his celebrata apud Græcos schemata, per quæ res as- 91 92

Non erat quod reponeret Francius *et* pro *sed*. Vide VII, 2, 36, IX, 3, 36.

1. *Patre suum*. Turic. Guelferb., *patrem s.*

2. *Promittat;* sic Turic. Ambr. 2, Guelf. cum Voss. 1, 3, Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Ald. exc. Camp. Reliqui *permittat*, volente Regio. — RR. 8, 9, *permittat*. Reliqui *promittat*. Ed. — *Si promittat*. Quid *promittere* possit pater, causa ipsa definitur, igitur nec opus est diserte memorare, sed *promittere* totum illud est, cujus pars *aliquam spem facere*. Hoc ipsum tractantem Latronem Seneca narrat loco mox ponendo, p. 162, ubi hæc leguntur: « Hic paternos affectus tractavit « *spem facientis*. Non probabat Fus- « cum, qui paulo apertius agebat. » Hic lacuna, mox « est controver- « siam *promittere*. Potest nihilomi- « nus et bonus agi pater et non exo- « ratus. »

3. *Latro*. M. Porcius Latro celeberrimus paulo superioris ætatis rhetor, de quo vide Nostr. X, 5, 18; Senec. patr., procem. lib. I controv., et passim; Plin. H. Nat. XX, 14. Tædio duplicis quartanæ sub Augusto semet interfecisse memoriæ prodit Euseb. in Chron. Ipsum hoc thema vide apud Senecam patrem, contr. II, 11, p. Bip. 157-167; et Exc. Contr. II, 3, p. 388. *Occides* habet orationem adversarii, seu filii, cui deinde respondet pater *si potero*. Hoc igitur in aliqua velut altercatione posuit Latro, nisi forte sibi obloquentem in ipsa perpetua oratione finxit filium. Ipsum hoc Latronis non refert Seneca.

4. *Occides*. Turic., *occidet*, cum Flor. (sec. manu; a pr. enim hic omittit cum Ambr. 1, 2) Voss. 3; item edd. meis ante Obr. exc. Camp. Sed et Guelf. Goth. Voss. 1, 2, Andr. Camp. nostrum. — *Occides ergo? si potero;* sic Avic. Vall. lib. a sec. manu, RR. 5, 9, 10. *Occidet ergo: si pot.;* sic Vall. lib. iterum a secunda manu, RR. 8, 12, Jens. *Occides? ego si pot.;* sic Put. Poul. Vall. lib. RR. 3, 5. Ed.

5. *Pater Gallio*. Turic. omittit prius. — *Gallio*. Vide III, 1, 21.

6. *Anime, dura;* sic Turic. Flor. Guelf. Ambr. 1, 2, Camp. cum Alm. Voss. 1, 2, Goth. Reliqui inserunt *hodie*. — Nostri omittunt *hodie*, except. Put. Vall. lib. R. 7. Ed.

7. *Here;* sic Turicensis, Florentinus, Camp. Reliqui *heri*. Vide lib. I, cap. 7, §. 22.

peras mollius significant: nam Themistocles[1] suasisse existimatur Atheniensibus, ut *urbem apud deos deponerent*[2], quia durum erat dicere, *ut relinquerent:* et, qui Victorias aureas in usum belli conflari volebat, ita declinavit, *victoriis utendum*[3] *esse:* totum autem allego-
93 riæ simile est, aliud dicere, aliud intelligi velle. Quæsitum etiam est, quomodo responderi contra figuras oporteret; et quidam, semper ex diverso aperiendas putaverunt, sicut latentia vitia rescinduntur: idque sane frequentissime faciendum est: aliter enim dilui objecta non possunt, utique quum quæstio in eo consistit, quod figuræ petunt[4]: at quum maledicta sunt tantum, et
94 non intelligere[5] interim bonæ conscientiæ est. Atque etiam si fuerint[6] crebriores figuræ, quam ut dissimu-

1. *Nam Themistocles.* Quum Xerxes in Atticam veniret, Themistocles Atheniensibus suasit, ut, relicta urbe, se navibus committerent: sed rem ita declinavit, ut urbem relinquerent diis asservandam more depositi. Turn.

2. *Apud deos deponerent.* Plut. in Themist., p. 116, F: τὴν μὲν πόλιν παρακαταθέσθαι τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Ἀθηναίων μεδεούσῃ κ. τ. λ. — Vide quoque Herodot., lib. VII. Ed.

3. *Victoriis utendum.* Demetrius, de Eloc., §. 281: ὁ εὐφημισμὸς.... ὁ τὰ δύσφημα εὐφημα ποιῶν, καὶ τὰ ἀσεβήματα εὐσεβήματα· οἷον ὁ τὰς Νίκας τὰς χρυσᾶς χωνεύειν κελεύων, καὶ καταχρῆσθαι τοῖς χρήμασιν εἰς τὸν πόλεμον, οὐχ οὕτως εἶπε προχείρως, ὅτι καταπόφημεν τὰς Νίκας εἰς τὸν πόλεμον· δύσφημον γὰρ ἂν οὕτω, καὶ λοιδοροῦντι ἔοικὸς ἦν τὰς θεάς· ἀλλ' εὐφημότερον, ὅτι συγχρησόμεθα ταῖς Νίκαις εἰς τὸν πόλεμον· οὐ γὰρ καταπόπτοντι τὰς Νίκας ἔοικεν οὕτω ῥηθὲν, ἀλλὰ συμμάχους μεταποιοῦντι. Indicante Vossio Orator. IV, p. 187, et Capper. Quis igitur hoc dixerit, nondum apparet. « Si« mile Christiani Brunsvicensis dic« to, qui argenteas apostolorum, « quas Paderbornæ nactus erat, sta« tuas quum in monetam ferri ju« beret, rationem subjecit, *ire jus« sos a magistro suo apostolos per « terrarum orbem.* » Gesnerus. Vide et F. A. Wolfium ad Hellenica Xenophont. in ed. Schneideri Add., p. 96, aliquot scholiastæ Aristophanei loca citantem ad Rann. 732, et Ecclesiazz. 810.

4. *Quod... petunt.* Id est, quod figuræ volunt, conantur a judicibus impetrare. Ed.

5. *Intelligere.* Turic. Flor., *intellegi.*—Nostri omnes *intelligere.* Ed.

6. *Si fuerint;* sic Turicens. Flor. Guelferb. Camp. cum Goth. Bodl. Joann. Alm. Voss. 2, 3, Andr. et edd. ante Gryph. Reliqui *cum f.* — Nostri omnes *si fuerint.* Ed.

lari possint, postulandum est, nescio quid[1] illud, quod adversarii obliquis sententiis significare voluerint, si fiducia sit, objiciant palam; aut certe non exigant, ut, quod ipsi non audent dicere, id judices non modo intelligant, sed etiam credant. Utilis etiam aliquando dis- 95
simulatio est, ut in eo (nota[2] enim fabula est), qui, quum esset contra eum dictum, *Jura per patroni tui*[3] *cineres*, paratum se esse respondit: et judex conditione usus[4] est, clamante multum advocato[5] schemata de rerum natura tolli: ut protinus[6] etiam præceptum sit, ejusmodi figuris utendum temere non esse. Tertium est[7] genus, 96
in quo sola melius dicendi petitur occasio[8]; ideoque id Cicero[9] non putat esse positum in contentione[10]: tale

1. *Est, nescio quid illud;* sic Flor. Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, Alm. et edd. ante Bad. (nisi quod hæ addunt *ut*) exc. Camp. qui omittit et *illud*, cum Turic. (vide §§. 90, 107). Reliqui *e. ut illud n. q.* — Eadem nostri, nisi quod τὸ *illud* non omittitur. Ed.

2. *Nota enim fabula est.* Præter Senecam patrem, Controvers. III, præf., p. 200, narrat et Suetonius de claris Rhett. extr. *Albutius Silus* ita elusus fuit ab adversario; nec dubito quin errore librarii huc irruperint « *patroni* cineres » pro *patris*, quod est apud Senecam et Sueton. Nam si, propter hanc differentiam, diversam censuit Capper. apud Suetonium fabulam, superstitiosius ille circa verba et litteras hæsit, similis nationi Harmonistarum in N. T. Obrechtus *patris* in Nostro reposuit, contra omnes quidem libros.

3. *Per patroni tui;* sic omnes nostri, exc. Vall. lib. R. 12 (uterque a sec. man.), qui *per patris tui*. Ed.

4. *Conditione usus est.* Id est, oblatam conditionem accepit, et jurare sivit. Capper.

5. *Advocato schemata de.* Turic. Flor. (hic quidem a pr. manu) *advocatus de*, cum Alm.

6. *Ut protinus... præceptum sit.* « Juvat igitur statim hic subjicere « præceptum de caute adhibendis « ejusmodi figuris. » *Præceptum sit* eodem modo hic dicitur ut *dictum sit* I, 1, 7; VII, 1, 9. Vide et VI, 3, 26, ubi locutioni huic litem intendere non debebamus. Vide et I, 1, 19.

7. *Tertium est genus.* Vide §§. 66, 76.

8. *Petitur occasio.* Solus R. 12 *ponitur occasio*. Ed.

9. *Id Cicero.* Turic. (a pr. manu) *id circo.*

10. *Contentione.* Turic. Flor. (hic quidem a sec. manu) Camp., *contione*, cum Bodl. et edd. ante Gryph. exc. Ald. — Nostri omnes *contentione*, exc. R. 7, qui *concione*. Ed. — *Cicero... contentione.* Locum, quo respiciat, quum cæteri desi-

est illud, quo idem utitur in Clodium, *Quibus*[1] *iste, qui omnia sacrificia nosset, facile ab se deos placari*
97 *posse arbitrabatur*[2]. Ironia quoque in hoc genere materiæ[3] frequentissima[4] est: sed eruditissimum longe, si per aliam rem alia intelligetur[5]: ut[6] adversus tyrannum, qui sub pacto abolitionis[7] dominationem[8] deposuerat, agit[9] competitor, *Mihi in te dicere non licet, tu in me*
98 *dic, et potes: Nuper te volui occidere.* Frequens illud est, nec magnopere captandum, quod petitur a jurejurando: ut pro[10] exheredato, *Ita*[11] *mihi contingat he-*

gnare insuper habuerint, nullum alium reperio quam de Or. III, 53, positum supra IX, 1, 29. Et solet in hisce, ubi Ciceronem nominat, eam plerumque particulam operis tractare quam primo capite libri hujus excerpserat. Alioqui Ciceronem de *figura*, hoc significatu, agentem vix agnoscas, quum ea sit sequioris ætatis oratoriæ commentum. Ernestum quidem ad verba Ciceroniana nimis suspicacem deprehendes.

1. *Quibus iste... arbitrabatur.* Hæc quum in Ciceronis opp. non inveniam, suspicor esse ex deperdita ejus oratione in Clodium et Curionem, inter reliquias ejusdem tamen nondum relata. Vide III, 7, 2. Satis autem manifeste significatur religio Bonæ deæ profanata.

2. *Arbitrabatur.* Turic., *arbitratur.* Flor., *arbitratus.*

3. *Materiæ.* Id est, *thematis.* Vide II, 1, 2; VII, 1, 20.

4. *Frequentissima.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) *frequentissime.*

5. *Intelligetur;* sic Camp. *Indigetur,* Turic. Flor. cum Alm. *Indicetur,* Flor. (a sec. manu) Ambr. 1, cum Goth. Voss. 2. *Induceretur,* Guelf. *Inducetur,* Ambr. 2, Bern. Jens. Tarv. Ald. Reliqui *inducatur.* — Nostri dant alii *inducetur,* alii *indicetur.* Put. Prat., *ducetur,* τῷ *alia* omisso. Ed.

6. *Ut.* Turic. (a pr. manu) omittit, cum Alm. Hæc repetendo inquinare narratur Flor., *indigetur ut cum indigetur adv.* Camp. nobiscum facit. Reliqui *ut cum.* — Nostri *ut cum.* Ed.

7. *Sub pacto abolitionis.* « Sive « oblivionis, ἀμνηστίας· Vide sec. 67. « *Abolitionis* nomen hac in re etiam « est ap. Senec. Exc. Contr. V, 8. » Gesnerus. Etiam in Quintilianeis, ut 249.

8. *Deposuerat.* Turic. (a pr. manu) Flor., *seposuerat,* cum Alm. Jens. Tarv. — Nostri *deposuerat,* exc. Vall. lib. a sec. manu, RR. 7, 8, qui *seposuerat.* Ed.

9. *Agit;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. 1, 2, 3, et edd. ante Burm. exc. Leid. Reliqui *ait.* — Nostri omnes *agit.* Ed.

10. *Pro.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) omittunt, cum Alm. — Nostri omnes habent *pro.* Ed.

11. *Ita.* Turic. Camp. omittunt.—

rede filio mori: nam et in totum jurare, nisi ubi necesse est, gravi viro parum convenit: et est a [1] Seneca dictum eleganter, *non patronorum hoc esse* [2], *sed testium:* nec meretur [3] fidem, qui sententiolæ gratia jurat; nisi si potest tam bene, quam Demosthenes, ut supra [4] dixi. Levissimum [5] autem longe genus ex verbo, etiamsi est 99
apud Ciceronem in Clodiam [6], *Præsertim quam omnes amicam omnium, potius quam cujusquam inimicam putaverunt. Comparationem* equidem [7] video figuram 100
non esse, quum sit interim probationis [8], interim etiam causæ genus: et sit [9] talis ejus forma, qualis est pro Murena, *Vigilas tu* [10] *de nocte, ut tuis* [11] *consultoribus respondeas; ille, ut, quo contendit* [12], *mature cum exercitu*

Ita... mori. Patronus hoc jurejurando significat, malam fuisse exheredationem et impiam, quoniam optat filium heredem; sic enim exheredationem aversatur. Turn.

1. *A Seneca.* « Hoc dictum ex « quibusdam eloquentiæ præceptis, « quæ perierunt, desumptum esse « probabile credit Nic. Faber in « præfat. ad Senec. » Burmannus.

2. *Hoc esse.* Turic. Flor. Camp., *h. est,* cum Alm. Voss. 1.

3. *Meretur.* Quid fiat, monet, non quid fieri debeat. Vide VI, 4, 5.

4. *Ut supra dixi;* §. 62.

5. *Levissimum.* Solus Put., *lentissimum.* Ed.

6. *In Clodiam.* Cic. pro Cœlio, 13 extr. Pro Murena, c. 9.

7. *Equidem.* Flor., *quidem.* Turic. omittit. Placet.

8. *Probationis.... causæ genus.* Prius lib. V, cap. 11, docetur, de altero, vide not. ad III, 6, 23. Attendenti persuadebo, opinor, *non* ante *esse* perperam irrepsisse (vide de hac corruptela, VI, 2, 11). *Quum* sæpissime, apud hujus maxime ævi scriptores, est pro *quum tamen,* quod alicubi etiam animadvertisse videor, sed nunc non succurrit. *Video* ergo dictum est quasi *reperio,* velut mox §. 107, *Invenio.* Fateor ibi longe clarius, subjecto *qui aggregent;* sed nostro loco si prorsus negat *esse figuram,* qui potest *orationis* potius quam *sententiæ* eamdem censere (§. 101)? *Video esse* interpretaberis ergo: « video a qui« busdam vocari figuram, » quorum mox recensentur Celsus et Viselius. Vide IX, 3, 32.

9. *Et sit.* Plerique nostri *et si.* Ed.

10. *Tu.* Turic. Flor. omittunt.

11. *Tuis.* Turic., *jus.*

12. *Contendit;* sic Turic. Flor. Guelf. cum Voss. 3, et edd. ante Obr. exc. Camp., qui *tendit,* cum Goth. Voss. 2, Bodl. Obr. Reliqui *intendit* e Cic. quem Noster exprimit mox IX, 3, 32. Ablegat Burm. ad N. Heins. in Valer. Flacc. VII,

perveniat: te Gallorum, illum buccinarum cantus ex-
101 *suscitat*[1], et cætera: nescio an orationis potius quam sententiæ sit: id enim solum mutatur, quod non universa universis, sed singula singulis opponuntur; et Celsus tamen, et non negligens auctor Visellius[2] in hac eam parte posuerunt; Rutilius[3] quidem Lupus in
102 utroque genere, idque ἀντίθετον vocat. Præter illa[4] vero, quæ Cicero[5] inter lumina posuit sententiarum, multa alia et idem[6] Rutilius, Gorgiam secutus, non illum Leontinum, sed alium sui temporis, cujus quatuor libros in unum suum transtulit; et Celsus, videlicet Ru-
103 tilio accedens, posuerunt *schemata*[7]; *consummationem*[8], quam Græcus[9] διαλλαγήν vocat, quum plura ar-

114. Vide Liv. XXXV, 11, 13. — Eadem nostri. Ed.

1. *Exsuscitat;* sic Camp. Turic. Flor. Guelf. (nisi quod MSS. *s* inserunt post *x*) cum Goth. Almel. Voss. 2, et edd. ante Gryph. ex ipso Cicer. Reliqui *excitat.* — Sic quoque Avic. Put. Poul. Prat. Reliqui *exsuscitat.* Ed.

2. *Visellius.* Non aliunde quam e Nostro novi. Vide §. 107; IX, 3, 89. Frustra sit eorum, qui, eodem nomine, memorantur a Cicerone, Horatio, Valerio Maximo, Tacito, aliquem huc trahere, quum nullæ exstent notæ vel temporis, vel personarum.

3. *Rutilius... Lupus.* Vide not. ad III, 1, 21. *Antitheton,* vide p. Ruhnk. 125, ubi non equidem expressam video hanc utriusque generis et sententiarum, et elocutionis mentionem. Vide et Aquil. Rom., p. 166; Julium Rufin., p. 222, in Syncrisi.

4. *Illa.* Turicens. omittit. Contra *vero* non habent Goth. Voss. 2, cum edd. ante Ald. except. Camp. — Τὸ *vero* omittunt plerique nostri. Ed.

5. *Quæ Cicero inter lumina.* Malim fere abesse *inter.* Iterata autem *posuit... posuerunt* morbum Nostri reputo (vide §. 77).

6. *Et idem.* Turic. Flor. Camp. omittunt *et,* cum Alm. — Habent *et* omnes nostri. Ed.

7. *Posuerunt schemata.* Camp. inserit *inter,* cum Andr. Ald. Bas. Colin. — Nostri omnes dant *posuerunt schemata.* Ed.

8. *Consummationem...* παραλογιστικόν. « Schemata.... quorum nullum « in exemplaribus nostris vestigium « reperitur. » Ruhnkenius in præf. ad Rutil. Lup., p. 16. Latina horum schematum vocabula videntur esse a Celso posita, quoniam græca reliquit ipse Rutilius.

9. *Græcus.* Turic. Flor., *græcis.* Goth., *Græci;* sed mox et *vocant,* cum Camp. et edd. ante Stoer. qui tamen et ipse *vocant,* quod a sec. manu dant Turic. Flor. Nostram e Voss. 2 refert Burm. Falso profecto. Ex Voss. 3, credo, quoniam et

gumenta ad unum effectum deducuntur; [1] *consequens*, ille ἐπακολούθησιν [2], de quo nos in [3] argumentis diximus; *collectionem*, qui apud illum est συλλογισμός· *minas*, idem [4] κατάπληξιν· *exhortationem* [5], παραινετικόν· quorum nihil non [6] rectum est, nisi quum aliquam ex his, de quibus locuti sumus, figuram accipit. Præter hæc 104
Celsus, *excludere*, *asseverare*, *detrectare* [7], *excitare judicem*, *proverbiis uti*, *et versibus*, *et joco*, *et invidia*, *et invocatione*, *intendere crimen* [8], quod est δείνωσις, *adulari*, *ignoscere*, *fastidire*, *admonere*, *satisfacere*, *precari*, *corripere*, figuras putat; *partitionem* quoque, et 105

Guelf. Vall. quoque nostrum dare narrat Bad. — Nostri *Græcus*, exc. Put. R. 9, qui *Græci*. Ed. — *Græcus*. Facinus non fuerit reponere *Gorgias*. Quare enim nationem potius appellaverit, quam hominem? Nisi forte respexit latinum, quod modo posuerat, nomen. Sed ne in Romano quidem Rutilio inveniebat aliud quam græcum. — Διαλλαγήν. Hoc plane corruptum in Turicensi. In Florentino expressum videtur. Guelferb., διαμαγιν, in quo facile nostrum ipsum agnoscitur, et jam Camp. sine mendo, ut et Tarv. Firmat etiam IX, 3, 49. Alioqui possit aliquis hærere in vocabulo, cujus quidem neque ratio satis perspicitur in hac figura denominanda (versionem etiam latinam miratur Badius; recte ille); neque auctoritas ulla remanet, quum particula hæc Rutilii, sive Gorgiæ intercederit. — Nostri omnes διαλλαγήν. Ed.

1. *Consequens*. Turic. Flor., *sequens*, cum Alm.

2. *Ille* ἐπακολούθησιν. Turic., *ellexena*. Flor., *est ille* ἐ.

3. *De quo nos in argumentis*. Vide lib. V, cap. 14, §. 1.

4. *Idem*; sic Turic. Camp. cum Goth. Voss. 2. Reliqui *id est*. — *Idem*. Respicit, quo et modo *ille*, ad *Græcum*, sive *Gorgiam*; neque enim tollit nexum, quod interjectum est *qui apud... συλλογισμός*.

5. *Exhortationem*. Turic., *exorationem*, cum Alm. Bern. Vide III, 8, 54. — Put. Poul. Camp., *in exhortationem*. Avic. RR. 3, 5, 10, *in exorationem*. Ed.

6. *Nihil non*. Turic. Flor. Camp. omittunt *non*, cum Alm. et edd. ante Ald. Interposuit Regius, sed vindices sunt Guelf. Goth. Vall. et fortasse multi qui tacentur. Vide VI, 2, 11. — Nostri omnes *nihil non*, exc. R. 7, qui *non* omittit. Ed.

7. *Detrectare*. Turic. Flor. Guelf. Camp., *detractare*, cum Alm. Voss. 2 (non Goth.) et edd. ante Bad. quo acc. Chouet. Vide Drakenb. ad Liv. XXXIV, 15, 9. — Omnes nostri *detractare*. Ed.

8. *Intendere crimen*. Hoc vulgo significat accusare; nunc vero pro τῷ efficere dicendo gravius crimen usurpatur, ut patet ex seqq., *quod est δείνωσις*. Vide lib. VI, cap. 2, §. 24; VIII, 3, 88. Ed.

propositionem, et *divisionem*, et *rerum duarum cognationem* [1], quod est, ut idem valeant, quæ videntur esse diversa; ut non is [2] demum sit veneficus [3], qui vitam abstulit data potione, sed etiam qui mentem; quod est
106 in parte finitionis. Rutilius [4], sive Gorgias, ἀναγκαῖον, ἀνάμνησιν, ἀνθυποφορὰν, ἀντίῤῥησιν, παραύξησιν, προέκθεσιν [5], quod est dicere, quid fieri oportuerit, deinde quid factum sit: ἐναντιότητα, unde sint enthymemata κατ' αἰτίασιν [6]. μετά-
107 λῆψιν [7] etiam, quo statu Hermagoras utitur. Visellius, quamquam paucissimas [8] faciat figuras, ἐνθύμημα [9] tamen,

1. *Cognationem.* Turic. Flor. (hic a prima manu) Guelferb. Ambr. 1 (hic a prima manu)ῳ, 2, Camp., *cognitionem*, cum Voss. 2 (non Goth.). *Excogitationem*, Voss. 3. — Nostri habent alii *cognationem*, alii *cognitionem*. Ed.

2. *Is.* Turic., *in iis.* Flor., *in his*, cum Voss. 1, 3, Jens. Tarv.

3. *Veneficus.* Turic. Camp., *veneficiis.*

4. *Rutilius, sive Gorgias... μετάλῆψιν.* Facile apparet subaudiendum ex prioribus *putat*: sed horum schematum nonnisi ἀναγκαῖον nobis reliquum in Rutilio, p. Ruhnk. 63.

5. Προέκθεσιν. Flor., *προόθεσιν.*

6. Κατ' αἰτίασιν. Camp., *κατα ιντασιν*, cum Goth. (nam et hic *κατὰ* sine apostropho) Voss. 2. Inest recepta ipsa, ut et Ambr. 2, qui sic: *κατα ικτιασιν.* — Plerique nostri *κατατίασιν*, sine apostropho. Ed. — Κατ' αἰτίασιν. Capperonnerius suspicatur conjunctim legendum, ut fiat hoc novum schema, et intercidi debeat post *enthymemata.* Hoc ipsum ita est in Locat. Venet. Rusc. Lacunam habet ab *enthymem.* ad *etiam* Tarv., quæ solet alioqui græca dare; sed et Guelf. omnia hæc græca per lacunas omittit. Et sane, deficientibus auctoribus, quos hic sequitur Noster, nihil certi potest statui de hisce schematis.

7. Μετάλῆψιν *etiam.* Ald. Bad. Basil. inserunt *κατ' αἰτίαν*, ratione quidem reddita nulla, nec video ullum auctorem. — Μετάλῆψιν.... *utitur.* De metalepsi, vide VIII, 6, 38. Hermagoreæ disciplinæ, in qua status fit metalepsis, mentionem habes, etsi non expresso nomine magistri, III, 6, 46, *quo statu* interpretare « quo *tamquam* statu, » nisi scribere malis « quo » (scil. vocabulo) *in* statu « utitur. » Sed non est necesse. Simile exemplum vocabuli ad plures usus traducti a rhetoribus est in *μετασταίσει.* Vide §. 41.

8. *Paucissimas faciat figuras;* sic Flor. Guelf. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Stoer. Verbum omittit Camp. Reliqui *p. facit f.* — Solus R. 12 *facit.* Ed.

9. *Figuras*, ἐνθύμημα; sic Flor. Guelferb. Ambr. 1, 2, Alm. Goth. Voss. 2, Capper. E Turic. post *figuras* affertur *faciat* (vide §. 94; lib. IX, cap. 3, §. 1). Reliqui inserunt *facit*, fœda iteratione. — Solus R. 8 iterat *facit.* Ed.

quod *commentum* vocat, et *rationem*, appellans ἐπιχείρημα[1], inter eas habet; quod quidem recipit quodammodo et Celsus : nam, *consequens* an epichirema[2] sit, dubitat : Visellius adjicit et *sententiam :* invenio, qui aggregent his διασκευὰς[3], ἀπαγορεύσεις, παραδιηγήσεις· sed ut hæc non sunt schemata; sic alia vel sint[4] forsitan, ac nos fugerint[5], vel etiam nova fieri[6] adhuc possint, ejusdem tamen naturæ, cujus sunt ea, de quibus dictum est.

CAP. III. Verborum vero figuræ et mutatæ[7] sunt sem- 1
per, et, utcunque valuit consuetudo, mutantur: itaque si antiquum sermonem nostro comparemus, pæne jam, quidquid loquimur, figura est: ut, *hac re*[8] *invidere*,

1. *Appellans ἐπιχείρημα.* Abruptum hoc nimis et confragosum. Inseras *sic* ante *app.*, vel ita jungas, ut incidendo post *et*, *rationem appellans* præmissam efficiat parenthesin, ἐπιχείρημα autem proprium sit loci objectum. Visellius, sicut Cornificius, videtur affectasse honorem sermonis patrii, ut artificialia Græcorum vocabula redderet latinis. Ejus in enthymemate auctoritatem sequebatur Noster V, 10, 1. In epichiremate eumdem obscurius significat V, 10, 6.

2. *An... sit, dubitat.* Id est, « sus- « picatur esse. » Vide I, 5, 33.

3. *Διασκευὰς, ἀπαγορεύσεις, παραδιηγήσεις.* Hæc vocabula quære apud Ernestum in Technologia græca, cui adde designatum a Capper. Jul. Cæs. Scaligerum, de Poetica, lib. III, cap. 83.

4. *Vel sint.* Flor. Jens., *velut s.*, cum edd. posterioribus ante Bad.

5. *Ac nos fugerint.* Turic. Flor., *magnos tua*, cum Alm. Alter quidem a sec. man., *magis nos fugerint.* CAMP., *f. sic a. n. f.* Jenson., *magis vetusta f.*, cum edd. ante Bad. *Magis vetusta et nos fugierunt*, Basil. Aliquot ab Aldo inde indicativos posuerunt in verbis *fug. poss.* Nostram e Vall. eruit Bad. cui accedunt Guelf. Goth. CAMP. nisi quod Guelf., *fugiant.*

6. *Fieri.* Turic., *leri*, cum Alm. *Feri*, Flor. (a pr. manu).

7. *Mutatæ.* Turic. Flor., *mutæ.*

8. *Hac re invidere.* Turic. Ambr. 1 (a sec. hic quidem manu) *hanc rem i.*, cum Alm. et edd. a Jenson. ante Ald. Sed Flor., *in hanc rem i.* (a sec. manu tollitur præpositio). CAMP. Goth. (tac. Gesn.) *huic rei i.*, cum Ald. et editt. ante Gesn. Nostram habent Guelf. Ambr. 1 (a pr. manu) 2, cum Voss. 1, 3, Bern. Gesn. Bip. Pro *invidere* Dan. (vide VI, 2, 11) *invadere*, quod vult J. Fr. Gronovius ad Tac. Annal. I, 22. An ejus igitur et hic conjectura? — Poul. a sec. man. Vall. lib. RR. 8,

non, ut omnes veteres, et Cicero præcipue, *hanc*[1] *rem*: et *incumbere illi*[2], non *in illum*: et, *plenum vino*, non *vini*[3]: et, *huic*, non *hunc adulari*, jam dicitur, et mille
2 alia: utinamque[4] non pejora vincant. Verum schemata λέξεως duorum sunt generum[5]: alterum loquendi rationem vocant[6], alterum[7] maxime collocatione exquisitum est: quorum tametsi utrumque convenit

9, 13, *huic rei invidere*. Reliqui *hac re invidere*. Ed.

1. *Præcipue, hanc rem.* Turic., *p. sed huic rei*, cum edd. a Jenson. ante Ald. *P. si huic rei*, Ambr. 1 (sed rasum et repositum). Verum Flor., *p. huic rei*, cum Alm. (vide IX, 2, 107; item mox). Goth. (tac. Gesn.) *p. hac rem*. Nostram dant Guelf. Camp. Ambr. 2, cum Voss. 1, 3, Bern. et edd. ab Aldo. Burmannus locum recte constituit, nec tamen emendationem recepit. Pro *non* ante *ut* est *nam* in Turic. (a sec. manu) Camp. (qui et protinus *et*). — RR. 7, 12, *sed huic rei*. Reliqui *hanc rem*. Ed. — *Hac re.... hanc rem*. Multis Plinii junioris locis, etiam majoris VIII, 22, p. Hard. 458, « bono suo invident, » i. e., *nobis*. Lucani VII, 798; Tacit. Annal. I, 22, 3, apparet recentioribus placuisse structuram ablativi in re, quam per accusativum efferebant Cicero et veteres. Vide et F. A. Wolfium ad loc. Tac.; item Drakenb. ad Liv. II, 40, 11, qui rectissime accusativum retinuit in Livio, pertinente ad *veteres* (vide IV, 2, 118; it. VIII, 5, 12). Succedere genitivum huic ablativo per græcam rationem, recte monet Gesnerus (vide §. 17), qui et grammaticum Caprum testem addit p. Putsch. 2239: « veteres... dixerunt Invideo « tibi *divitias*, non *divitiis*, » quum Burmannus Nonium Marcellum exhibuisset, cap. 9, p. Gothofr. 765: « Invidit *illam rem* pro *illa re*. » In reliquis, quæ hic tanguntur, structuris consule lexica et grammaticos. Illud in fine *utinamque... vincant* simile est loco I, proœm. 16.

2. *Incumbere illi.* Plinius tamen lib. IV, Epist. 17, veteres æmulatus dixit: *mirum est, quam efficiat, in quod incubuit*. Ed.

3. *Plenum.... vini.* Ita Servius (referente Burm.) ad Virg. Æneid. I, 464, observat τὸ *plenus* genitivo melius jungi; sed non tamen semper Ciceronem hoc observasse docet Rivius ad Sall. Jug. 38. Ed.

4. *Utinamque... vincant. Verum schemata.* Turic., *utrim nam sch.*; a sec. manu *utrum nam sch.* Alm., *utinam sch.* (vide modo; item 9) cum Flor. (a pr. manu).

5. *Sunt genera.* Turic. Florent. (hic a pr. manu) omittunt *sunt*.

6. *Vocant.* Turic. Flor., *vocat*. Tarv. totum hoc *alterum... vocant* omittit. — Avic. Put. Poul. Prat. RR. 5, 10, *vocat*. Reliqui *vocant*. Ed. — *Alterum... vocant*. I. e., alterius nomine appellant certam aliquam loquendi rationem.

7. *Alterum maxime collocatione exquisitum.* Turic. Flor., *a. genus m. conlatione* (nisi quod hic *coll.*)

orationi, tamen possis illud *grammaticum*[1], hoc *rhetoricum* magis dicere : prius fit iisdem generibus, quibus[2] vitia : esset enim[3] orationis[4] *schema* vitium[5], si non peteretur, sed accideret[6]. Verum auctoritate, vetus- 3
tate, consuetudine plerumque defenditur, sæpe etiam ratione quadam ; ideoque, quum sit[7] a simplici rectoque loquendi genere deflexa, virtus est, si habet probabile aliquid, quod sequatur. Una tamen in re maxime utilis, ut quotidiani[8] ac[9] semper eodem modo formati sermonis fastidium levet[10], et nos a vulgari dicendi ge-

e., cum Alm. *Maxima*, Turic. (a sec. manu). *A. m. collatione e.*, Camp. *A. m. collocutione e.*, Guelf. *A. maxime conlocutione exquitum*, Ambr. 2. *A. collocatione m. e.*, Goth. Jens. cum Voss. 2, et editt. posterioribus ante Bad. qui sic *a. quod collocatione m. e.* Basil., *a. quod collationem m. e.*, sine *est* mox. *A. quod ad elocutionem m. e.*, Voss. 1, 3. Reliqui *a. quod ad collocationem m. e.* — Plerique nostri *alt. collocatione max. exquis.* Poul., *a. collatione m. e.* R. 12, *a genus collocatione m. e.* Put. Prat., *a. cum locatione m. e.* Ed.

1. *Grammaticum.* Turic., *grammatici*, sed ab eadem, ni fallor, manu correctum *cum.* Bern., *grammatici cum.*

2. *Quibus.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) omittunt, cum Alm.

3. *Esset enim..... accideret.* Vide lib. I, cap. 5, §. 53.

4. *Orationis.* (Vide I, 5, 5, « de « figuris *orationis ;* » IX, 1, 17, 36 ; IX, 2, 101.) Turic. Flor., *onis.* Hic a sec. manu *omnis.* Goth. omittit vocem, cum Voss. 2. *Omne ejusmodi*, Guelf. Ambr. 2, cum Bodl. Joann. Voss. 1, 3, quamquam ex his affertur *hujusmodi.* Pro *schema* Guelf., *thema ;* et Flor. Turicens., *thethema.* Reliqui loco nostræ vocis *omne.* — Nostri loco τοῦ *orationis* habent alii *omne*, alii *omne ejusmodi* (vel *hujusmodi*). R. 12 hæc omnia omittit. Ed.

5. *Schema vitium.* Hic deficiunt iterum Avic. Put. Poul. Prat. RR. 3, 5. Ed.

6. *Non peteretur.... accideret.* Sensus est : si non quæreretur de industria, sed forte incogitanti cuipiam contingeret. Capper.

7. *Quum sit... deflexa, virtus est.* Habes eamdem structuræ synesin, de qua egimus ad IX, 2, 79. Sed *quum* attende dictum pro *etsi*, et vide Tursell., p. 190.

8. *Ut quotidiani.* Turic. (a prima manu) Flor., *et cottid.*, cum Jens. in priore.

9. *Ac ;* sic Turicensis, Florentinus. Reliqui *et.*

10. *Ut... fastidium levet.* Citat hic Almelovenius Demetrium Phaler., §. 77, cujus locum vide apud Schneiderum, p. 37. Mox Pseudo-Turneb. et Capper. ablegant ad Aristot. Rhet. III, 3, 3, p. Buhl. 321 : τὰ Ἀλκιδάμαντος ψυχρὰ φαίνεται· οἷ

4 nere defendat[1]. Qua[2] si quis parce[3], et quum res poscet, utetur, velut asperso quodam condimento jucundior erit[4]: at qui nimium affectaverit, ipsam illam gratiam varietatis[5] amittet: quamquam sunt quædam figuræ ita receptæ, ut pæne jam hoc ipsum nomen effugerint; quæ etiamsi fuerint crebriores, consuetas 5 aures[6] minus ferient[7]. Nam secretæ, et extra vulgarem usum positæ, ideoque magis nobiles[8], ut novitate excitant[9], ita copia satiant: nec se obvias[10] fuisse dicenti, sed conquisitas, et ex omnibus latebris extractas conges- 6 tasque declarant. Fiunt ergo et circa genus figuræ in nominibus: nam et *oculis capti talpæ*[11], et *timidi damæ* dicuntur a Virgilio: sed subest ratio, quia sexus uterque altero significatur[12]: tamque mares[13] esse *tal-*

γὰρ ὡς ἰδιώματι χρῆται, ἀλλ' ὡς ἰδίωματι.

1. *Defendat.* Turic., *offendat.*

2. *Qua;* sic Guelf. Camp. Turic. (a sec. manu) cum Goth. Voss. 2, Ald. *Quod*, Turic. (a pr. manu). Reliqui *quo.* — Nostri omnes *qua*, exc. R. 12, qui dat *quo.* Ed.

3. *Parce.* Turic. Guelf. Camp., *parte.* — Nostri omnes *parce.* Ed.

4. *Jucundior erit.* Quod subjectum tribues adjectivo *jucundior?* Si intelligetur *figura*, quæ sit *jucundior* futura, perperam sustinebit ea partes rei conditæ, quum sit ipsa condimentum. An ipse orator erit *jucundior?* Ingrata fuerit imago hominis cum cibo comparati. Equidem intercidisse suspicor inter *jucundior* et *erit* vocem: *oratio.* Neque eo minus mox in *amittet* subjectum erit *orator*, non *oratio.*

5. *Varietatis.* Vall. lib. a secunda manu, RR. 8, 9, 12, *veritatis.* Ed.

6. *Consuetas aures;* sic Turicens. Flor. Guelferb. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *a. c.*

7. *Ferient.* Turic. (a pr. manu) *feriunt.* Placet.

8. *Nobiles.* Verissimam censeo emendationem Lochmanni τοῦ μαχαίρου, qua reponit *notabiles* prolus. ann. 92 priori, p. 5. Ablegat ipse ad §. 27; item IX, 4, 101.

9. *Novitate excitant;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Reliqui inserunt *aurem.* — Nostri omnes omittunt. Ed. — *Excitant.* Vide §. 66.

10. *Nec se obvias.* Turic. Florent. Guelf., *et se obv.* Sed Flor. a sec. manu *et se non obv.*, et sic Ambr. 1. — Eadem nostri. Ed.

11. *Talpæ.* Virg. Georg. 1, 183. *Timidi damæ*, Ecl. VIII, 28. *Fabricatus est glad.*, Cic. pro Rabir. post. 3. *Punitus est inimicum*, id. pro Milone, c. 13.

12. *Altero signific.* Vide I, 4, 24.

13. *Tamque mares;* sic Turic. a

*pas damas*que quam feminas, certum est: et in verbis [1], ut, *fabricatus* [2] *est gladium*, et, *inimicum* [3] *punitus est.* Quod [4] mirum minus [5] est, quod in natura 7
verborum est, et, quæ facimus, patiendi modo sæpe dicere [6]; ut *arbitror, suspicor:* et contra faciendi, quæ patimur, ut *vapulo:* ideoque frequens permutatio est, et pleraque [7] utroque modo efferuntur, [8] *luxuriatur, luxuriat; fluctuatur, fluctuat; assentior* [9], *assentio* [10]. Est 8
figura et in numero, vel quum singulari pluralis subjungitur, *Gladio pugnacissima gens Romani; gens* enim ex multis: vel ex diverso [11],

sec. manu; a pr., *tamque ares.* Flor. rasum habet locum et a recentiore mare scriptum: *nam tam*, et sic Goth. (err. Gesn.) cum edd. a Jens. ante Bad. qui e Vall. reposuit *tam enim m.*, cum edd. reliquis, exc. Camp. Hic quidem *nam tamquam m.* Guelf., *tamquam m.* — Vall. lib., *tam enim m.* RR. 7, 10, *tamque m.* RR. 8, 9, 12, *non tam m.* Ed.

1. *Et in verbis.* In verbis *genus* hoc dici a Nostro ut plerisque veterum vidimus ad I, 4, 27; I, 5, 41.

2. *Fabricatus.* Hoc igitur deponens non frequentius visum Quintiliano τῷ *punitus est.* Vide Consentium Putsch., p. 2054, nec unquam deponenter Qu. (vide X, 7, 2).

3. *Inimicum;* sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. Reliqui *inimicos.* Sed *es* pro *est* videntur dare omnes præter Basil. et posteriores ante Obr. Memoriter citavit, etiam nostram vocem. — RR. 10, 12, 13, *inimicum.* Vall. lib. RR. 7, 8, 9, *inimicos.* Omnes vero *est.* Ed.

4. *Quod... quod.* Nimis insuave hoc, ut malim pro altero scribere *quia.* Vide lib. IV, cap. 1, §. 1.

5. *Minus.* Turic. (a sec. manu) Guelf. Camp., *non.* — Sic solus R. 10. Ed.

6. *Sæpe dicere.* Turic., *præ dicere;* a sec. manu contrahitur, et sic Guelf. cum Bodl. *Sæpe prædicere*, Camp. cum Andr.

7. *Pleraque.* Flor., *plerumque*, cum Goth. Voss. 2. — Eadem nostri. Ed.

8. *Luxuriatur... fluctuatur.* Turic. Guelf. Camp. dant hæc verba ut participia per *s* in fine, cum Goth. et edd. ante Loc. — Hæc quoque ut participia dant omnes nostri. Ed.

9. *Assentior.* Vide I, 5, 13.

10. *Assentio. Est;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Bodl. Alm. et edd. ante Gryph. acc. Obr. Reliqui inserunt *revertor reverto.* — Hæc vero omittunt nostri. Ed.

11. *Ex diverso;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tacente Gesn.) cum edd. ante Bad. Reliqui *e d.* Obr., *ex adverso.* — Nostri *ex diverso.* Ed.

.....Qui[1] non risere parentes,
Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Ex illis enim, *qui* non risere, hic quem[2] non [3]dignata. 9 In Satura[4],

.....Et nostrum istud vivere triste
Aspexi.....

quum infinito verbo sit usus pro appellatione : *nostram* enim *vitam* vult intelligi : utimur et verbo pro participio[5],

1. *Qui.* Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Ambr. 1, Camp. Jens. (err. Gesn.) *cui*, cum edd. ante Burm. exc. Bad. qui nostram, auctore Politiano (p. 105, Fac. Grut., vol. I) reposuit. — *Qui non... cubili est.* Virg. Ecl. IV, 62, 63. Hic scribendi et interpretandi modus recte post Bembum et Erythræum rejicitur ab J. H. Vossio in commentario, repetiturque a vitio librarii, cujus codicem usurparet Quint. Ex vetere enim scriptura *quoi* (vide I, 7, 27) corruptum erat *qui*, et Noster, figuræ notandæ magis intentus, quam versus in carminis ipsius contemplationem, arripuit hoc in exemplum.

2. *Hic quem non dignata;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. et edd. ante Bad. *Hunc quem non dignata*, Flor. Ambr. 1, cum Goth. Voss. 2. *Non dignatus deus nec dea dignata*, Basil. *Hic quem non dignatus deus, nec dea dignata*, Obr. Reliqui *hunc non dignatus deus nec dea dignata.* Supervacuum supplementum, satis enim gnaro jam carminis lectori significatur, et cupit scriptor cito defungi.

3. *Dignata. In Satura;* sic Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. *Et* ante *in* inserunt Goth. Camp. Jens. (err. Gesn.) cum Alm. (vide §§. 1, 13) Voss. 2, et edd. ante Gryph. Reliqui hæc dant : *dign. Et mutatione partium ut in Sat.* non quidem e Regii conjectura (ut censet Gesn.) qui certi nihil definiit; cujusque ætate nihil tale additum fuit. Vide §. 7. De *Satura* (nam sic Turic. Flor.), vide IX, 2, 36. — Solus R. 13, *et mutatione partium.* Ed.

4. *In Satura.* Et apud Persium I, 8. Abruptum sane hoc et minus præparatum, nec monemur aliam nunc, quam adhuc, tangi figuram, quæ fit partibus orationis mutandis. Mollias aliquatenus legendo *est* (« In Satura est : ») pro « *et* nostrum, » Poterat enim errorem parere quod in Persio ipso præmittitur *est*, sed non faciens illud ad exemplum quo hic opus. Neque tamen cum Badio contendam, subaudiendo « *figura est*, » locum expleri, nec igitur mancum dicendum. Sed inserere quidquam me pariter ac Regium vetat religio vetustatis. Etiam hoc satis durum quod *usus sit, vult*, subitò respicit ad poetam, Persium, cujus nulla nec in prioribus, nec in sequentibus mentio. Structura quidem *quum usus sit*, et mox est §. 18, in Catullo. Ablegat Burm. ad simile Petronii, c. 44, *illud erat vivere.*

5. *Participio, Magnum;* sic Tu-

.....Magnum dat[1] ferre talentum,

tamquam *ferendum*[2]: et participio pro verbo, *Volo datum*. Interim etiam dubitari potest, cui vitio[3] simile sit schema, ut in hoc,

Virtus est vitium fugere.....

aut enim partes orationis mutat, ex illo, *Virtus est fuga vitiorum;* aut casus, ex illo, *Virtutis*[4] *est vitium fugere:* multo[5] tamen hoc utroque[6] excitatius[7]: junguntur interim schemata, *Sthenelus sciens pugnæ:* est enim, *scitus*[8] *Sthenelus pugnandi.* Transferuntur et tempora[9], *Timarchides*[10] *negat esse*[11] *ei periculum a se-*

ric. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Basil. Reliqui inserunt *ut*.

1. *Magnum dat.* « Virg. Æneid. « V, 248. Illi *volo datum* simile Te- « rentianum Andr., I, 1, 2, *dictum « puta.* Illud *virtus est,* Horat. Epist. « I, 1, 41. » Gesnerus. *Sthenelus sciens* Horat. I, 15, 24.

2. *Tamquam ferendum.* Hæc omittit R. 12. *Id est, ferendum;* sic R. 13. Reliqui receptam habent. Ed. — Servius hujuscemodi locutiones (*dat ferre*) interpretatur per *ut* et verbum passivum, id est, ut *ferretur:* videtur tamen phrasis esse græca; nam sic loquuntur Græci per infinitivum. Turn.

3. *Vitio simile;* sic Turic. Flor. Reliqui *s. v.*

4. *Virtutis.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp., *virtus,* cum Gothan. Vall. Voss. 2 (err. profecto Burm. qui nostrum ex illo), Ald. Basil. Obr. *Virtutem* sine *est* Jens. cum posterioribus ante Ald. — Nostri omnes *virtus est.* Ed.

5. *Multa.* Omnes quidem libri *multa,* quod deinde referunt ad *schemata.* Nostra est ex præstantissima Gesneri emendatione (recepta et Bip.), qui et primus interpunxit post *exc.*

6. *Hoc utroque.* Flor. inserit *quoque,* cum Goth. Kapp. — Sic Vall. lib. a sec. man. RR. 8, 9, 12. Ed.

7. *Excitatius.* Vide VI, 1, 2.

8. *Scitus Sthenelus.* Turic. Flor. *sciusticus;* a sec. manu ille *scius stenelus,* hic *sciens scitus.* Camp., *scius St.* Guelf., *sciens St. p.* Goth. (tac. Gesn.) *scitus p.* Non profecto tritum est *scitus* pro *peritus,* etsi aliquot poetarum locis probatum; nec fuerit rationis huc vocare obsoletum illud *scius.* An tentabis « en. *non « nescius* St. pugnandi? » — Eadem nostri. Ed.

9. *Et tempora;* sic Turic. Flor. Guelf. Gothan. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *etiam t.* — Omnes nostri *et tempora.* Ed.

10. *Timarchides.* Vide Cic. Verr. V, 44.

11. *Negat esse.* Turic. Guelf., *negare est.*

curi (præsens [1] enim pro præterito positum est), et status [2],

Hoc Ithacus velit.....

et, ne morer, per omnia genera [3], per quæ fit *solœcismus*. Hæc quoque est [4], quam ἑτέρωσιν [5] vocant: cui

1. *Præsens... præterito.* Est autem peculiaris phrasis historicis; narrant enim præterita per præsens. Turn.

2. *Et status;* sic Turic. Florent. Ambr. 1, cum Goth. 1, 2, Voss. 2, Alm. A sec. manu Turic., *e. Statius,* ut et Guelf. Camp. cum Bodl. Andr. Vall. ex quo *e. Stathius.* Mox Jens., *e. Virgilius,* cum edd. ante Bad. acc. Capper. qui negligenter recenset auctores vanissimæ scripturæ. *Ut Virgilius,* Basil. Reliqui *et futurum pro præsenti* de Badii conjectura. Vide, Gesnero indicante, Canneg. ad Avianum 14, p. 101, qui rectissime vidit hæc esse inquinata.—Nostri *et status,* exc. R. 10, qui *et Statius* Ed. — *Et status.* Hoc vocabulum hic interpretor positum pro: *modi,* nam *velit* conjunctivus est pro *vult* indicativo. Sic variatum fuisse a grammaticis in hac appellatione apparet I, 5, 41. Locus Virgilianus est Æneid. II, 104.

3. *Omnia genera;* sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. Gothan. Jens. (tac. Gesn.) cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Gryph. Reliqui inserunt *fit.* — Nostri omittunt. Ed.

4. *Quoque est;* sic Turic. Flor. Guelf. Ambr. 1, Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *e. q.* (vide V, 10, 19).

5. Ἑτέρωσιν. Guelf. lacunam habet Camp., στιμπωσιν. Vall., ἑτερώσιν. Tarv., ἑτροίωσιν, cum Goth. Ald. Posui, ut appareret raram esse et exiguam in hac voce varietatem, quum nec multum proficiat illud, quod conjectura petebat jam Dan. (vide §. 1) ἑτροίωσιν. Satis etiam firmata vox nostra per Schneiderum loco Antonini IV, 39; quamquam alias rara in scriptoribus, nec proprie, quod sciam, rhetoribus usurpata. Quod Ernest. in Technol. ablegat ad Ammonium, v. Ἀλλοίωσις et Μεταλλάσσεσθαι, ille quidem rhetorico significatu non habet.—Ἑτέρωσιν ἐξαλλαγή. Apparet pro arbitrio has appellationes positas a rhetoribus; neque enim quidquam inest in etymo, quod certum discrimen constituat. Usu igitur frequentatas dignoscere contingat leves hasce significationum umbras, quas nunc, semel modo oblatis vocabulis, ignoramus. Nam ἐξαλλαγή, quæ est apud Dionysium de vi Demosth., p. 982, Reisk., indicante Ernesto, in Technol. græca, latius patet et omne variandæ per schemata orationis artificium demonstrat. *Hæc* pronomen accipio ut *Illa.* Vide VI, 1, 50; et mox §§. 20, 35; ut *est* significet, *accidit, reperitur,* et subaudiendum *figura,* ad pronomen femininum. Ἑτέρωσις quidem nullo exemplo illustratur, quod profecto arguit intercidisse hic aliquot verba. In loco Sallustiano (Jugurth. 10) *falsum habuit* variatum esse pro *fefellit* unusquisque videt. Alterum quid sibi velit, difficilius dictu, et miror neminem præter Badium attendisse. Suspicatur ille fuisse:

non[1] dissimilis[2] ἐξαλλαγὴ[3] dicitur: ut apud Sallustium, *Neque ea res falsum me habuit:* et, *Duci*[4] *probare:* ex quibus fere præter novitatem brevitas etiam peti solet: unde eousque processum est[5], ut *non* [6]*pœniturum*, pro non acturo pœnitentiam: et *visuros*[7], ad videndum missos idem auctor dixerit. Quæ ille[8] quidem fecerit 13
schemata, an idem vocari possint[9], videndum, quia recepta sint[10]: nam receptis etiam vulgo auctore con-

« *opinione duci pro probare*, » mihi quidem nil ejusmodi persuadens. Qui invenerit locum scriptoris, si forte sit alicujus, facile rem expediat. Adhuc respici Sallustium et ejus verba esse, fortasse in deperdita operum parte, verosimillimum, propter id quod sequitur *idem auctor*. In hoc quidem exemplo solo brevitas possit deprehendi, neque enim ulla in *falsum habuit*.

1. *Cui non;* sic Ambros. 1. *Cui;* Jens. cum edd. posterioribus ante Bad. Reliqui *cum*. — Sic quoque nostri. Ed.

2. *Dissimilis*. Locat. *similis*, cum edd. posterr. ante Bad. — Nostri *dissimilis*. Ed.

3. Ἐξαλλαγή. Turic., *eξamat* ». Ambr. 1, EZAMATH. Florent., *amat enim*, cum Kapp. Goth. 2, *est*, et lacunam ostendit Guelf. *Est Zeuma cum*, CAMP. Goth. (err. Gesn.) cum Tarv. et edd. ante Ald. (nisi quod edd. a Tarv. *tum*). *E zeuma tum*, Jens (err. Gesn.) *Est Zeugma, cum*, Ald. *Est, zeugma tum*, Bad. Reliqui *est, Zeugma*. Vide IX, 2, 103.

4. *Duci*. Flor., *ducit*, cum Goth. — Eadem nostri. Ed.

5. *Processum est*. Leid. Burm., *p. esse*, per sphalma suspicor, quamquam possunt videri Turic. et Flor. dare, e quibus nulla varietas.

6. *Non pœniturum... visuros*. Sunt hæc e deperditis Sallustii, neque tamen inter fragmenta recensentur apud Cortium, ubi *pœnitens* solum est e Charisio, p. Putschii 224, sed hoc et apud Ciceronem et Suetonium et Priscianum, pag. 922. Oblitus videtur Quint. Accii exemplum, quod præstant lexica.

7. *Visuros*. Non prætermittenda hoc loco acutissima Lipsii ad Tac. Annal., XVI, 2, conjectura, qui Sallustii, quod memoret Noster, fuisse suspicatur non *visuros*, sed *visores*. Eam nimis calide rejicit Ernestus, de *verbis* agi monens, non de *substantivis*. Tanta in veteribus non erat subtilitas disputandi de rebus grammaticis, ut verbalia plane secernerent a verbo. Nec tamen quidquam definiam, quum habeant, quo se commendent, et Ernesti argumenta τὸ *visores* aspernantis ipsiusque etiam Oberlini. Vide Cangium in v.

8. *Quæ ille... videndum*. « Hæc « quum primum scriberentur a Sall., « schemata profecto fuerunt; nunc « tamen an eodem nomine sint ap« pellanda, quærendum est, quia « jam abierunt in communem ser« monem. » Malim « recepta *sunt*. »

9. *Possint*. Turic. Guelf., *possit*.

10. *Sint*. Turic. (a pr. manu) Flor.,

tenti sumus: ut nunc [1] evaluit *rebus agentibus* [2], quod Pollio in Labieno damnat: et, *contumeliam fecit* [3], quod a Cicerone reprehendi notum est: *affici enim contu-*
14 *melia* dicebant. Alia commendatio vetustatis [4], cujus amator unice Virgilius fuit,

sit. Vide §. 20, ubi *sit* pro *sunt*.

1. *Ut nunc evaluit*. Turic. Guelf. Camp., *utinam velut*, cum Gothan. Kapp. Bodl. Bal. Vall. Voss. 2, Flor. (a sec. manu); a pr. *utinam voluit*, cum Alm. (§§. 9, 31) sed hic a sec. manu *utinam vetuit*. Ambr. 1, *utrum nam*, an habeat *evaluit* certo non dicam. *Utrum natura e.*, Jens. cum edd. ante Ald. acc. Bad. *Verum natura e.*, Ald. cum reliquis ante Obr. Sed hic cum Burm., *uti*. Malim equidem *ut jam* pro *ut*, vel *uti nunc*.— Vall. lib. RR. 9, 10, *utinam velut rebus agentibus*. RR. 7, 8, 12, *ūt velut rebus agentibus*. Ed.

2. *Rebus agentibus;* sic Turicens. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp. cum omnibus MSS. sed edd. a Jenson. ante Obr. omittunt *rebus*. — *Rebus agentibus*. Suspicor vitium esse in eo, quod passive usurpatum est participium, qualia structuræ portenta amant nostri pragmatici (vide III, 6, 59): « *Vorhabende* Sache, « *tragende* Liebe. » Mirandum est sane quod hujus, quæ *evaluerat* Quint. tempore (vide VIII, 6, 32), locutionis nemo adhuc exemplum demonstravit in scriptoribus, fortasse tamen has familiaris sermonis sordes dedignantibus. Labieni cum Pollione rixas vide ad IV, 1, 11. Pollioni videtur fuisse quod Ciceroni Antonius.

3. *Contumeliam fecit*. Cic. Philipp. III, 9. De eo loco diligenter egit ad quem ablegant interpretes, J. F. Gronovius, Observ. III, 8, p. 375-384. Recte monet Gesnerus, Quintil. intellexisse dictum *facere contumeliam* velut *facere jacturam* pro *pati*.

4. *Vetustatis*. Turicensis, Florentinus (hic quidem a prima manu), Guelferbytanus, *veritatis*, cum Almelov. — *Vetustatis*. Ejus quidem notam in exemplis his, quæ afferuntur, Virgilianis, non agnoscunt VV. DD. *Vel* hoc a Cicerone potius sumpsisse Virgilius Budæo videtur (Comment. græc. ling., p. 1454, indicante Burm.), quam ab obsoleta vetustate retulisse. Et Gesnerus aliquid intercidisse sibi persuadet ante hunc versum, quod ad vetustum usum particularum speciatim pertineret. Equidem non puto ad hujusmodi remedium esse confugiendum: *vel quum* (Æneid., XI, 406) in hac orationis præcisione, ubi omne id quod protasin sequi debebat, lectori intelligendum relinquitur, multum habet insolentiæ, quam ego antiquitati ascribendam esse facile credo Quintiliano. Neque ullus eorum, quos Budæus ponit, locorum hac parte similis est nostro. In altero versu (Æneid., I, 19) *sed enim*, et maxime ita postpositum, vetustatem habet. De Virgilio archaismi studioso vide VIII, 3, 25. Spectatur et ibi vetustas particularum usu. Mire vacillavit memoria Nostri, quum *jactat* scriberet in priore versu, pro quo est

Vel quum se pavidum contra mea jurgia jactat:
Progeniem sed enim trojano a sanguine duci
Audierat.....

Quorum similia apud veteres tragicos comicosque sunt plurima; illud et [1] in consuetudine remansit, *Enimvero* [2]. His amplius [3] apud eumdem:

Nam quis te [4] juvenum confidentissime....

quo [5] sermonis initium fit [6]: et,

Tam magis illa tremens [7], et tristibus effera flammis,
Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.

Quod est versum ex illo [8], *Quam magis ærumna urget*,

apud Virgilium *fingit*, quod solum loco congruit.

1. *Illud et;* sic Turic. Guelferb. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *i. etiam.*

2. *Enimvero.* Transpositionem conjunctionis, quæ alias vitat initium (vide I, 5, 39) ascivit et comprobavit consuetudo in hac quidem voce. Videtur ergo *vel* quoque in versu Virgiliano ut transpositum notasse, quod ad *pavidum* pertinuerit; in qua ratione minime sequar ejus auctoritatem.

3. *His amplius;* sic Vall. lib. RR. 8, 9, 10, Camp. Andr. Jenson. ab emend. *His amplis;* sic R. 7, Jens. *Is amplius,* Ald. Vide I, 5, 50. Ed.

4. *Nam quis te.* Georgic. IV, 445. *Tam magis.* Æneid. VII, 787.

5. *Quo;* sic Turic. Flor. Ambr. 1, Camp. cum Goth. Bodl. Voss. 2, et edd. ante Ald. acc. Obr. Reliqui *cum quis* ex Regii conjectura. — Omnes nostri *quo.* Ed.

6. *Initium fit;* sic Obr. Reliqui *i. sit.* Nostram rationem probabat et Gesnerus. — Nostri omnes *initium sit.* Ed.

7. *Illa tremens.* Ald., *illa fremens,* et sic est apud Virgilium. R. 13, *illa furens.* Ed.

8. *Quod est versum ex illo... viget.* Hunc locum interpretes præter Regium, moxque Muretum (Varr. lectt, 19, 2) securi transeunt, acquiescentes illi, ut videntur, horum, quos dixi, suspicione, esse hoc ex vetere quadam tragœdia. Versus enim, ait Muretus, est trochaicus. Et sane in illa Romanorum licentia, ubi fas est trochaicos stipare quatuor temporum pedibus, exit tetrameter qui digitos expleat. Hanc rationem tenens Gedoynus reddidit: *Quod est versum ex illo* hisce: « *ce qui est visiblement imité de cet endroit.* » Hoccine autem potuisse placere Quintilianum legentibus! Quando ille imitationem aliquam ex alio scriptore expressam ita designavit, ut *versum* diceret locum? Et quis unquam ita Latinorum? Nec quidquam intererat expressum hoc docere aliunde. Noster modo (§. 10) pronunciabat carmen Horatianum « aut partes « orationis *mutare ex illo*... aut ca-

16 *tam magis ad malefaciendum viget*[1]. Pleni talibus antiqui: sicut initio Eunuchi Terentius[2], *Quid igitur faciam?* inquit: *Allusit*[3] *tandem leno:* Catullus[4] in Epithalamio,

.... Dum innupta[5] manet, dum cara suis[6] est,

quum prius *dum* significet *quoad*[7], sequens *usque eo*.

« sus *ex illo;* » *versum ex illo* igitur et hic non aliter dixisse putandus est, quam ut rectam orationem indicaret, a qua deflexerit hoc schema Virgilianum. Ita apparet verba, quæ veteri tragœdiæ assignant VV. DD., esse Nostri ipsius, qui illam in Turni galea Chimæram a Virgilio fictam inter explicandum deducat protinus ad veritatem; nec quidquam in hoc schemate spectat rhetor, nisi transpositionem, per quam prior est sensus qui debebat esse posterior, et vicissim. Fateor tamen paulo operosius hic egisse interpretem; et *ærumnam* mirum est posuisse. Vide VIII, 3, 26. Nos quidem magis movet illud *tam magis, quam magis* pro *quanto* et *tanto*, sed de eo nunc non cogitat Noster.

1. *Urget... viget;* sic et Turicens. (quamquam altero loco *juget*) Ambros. 1, Guelf. Camp. præter editt. ante Bad. et tot ab aliis memoratos Codd. quo rediit Gesn. (et Bipont.) quum reliqui secuti essent Regium transponentem *viget... urget.* Flor. quidem utrobique *urget.* — Nostri receptam lectionem habent. Ed.

2. *Terentius.* I, 1, 1. Quo hoc consilio nunc ponat, non apparet. Vix enim acquiescas Turnebiano commento, quod per archaismon *igitur* sit pro *deinde*, vel vetusto more postpositum esse *igitur.* Vide I, 5, 39. Alterum etiam obscurius, in quo neque auctor innotescit, neque scriptura in comperto. *Tandem* facere figuram, ab initio sententiæ positum (sed præcedit tamen vox), monet Gesnerus. Idem totum hoc *pleni.... leno* suo loco deerrasse suspicatur per librariorum incuriam, et debere reponi post *initium fit. Talibus* enim plenos antiquos, ubi initia sermonis particulas habeant continuandæ orationi proprias; sic et aptius cohæsurum e Catullo exemplum. Non equidem profici multum sentio hac transpositione. Nimium in omnibus hisce obscuritatis. An Comicorum loca retulit propter abruptum incipiendi modum, quasi aliquid jam præcesserit?

3. *Allusit.* Turic., *alius in.* Flor. *alius vi;* uterque a pr. manu *leo* pro *leno*, quod notat Burm. Sphalma est Obr.—Solus R. 8, *leo.* Ed.

4. *Catullus.* Carmine lib. LXII, vers. 45.

5. *Dum innupta.* Turic. (a pr. manu) Ambr. 1, *tum i.*

6. *Suis est.* Goth. (tac. Gesn.) *s. sed*, cum Voss. 2, inde error vett. edd. inserendi *sed* post *est* a Jens. usque ad Obr.—Eadem nostri. Ed.

7. *Quoad, sequens.* Turic. Camp. Ambr. 1, *quod adsequens.* Turic. a sec. manu *quod assequens*, et sic Guelf. cum edd. ante Ald.—Eadem nostri. Ed.

Ex Græco vero translata vel[1] Sallustii[2] plurima, quale est, *Vulgus*[3] *amat fieri:* vel Horatii[4] (nam is[5] maxime probat hoc): 17

....Nec ciceris[6], nec longæ invidit avenæ.

vel Virgilii[7],

.....Tyrrhenum navigat æquor.

Et jam vulgatum actis quoque[8], *Saucius pectus.* Ex eadem parte figurarum *additio*[9] et *abjectio* est; illaque 18

1. *Vel... vel... vel.* Vide VI, 2, 3.

2. *Vel Sallustii.* Flor., *qualis S.*

3. *Vulgus amat fieri.* Designant Bell. Jug., cap. 34, ubi simile quid, si unquam, hic bonus conjector fuit P. Francius, suadens *vulgo* pro *vulgus.*

4. *Vel Horatii.* Turic. Guelferb., *vero orati.* — *Horatii.* « Cujus plu- « rimos omnium generum græcis- « mos notant passim interpretes. « Locum Fabio laudatum Sat. II, 6, « 83, non omisit in Hellenolexia « Vechnerus I, 2, 24, 7, pag. 332, « ubi pulchre hanc constructionem « cum Cæsaris illa voce comparat « apud Plut. Cato. extr. ὦ Κάτων, « φθονῶ σοι τοῦ θανάτου· καὶ γὰρ ἐμοὶ « σὺ τῆς σαυτοῦ σωτηρίας ἐφθόνησας. » Gesnerus.

5. *Nam is;* sic Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Voss. 2, Ald. Basil. Colon. Colin. et inveniebat Regius. Reliqui *n. id.* In Mureti Siglis illis N. I. S. P. inesse videtur *is* nostrum. — *Nam is;* sic RR. 8, 9, 12 a sec. manu. *Nam id;* sic Vall. lib. RR. 7, 10, 12. Ed.

6. *Hoc nec ciceris.* Turic. Flor. Ambr. 1, *nec Ciceronis;* a secunda manu Turic., *hoc Ciceronis*, et sic Camp. Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, et edd. ante Gryph. *Ciceronis* solum Guelf. Mox a Gryphio inde (vide §. 9): *hoc Ciceronis. Et mutatio casus: ut nec illi sepositi ciceris* ante Obr. qui nostram, nisi quod omittit *nec.* Reliqui post *nec* inserunt *illi Sepositi.* Alter vett. error *invadit herne, harenæ, Herœ, hecne* notatu vix dignus. — Nostri *hoc Ciceronis*, et pro τῷ *avenæ* habent *herne.* Ed.

7. *Vel Virgilii;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Reliqui *et V.* — Nostri *vel Virgilii.* Vide Æneid., I, 67. Ed.

8. *Actis quoque.* Ablegat Gesnerus ad Lipsium in Tacit. Annal., lib. V, cap. 4, ubi et locus Annal., XIII, 31; testans inprimis, quam contemptum opus *acta.*

9. *Figurarum additio.* Hic præter alios errores, minus notabiles, inserunt *prior* vett. libri ante Ald. MSS. et excusi, quod idem mox omittunt ante *videri.* Item magna confusio est in loco Virgiliano. Cujus exempla ponere Turic. et Flor. satis habebo. Prior quidem: *gratia est nam neque pindi potest enim deesse alterum neque parnamsi vobis juga nam neque pindi neque et apud;* a sec. autem manu scribitur

prior videri potest supervacua, sed non sine gratia est:

Nam neque[1] Parnasi vobis juga, nam neque Pindi.

Potest enim deesse alterum *nam:* et apud Horatium illud,

.....Fabriciumque,
Hunc, et intonsis[2] Curium capillis.

Et detractiones[3], quæ in complexu sermonis, aut *vitium* habent, aut *figuram*, ut[4], *Accede ad*[5] *ignem:*
19 *jam*[6] *calesces plus satis: plus* enim *quam satis* est. Nam

parnasi, et ultima *nam neque... neque* omittuntur. Alter sic: *g. e. nam neque pindi potest enim deesse alterum neque parmam si vobis juga nam neque pindi potest enim deesse alterum neque et apud.* Nostra constitutio, quæ Regio maxime debetur, est apud Badium primum. — Nostri inserunt *prior* ante *additio*, et loco τοῦ *objectio* habent *adjectio*. Cæterum iidem verba, quæ sequuntur, scribunt haud aliter ac Spald. in textu. Ed.

1. *Nam neque.* Virg. Ecl. X, 11. Horat. Carm. I, 12, 40. Satis difficile est dictu, quare hujus exempli fecerit locum Horatianum, nisi forte, perperam profecto orationem construens, *Hunc* abundare credidit, unde est in editt. quibusdam (Gryph. Stoer. Chouet.) subjectum post *capillis* « ubi possis » vel « ubi « possis demere *hunc.* » Apparet, quam male interdum hæserint veterum memoriæ quæ legerant, quamque fortasse male interpretati sint scriptorum sensus: neque enim Aristarchus solus caligavit ad Homerum suum. Præterea ne illud quidem est in comperto, cur dicat « ex *eadem* « figurarum parte. » Ex qua igitur? Profecto græcismum intelligi voluit. Quamquam non equidem dixerim, has *additiones* et *objectiones* eo potissimum pertinere. An *ex eadem parte* dixit omnino de figuris orationis? Id quidem minus probo.

2. *Intonsis.* Guelferb. Horat., *incomptis*, et sic in vetere Mureti Cod. Meorum quidem præterea nullus. — Solus R. 10, *incomptis.* Ed.

3. *Et detractiones.* Bad. (sine auctore, nec reddita ratione) *est etiam adjectio* obtemperantibus omnibus post eum ante Gesnerum. Reliqui et scripti et excusi nobiscum faciunt. — Nostri *et detractiones.* Ed. — *Et detractiones... habent.* Vide de figura detractionis IX, 2, 37. An aliquid interciderit non dicam. Saltem nondum de iis præceperat detractionibus, quæ essent extra *compl. serm.*

4. *Figuram, ut, Accede;* sic libri omnes MSS. (de Goth. tac. Gesn.) et excusi ante Gryph. exc. Badio. Reliqui ante *ut* inserunt: *figuram.* Tum debebat et *vitii* mentio fieri.

5. *Accede ad ignem.* Terent. Eun. I, 2, 5. Est *hunc* in poeta ante *calesces.*

6. *Ignem: jam;* sic Turic. (a pr. manu) Flor. cum Alm. Reliqui inserunt *hunc.*

de altera [1], quæ *detractione*, pluribus adjiciendum est: utimur vulgo et comparativis pro absolutis [2], ut [3] se quis *infirmiorem* esse dicet [4]: duo inter se comparativa committimus, *Si te, Catilina* [5], *comprehendi, si interfici jussero, credo, erit verendum mihi, ne non hoc* [6] *potius omnes boni serius a me, quam quisquam crudelius factum esse dicat.* Sunt et illa [7] non similia solœcismo quidem, sed tamen numerum mutantia, quæ et [8] tropis assignari solent, ut de uno pluraliter dicamus,

Sed nos [9] immensum spatiis confecimus æquor:

1. *Nam de altera... adjiciendum est;* sic Turic. Flor. Guelf. Gothan. (err. Gesn.) cum Voss. 2 (nisi quod hic dicitur omittere *quæ*), Alm. et edd. ante Aldum. Reliqui *De altera quæ detractio est pluribus dicendum est.* Hoc e Regii mutatione. Nostra corrupta quidem, sed hæc corruptior. Facile emendes illam: *nam ad alteram quidem detractionem pluribus adjiciendum est.* Frequens est, *nam* respicere ad suppressum quid, quod præcesserit, quasi dixerit: « Defungor hoc quam « brevissimo exemplo, ubi nihil de« est, nisi *quam*, nam ad cæteram « *detr.* pluribus verbis illud, quod « omittitur, adjiciendum est, quo « sententia expleatur. » — Vall. lib. a sec. manu, *De altera, quæ detractio est.* Vall. lib. RR. 7, 10, *Nam de altera, quæ detractione.* RR. 8, 9, 12, *Nam de altera detractione.* Iidem habent *pluribus adjiciendum est.* Ed.

2. *Pro absolutis.* Id est, *pro positivis gradibus*, ut nunc loquuntur grammatici. Ed.

3. *Ut se*, sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui inserunt *cum*. — Sic quoque nostri, exc. R. 10, qui *cum* non habet. Ed.

4. *Dicet;* sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. *Dicit*, Goth. cum Voss. 2. Reliqui (de Jens. err. Gesn.) *dixerit.*

5. *Si te, Catilina;* sic Ambr. 1, Camp. cum Goth. Locat. et posterioribus ante Gryph. *Sit ex C.*, Turic.; a sec. manu *Sic e C.* Flor. Guelf., *Sic ex C.* Jens. Tarv., *Sic te.* Reliqui *jam* inserunt ante *C.* ex Cicerone. — Eadem nostri, nisi quod *jam* et *sit* nullibi reperimus. Ed. — *Si te, Catilina.* Ex Cat. I, 2.

6. *Ne non hoc.* Turic. Flor., *nec non h.* Guelf. Camp., *ne non*, cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Gryph. — Τὸ *hoc* omittunt nostri. Ed.

7. *Sunt et illa;* sic Flor. Camp. Obr. *S. enim et i.*, Goth. (tacente Gesn.) cum Voss. 2. *Sit et i.*, Tur.; a sec. manu *Sic et i.*, cum Guelf. Bodl. *Sunt illa et*, Jens. (tac. Gesnero) Tarv. Reliqui omittunt *et.* — *Sunt et illa.* Vide §. 12.

8. *Et tropis.* Turic. Flor. (a pr. manu uterque) *ex torpis.* Nihil tamen latet. — *Et tropis.* « Nam ad « synecdochen pertinent: aliis ta« men ἐναλλαγὴ numeri dicitur. » Capperonnerius.

9. *Sed nos.* Virg. Georg. II, 541. Ed.

et de pluribus singulariter [1],

Haud secus [2] ac patriis acer Romanus in armis.

21 Specie diversa, sed genere eadem et hæc sunt,

Neve tibi [3] ad solem vergant vineta cadentem:
Ne mihi [4] tum molles sub divo [5] carpere somnos,
Neu dorso nemoris libeat jacuisse per herbas:

non enim nescio cui [6] alii prius, nec postea sibi uni, sed omnibus præcipit: et de nobis loquimur tamquam
22 de aliis [7], *Dicit Servius. Negat Tullius:* et nostra persona utimur pro aliena, et alios pro aliis fingimus: utriusque rei exemplum pro Cæcina [8]: Pisonem, adversæ partis advocatum, alloquens Cicero dicit, *Restituisse te dixti* [9], *Nego me ex edicto* [10] *prætoris restitutum esse:* verum enim [11] illud *restituisse* Æbutius dixit; Cæcina,

1. *De pluribus singulariter.* Vide VIII, 6, 28.

2. *Haud secus.* Virg. Georg. III, 346. Ed.

3. *Neve tibi.* Virg. Georg. lib. II, v. 298. Ed.

4. *Nemihi.* Turic., *nē* ✗. Ex Alm. et Goth. nostrum. Ille a sec. manu *nec noctu* pro *n. m. tum*, et sic Camp. Guelferb. cum Bodl. Reliqui *Nec mihi*, ut et aliquot Virgilii libri. — Eadem nostri. Vide Virgil. Georg. III, 435. Ed.

5. *Divo;* sic Turic. Guelf. cum Alm. Bodl. Voss. 2, Goth. Jenson. et edd. posterioribus ante Stoer. exc. Bad. Reliqui *dio.* Etiam *mollis* vett. mei ante Gryph. quamquam aliquot silentur, et Ald., *molleis.* —Nostri omnes *molles sub divo.* Ed.

6. *Nescio cui.* Vall. lib. RR. 8, 9, Camp. Andr. Goth., *nescio an.* Ed.

7. *Tamquam de aliis.* « Dicit Ser« vius, seu Sulpicius: hoc est asserit: « Negat Tullius: hoc est ego. Sunt « enim verba Tullii » [ubi tandem? Nam certe non in Murenana Ciceronis, ubi poteras suspicari.] « Si« cut Chremes de se dicit in An« dria: Non hercule faciet. » IV, 4, 36. Badius. Exemplum etiam fuerit Horatii Epist., I, 16, 49; « renuit « negitatque Sabellus. » et passim talia inveniri possunt.

8. *Pro Cæcina.* Cap. 29.

9. *Te dixti.* Turic. Flor. Ambr. 1 (sed loco raso), Guelf. Camp., *dixisti*, cum Alm. et libris Ciceronis. *Dixit*, Tarv. Vide lib. V, cap. 13, §. 47.

10. *Me ex edicto;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Almel. Voss. 2. Reliqui omittunt *ex* et hic et mox. Vide et Cic. Ern.

11. *Enim.* Jens. omittit cum posterr. ante Ald. — *Verum enim.* Non satis assequor *verum*, et suspicor legendum *vere*, i. e., « *re vera* enim

nego me [1] *ex edicto prætoris restitutum esse :* et [2] ipsum *dixti* [3], excussa [4] syllaba, figura in verbo [5]. Illa quoque 23
ex eodem genere possunt videri : unum quod [6] *interpositionem*, vel *interclusionem* dicimus, Græci [7] παρένθεσιν vocant, dum [8] continuationi sermonis medius aliquis sensus intervenit, *Ego quum te* [9] (*mecum enim sæ-*

« hæc Æbutius et Cæcina dixerunt, « litigatores, non Piso et Cicero, « patroni. » — *Æbutius*. Pars adversa Cæcinæ. Ed.

1. *Cæcina, nego me*. Hoc quidem ordine solus Gesn. seqq. Bipp. Rectissime, nam cæteri turbate *nego me Cæc.*, quod non attinebat emendari italicis et romanis characteribus adhibendis, ut fecit Capper. Vide IV, 2, 128; item hic §§. 12, 45.

2. *Esse : et ipsum ;* sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. cum Voss. 2, et edd. ante Bad. Reliqui inserunt *ubi*. — Nostri omnes omittunt. Ed. — *Et ipsum... in verbo*. An hæc sint ab ipso Quint., certo non dicam.

3. *Dixti*. Flor. Ambr. 1, *dixisti* (loco raso). Tarv., *dixi*.

4. *Excussa ;* sic Flor. Camp. cum Goth. Voss. 2, Palat. Gebh. (Crep. III, 11), et edd. ante Basil. *Excusa*, Turic. Ambr. 1, cum Bodl. Alm. Obr. *Exclusa*, Guelf. marg. Basil. Reliqui *extrita*, sine auctore. — Nostri *excussa*, exc. R. 10, qui *exclusa*. Ed.

5. *Verbo. Illa ;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tacente Gesn.) cum Alm. Voss. 2, et editt. ante Bad. Reliqui inserunt *est*. — Omittunt omnes nostri. Ed.

6. *Unum quod ;* sic Turic. Flor. cum Goth. Voss. 2, Alm. et edd. a Jens. ante Basil. exc. Ald. *Unumque*, Guelf. *Nosque*, Camp. *Quæ nos*, Obr. Reliqui *quam nos*. — Nostri *unum quod nos*. Hæc omisit R. 10. Ed. — *Unum*. Huc respicit, quod mox (§. 24) subjicitur *alterum*.

7. Παρένθεσιν. Ambr. 1, παρένθεσιν παρέμπτωσιν. Flor., NaΠHNHONEΛPeMeΓωCIN. Guelf., ματηνηονε αρεμετοσιν. In hisce quid lateat nulla intentione assequor, quamquam extrema satis aperiuntur ab Ambr. 1, neque enim dubitandum, quin altera vox græca sit subjicienda. Hæc non est inaudita apud præceptores orandi, velut Dionys., p. Reisk. 792, indicante in Technol. Ern. : ἐπ'... ἐνθυμημάτων τε καὶ νοημάτων αἱ μεταξὺ παρεμπτώσεις πολλαὶ γιγνόμεναι; item p. 804. Veram esse priorem vocem, quæ et sola in Flor. reponitur a sec. manu, persuadet auctoritas Turic. et Ambr. quamquam ipsum illud arcanum inquinatissimæ scripturæ tentat magis et torquendo lactat animum legentis. Nisi forte in fractis istis tabulis agnosces ipsam παρένθεσιν (an παρένθετον? vide §. 26), quod tamen non probarim. Quo minus παρεμπτώσιν insererem, vetuit dubitatio suborta de conjunctione adhibenda; nam ἀσυνδέτως non sunt cumulanda hæc vocabula. Suspicor interfuisse græcum ἤ (vide III, 11, 5). Possit tamen *et* quoque. — Παρένθεσιν. Vide VIII, 2, 15. Ed.

8. *Dum*. Turic. Guelf., *duo*.

9. *Ego quum te*. Pro Mil., c. 34.

pissime loquitur) *patriæ reddidissem*: cui adjiciunt *hy-*
24 *perbaton*, quod [1] inter tropos esse noluerunt [2]: alterum [3], quod est ejus figuræ sententiarum [4], quæ ἀποστροφὴ dicitur, simile, sed [5] non sensum mutat [6], verum formam [7] eloquendi:

> .... Decios [8], Marios, magnosque Camillos,
> Scipiadas duros bello, et te, maxime Cæsar.

25 Acutius [9], adhuc in Polydoro:

> Fas omne [10] abrumpit, Polydorum obtruncat, et auro
> Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis,
> Auri sacra fames?...

Ii qui [11] tam parva momenta [12] nominibus discreve-

1. *Hyperbaton, quod;* sic Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. cum Goth. Alm. Voss. 2, Jens. et edd. posterr. ante Ald. Reliqui, Regio jubente, inserunt *non illud*, quod, nisi dormitavi, est jam in Camp. Vide lib. IX, cap. 2, §. 79.

2. *Noluerunt;* sic Turic. Flor. Ambr. 1. Reliqui *voluerunt*. — Eadem nostri. Ed. — *Hyperbaton.... noluerunt.* Vide VIII, 6, 67.

3. *Alterum;* sic Turic. Ambr. 1, Guelf. cum Goth. Alm. Voss. 2, Jens. et edd. posterr. ante Ald. Reliqui, jubente Regio, præmittunt *sed*, quod Camp. quoque habet. — Nostri omittunt. Ed.

4. *Ejus figuræ sententiarum.* IX, 2, 38.

5. *Sed.* Turic. Flor. Guelf., *est.* Ambr. 1, *et*, cum Jens. et editt. postt. ante Ald. Reliqui *cum*, quorum et Camp. Nostrum e conjectura.—Nostri *cum*. Ed.

6. *Sensum mutat;* sic Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. cum Alm. Jens. et add. postt. ante Ald. Reliqui *sensus mutatur*, quorum et Camp. — Sic quoque Vall. lib. RR. 8, 9. *In sensus mutatur;* sic R. 12. Ed.

7. *Formam;* sic Ambr. 1, Guelf. Tarv. cum edd. posterr. ante Ald. Reliqui *forma*.

8. *Decios.* Virg. Georg., lib. II, vers. 169. Ed.

9. *Acutius.* Malim *acrius*. Vide 28, 71, 74; IV, 1, 64.

10. *Fas omne.* Æn. III, 55. Ed.

11. *Ii qui;* sic Camp. cum Goth. Voss. 2. *H. qui*, Turic. *Enim qui*, Guelf. Reliqui omittunt *Ii*.

12. *Parva momenta.... discreverunt.* Ii noluerunt figuram hanc eodem nomine appellari, sive sententiæ esset, sive orationis, et alteram quidem μετάβασιν vocarunt. Hanc vide apud Rufinianum, pag. Ruhnk. 243. Quamquam aliter ac Noster definit et habet *apostrophen* inter schemata lexeos. Sed vide de eodem Rutilium Lupum, pag. 72, indicante jam Regio, et hic quidem propior nostrum. De *aliter*, vide notam sequentem.

runt, μετάβασιν vocant, quam et aliter fieri [1] putant:

Quid loquor [2]? aut ubi sum?...

Conjunxit autem [3] παρένθεσιν et ἀποστροφὴν [4] Virgilius [5] illo 26
loco,

Haud procul [6] inde citæ Metium in diversa quadrigæ
Distulerant (at tu dictis [7], Albane, maneres),
Raptabatque viri mendacis viscera Tullus.

Hæc *schemata*, aut his [8] similia, quæ erunt [9] *per mu-* 27
tationem, adjectionem, detractionem, ordinem, et convertunt in se auditorem, nec languere patiuntur subinde aliqua notabili figura excitatum: et habent quamdam ex illa vitii similitudine gratiam, ut in [10] cibis interim acor ipse jucundus est; quod continget, si neque supra modum multæ fuerint, nec ejusdem generis aut junctæ, aut frequentes: quia satietatem, ut varie-

1. *Putant.* Turicens. Flor. Jens. (tac. Gesn.) Tarv., *putent.* An acceperunt *quam* pro *quippe quam?* Tollii ad Longinum, c. 27, p. 155 (quam indicat Capper.). Conjectura *taliter* pro *aliter* faciliorem sane præstat sententiam, nec rejicula, etsi rara, vox *taliter.*

2. *Loquor.* Turic., Flor., *loquar,* cum Jens. et posterr. ante Ald. — Solus R. 12, *loquar.* Vide Æneid., lib. IV, vers. 595. Ed.

3. *Conjunxit autem.* Guelf., *pretium traxit a.* Camp., *præjunxit a.* Goth. omittit hæc.

4. Παρένθεσιν *et* ἀποστροφήν. Guelf., *παρενθεσιν et αναϑοφην.* Idem cum Camp. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. ante *Virg.* inserit *ut,* quod emendavit Regius. — Inserunt quoque *ut* RR. 7, 10. Ed.

5. *Virgilius illo;* sic Turicensis, Flor. Guelferb. Camp. Goth. (tacente Gesnero) cum Alm. Voss. 2. Reliqui inserunt *in.* — Sic quoque omnes nostri Codd. Ed.

6. *Haud procul.* Æn., lib. VIII, vers. 642. Ed.

7. *Dictis.* Turic., *dicis;* a secunda manu *dux,* et sic Camp. *Ditis,* Flor. (a prima manu).

8. *Aut his;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, et editt. ante Basil. Reliqui *et h.* — Nostri *aut his,* except. R. 10, qui *autem his.* Ed.

9. *Quæ erunt.* Hoc primus diremit ita Regius, nam MSS. et excusi ante Ald., *quærunt, quærent.* — Vall. lib. a sec. man. antiqua *quæ erunt.* R. 7, *quærent.* Reliqui *quærunt.* Ed.

10. *Cibis... acor.* Turic. Guelferb., *cujus... macor.*

28 tas earum, ita raritas effugit. Illud est acrius genus, quod non tantum in ratione positum est loquendi[1], sed ipsis sensibus quum gratiam[2], tum etiam vires accommodat: e quibus primum sit, quod fit *per adjectionem*: plura sunt genera: nam et verba geminantur, vel amplificandi gratia: ut, *Occidi*[3], *occidi, non Sp.*[4] *Mælium;* alterum est enim[5], quod indicat, alterum, quod affirmat: vel miserandi, ut,

Ah Corydon[6], Corydon....

29 Quæ eadem figura nonnunquam per *ironiam* ad elevandum convertitur; similis geminationis[7] post aliquam interjectionem repetitio est, sed paulo etiam vehementior, *Bona*[8], *miserum me! (consumptis enim lacrimis tamen infixus animo hæret dolor) bona, inquam, Cn. Pompeii acerbissimæ voci subjecta præconis; vivis, et vivis*[9] *non ad deponendam, sed ad con-*
30 *firmandam audaciam.* Et ab iisdem verbis[10] plura acriter et instanter incipiunt, *Nihilne*[11] *te nocturnum præ-*

1. *Loquendi.* An *eloquendi?* Vide lib. VIII, cap. 6, §. 59.

2. *Quum gratiam.* Turic. Flor. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *tum gr.*, cum edd. posterr. ante Stoer. Vide lib. VI, cap. 1, §. 46.

3. *Occidi.* Pro Milone, c. 27.

4. *Mælium.* Libri quidem *Melium.* Vide V, 13, 24.

5. *Est enim.* Turic. Ambr. 1, *e. etenim.* Guelf., *enim.*

6. *Corydon.* Altero loco omittitur a Turic. Flor. CAMP. cum edd. ante Ald., ut et modo alterum *occ.* delevit sec. manus Turic. et nonnisi semel habet Flor. — *Ah Corydon.* Virg. Ecl. II, 69. ED.

7. *Similis geminationis.* Non supervacuum fuerit monere prius esse nominativum, unde pendeat, qui sequitur, genitivus, ne forte quis vel duos agnoscat genitivos, vel *geminationis* referri credat ad *repetitio.*

8. *Bona.... dolor.* Solito errore omittuntur in Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. cum Alm. — Vide Cic. Philipp. II, 26. ED.

9. *Et vivis.* Turic. Flor. Guelf. CAMP., *sed vivis.* — Sic quoque RR. 7, 10, 13. Vide Cic. Cat. I, 2. ED.

10. *Et ab iisdem verbis.* Quæ figura vocatur ἀναφορὰ, vel ἐπαναφορὰ. Rhetor Herennianus *repetitionem* simpliciter appellavit. CAPPER.

11. *Nihilne.* Cic. Cat. I, 1. ED.

sidium palatii[1], *nihil urbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil consensus*[2] *bonorum omnium, nihil hic munitissimus*[3] *habendi senatus locus, nihil horum ora vultusque moverunt?* et in iisdem[4] desinunt, *Quis eos*[5] *postulavit?* 31 *Appius; quis produxit? Appius:* quamquam hoc exemplum ad aliud quoque schema pertinet, cujus et[6] initia inter se et[7] fines iidem sunt, *quis* et *quis*[8], *Appius* et *Appius:* quale est, *Qui sunt*[9], *qui fœdera sæpe ruperunt? Carthaginienses*[10]*; qui sunt, qui crudelissime*[11] *bellum gesserunt*[12]*? Carthaginienses; qui sunt, qui Italiam deformarunt*[13]*? Carthaginienses; qui sunt, qui sibi ignosci*

1. *Præsidium palatii.* Turic., *p. poculatu.* Flor. (a pr. manu) *p. oculatii.*

2. *Consensus.* R. 10, *concursus*, et sic apud Ciceronem. Ed.

3. *Munitissimus.* Turic. a prima manu *mutissimus.* Jens. (non Goth., err. Beckio). Barberin., *inimicissimus.*

4. *Et in iisdem;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tacente Gesn.) cum Voss. 2, et edd. ante Ald. Reliqui omittunt *in*, expungente Regio. — *Et in iisdem desinunt.* Quæ figura dicitur ἐπιστροφή, ab aliis ἀντιστροφή, ab Herenniano rhetore *conversio.* Capper.

5. *Quis eos.* Cic. pro Mil. 22. Ed.

6. *Cujus et initia;* sic Turic. Flor. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. Reliqui omittunt *et.*

7. *Se et fines.* Turic. (a pr. manu) omittit *se.* Flor., *s. et rursus inter se f.*, cum Alm. (vide §§. 13, 41). — Quod figuræ genus appellant *symplocen*, συμπλοκήν. Herenn. rhetor *complexionem* vocavit. Capper.

8. *Quis et quis.* Turic. Flor. Guelf. Jens. (tac. Gesn.) *qui e. q.*

9. *Qui sunt.* Ad Herenn. IV, 14. Ed.

10. *Carthaginienses.* Hoc quidem ante Capper. in plerisque (neque enim vacat quærere an in omnibus) sine *i* scribitur post *n*, etiam per *K*, quamquam posterius non in MSS. quod sciam. Causa ista orthographica diu acta est, et recte explodit sibi placentem in ea præceptorem Capper. Burmannus Epist., p. 51. Vide Liv. Drakenb. XXVIII, 26, 1. Quum versus maxime rem conficiant, addam unum, qui omnes adhuc fefellerat, a Buttmanno nostro agnitum: Cic. Inv. I, 19, « Appius indixit Karthaginiensibu' « bellum » ex Ennii profecto annalibus. — Nostri *Carthaginenses.* Ed.

11. *Crudelissime;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Bodl. Voss. 2, et edd. ante Gryph. quo acc. Obr. Reliqui *crudele*, quibus accensetur Alm. — Nostri omnes *crudelissime.* Ed.

12. *Bellum gesserunt?* sic iidem (nisi quod Goth. et excusi transponunt *bell. crud.*) exc. Obr. A reliquis inseritur *in Italia.* Vide Oudend. ad Script. ad Herenn., p. 584. — Hæc omittunt RR. 7, 10. Ed.

13. *Deformarunt?* sic Tur. Guelf.

32 *postulant*[1]*? Carthaginienses.* Etiam in contrapositis, vel comparativis solet respondere primorum verborum alterna repetitio, quod modo[2] hujus esse[3] loci potius dixi: *Vigilas tu*[4] *de nocte, ut tuis consultoribus respondeas; ille, ut eo, quo intendit, mature cum exercitu perveniat: te gallorum, illum buccinarum cantus exsuscitat: tu actionem instituis; ille aciem instruit: tu caves, ne consultores tui; ille, ne urbes, aut castra capiantur.* 33 Sed hac gratia non fuit contentus orator, vertit in contrarium eamdem figuram: *Ille tenet et scit, ut hostium copiæ, tu, ut aquæ pluviæ arceantur: ille*[5] *exercitatur* 34 *in propagandis finibus, tu in regendis.* Possunt media quoque respondere vel primis; ut,

Te nemus[6] Anguitiæ, vitrea te Fucinus unda:

vel ultimis, *Hæc navis onusta*[7] *præda Siciliensi, quum ipsa quoque*[8] *esset ex præda*[9]: nec quisquam[10] dubitabit

Goth. (tac. Gesn.). *Deformasti*, Turic. (a pr. manu) Flor. Reliqui *deformaverunt.* Sed ante *qui sunt* Turic. omittit *Carth.*

1. *Postulant.* Solus R. 10, *postularunt.* Ed.

2. *Modo... dixi.* Vide IX, 2, 101, « *hujus loci* esse » erit igitur « *ora*« *tionis* figuram esse, non *senten*« *tiæ.* »

3. *Hujus esse.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp., *hujusmodi e.*, cum Voss. 2 et Tarv. Nam reliquæ a Jens. ante Ald. hoc quidem habent, sed vicissim omittunt *modo* ante *hujus*, quod et e Voss. 2 refertur. Nunc quidem in loco Murenanæ e vett. ut Turicens. Flor. Ambr. 1, affertur *consultatores*, priore citatione non item. — Nostri *hujusmodi esse.* Ed.

4. *Vigilas tu.* Cicer. pro Murena, c. 9. Ed.

5. *Exercitatur;* sic Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Gryph. *Exercitatus*, Turic. Flor. *Exerceatur*, Guelf. Reliqui *exercitatus est*, cum Cic. — Nostri *exercitatur.* Ed.

6. *Te nemus.* Æneid., lib. VII, vers. 759. Ed.

7. *Hæc navis onusta.* Vall. lib. RR. 8, 9, Camp. Andr. ponunt *ut* ante *Hæc.* Jens. ab emend. inserit *gravis et* post *navis.* RR. 7, 10, 12, *Hæc gravis et honusta.* Vide Cicer. Verr. V, 17. Ed.

8. *Ipsa quoque.* Turic. Flor., *et ipsa*, cum Obr. et Camp., sed hoc addente *quoque.*

9. *Ex præda.* Turic. Flor., *et p.*, cum Bodl. Alm.

10. *Dubitabit;* sic Gesner. (cum

idem fieri posse[1] iteratis utrinque mediis: respondent primis et ultima[2], *Multi et graves*[3] *dolores inventi parentibus, et propinquis multi.* Est et illud repetendi genus[4], quod semel[5] proposita iterat et dividit, 35

Iphitus[6] et Pelias mecum, quorum Iphitus ævo
Jam gravior, Pelias et vulnere tardus Ulixi.

ἐπάνοδος[7] dicitur græce, nostri *regressionem*[8] vocant. Nec 36 solum in eodem sensu, sed etiam in diverso eadem verba contra[9]: *Principum dignitas erat pæne par,*

Bip.) e Goth. Reliqui *dubitavit.* — Eadem nostri. Ed.

1. *Fieri posse;* sic Turic. Flor. Guelf. Reliqui *p. f.*

2. *Respondent.... ultima.* Hanc figuram vocat Donatus *epanalepsim;* alii appellant *epanadiplosin;* eamdem fig. κύκλον, *circulum*, appellavit Hermogenes, *de Inventione*, lib. IV, c. 8. *Epanalepsis*, inquit Rollinus, est repetitio quæ fit in initio præcedentis, et fine sequentis sententiæ, ut pro Marcello, n. 17: « Vidimus tuam victoriam « præliorum exitu terminatam: gladium vagina vacuum in urbe non « vidimus. » Ed.

3. *Multi et graves.* Cic. Verr. V, 45. Ed.

4. *Repetendi genus, quod.* Turic., *r. dignus q.* Flor., *r. dignus qui.* Guelf., *repeti dignum q.* In versibus Virgilianis vetustissimi libri solito vitio alii alia omittunt, sed absque consilio scriptoris.

5. *Semel.* Malim *simul*, nisi forte illud eadem hic potestate fuerit, ut II, 15, 34; quamquam non omnino par nostræ ratio. Vide Drakenb. ad Liv. XXIV, 22, 14.

6. *Iphitus.* Æn. lib. II, v. 435. Ed.

7. Ἐπάνοδος proprie est, refert Rollinus, quum per eadem recurrimus, verba ordine inverso relegentes. Cic. pro lege Man., n. 67: « Ecquam putatis civitatem paca« tam fuisse, quæ locuples sit? Ec« quam locupletem, quæ illis paca« ta esse videatur? » Et Paterculus, lib. II, c. 117, de Varo Syriæ præfecto: « Quam (provinciam) pau« per divitem ingressus, dives pau« perem reliquit. » Ed.

8. *Regressionem;* sic Rufinianus, p. Ruhnk. 242.

9. *Contra: Principum;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Alm. Reliqui inserunt *sumuntur*, sed ii sunt editi, nam quod Ambr. 1 nullam varietatem invenio, meo errori imputo. — Nostri *sumuntur* non habent. Ed. — *Eadem verba contra.* Subaudiendum erit *sunt*, qualis structura VII, 1, 49; VII, 3, 14; VIII, 6, 25. Si quod verbum addatur, fuerit *ponuntur.* Vide §§. 32, 84. *Contra* autem hic est *e regione* (vide VI, 3, 95), ita ut sibi invicem *respondeant.* Deinde *sensu* accipiendum pro *significatu*, quare *in* præpositionem utrobique expungendam censeo. Ut enim nunc est *sensus* videatur, quod est sane ex bona latinitate, *periodus*, qualem

non par fortasse eorum, qui sequebantur: interim variatur casibus hæc et generibus iteratio[1], *Magnus est labor dicendi, magna res est:* et apud Rutilium longa περιόδοις[2]: sed hæc[3] initia sententiarum sunt, *Pater*[4] *hic*
37 *tuus? patrem nunc*[5] *appellas? patri tu filius*[6] *es?* Fit casibus[7] modo hoc schema[8], quod πολύπτωτον vocant: constat et aliis[9] etiam modis[10]; ut pro Cluentio, *Quod*

hodie dicimus novitio more; sed nec exemplum appositum hoc fert, nec vocabulum *diverso*. — *Principum dignitas.* Cic. pro Ligario, c. 6. Ed. — *Principum... par, non par.* Vide VI, 3, 74, cujusmodi et illud in Marcelliana *vidimus, non vidimus*, c. 6.

1. *Iteratio.* Turic. Flor., *retractatio*, cum Obr. Jens. et edd. posterr. ante Rusc. qui *intractatio.* Guelf., *retractio*, cum Bodl. Sed Ambr. 1, *retractatis.* Commendatur *retractatio* loco Rufiniani, p. 236, ubi sic redditur *ploce.* — Vall. lib. RR. 8, 9, 12, Sic habent: *jam variatis casibus hæc et generibus fit iteratio.* RR. 7, 10, *in tam variatis casibus hic* (sed R. 7, *hæc*) *et generibus retractatio.* Ed.

2. *Longa* περιόδοις; sic Flor. Ambr. 1. *Longarie proaoiæ*, Turic. *Longiore* ριολοις, Guelf. *Longiore probatione*, Camp. (vide 24). *Longiore* περιόδοις, Tarv. Reliqui *longiore* περιόδῳ. — *Longa* περιοδοίς: *sed. Longa* referetur ad *iteratio*, et possis hærere, an pro *et apud* scribendum sit *est a.* Deinde *sed* est ad ipsam rem transeuntis, quasi dicat: « to« tum quidem Rutilii locum non af« feram, quoniam longus est, *sed.* » Vide Ruhnk. ad Rutil. Lup., p. 38, ubi integra reperies, quorum hic nonnisi initia.

3. *Sed hæc;* sic Capper. ex Regii emendatione. Reliqui *et h.*

4. *Sunt, Pater hic.* Turic. Flor. Camp., *sint p.* (nisi quod omissio e Flor. non memoratur). Omittit *pater* et Guelf.

5. *Nunc;* sic Turic. Flor. (quamquam hic omissum a pr. manu) Ambr. 1, Guelf. quod e Rutilio reponere jubebat Ruhnkenius. Reliqui *hunc.* — Eadem nostri. Ed.

6. *Patri tu filius;* sic libri apud Rutil. *Patris tui f.*, Turic. Florent. Ambr. 1, Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 2, Jens. Tarv. *Patris tu f.*, Loc. cum edd. ante Bad. Reliqui *patris tu hujus f.* — Nostri dant *patris tui filius.* Ed.

7. *Fit casibus.... vocant.* Exemplum schematis subjectum desidero, nisi forte id ipsum in Rutiliano illo esse credidit scriptor: nam species sane ista est in tribus casibus: *pater, patrem, patri.* Vide Rutil. Lup., p. 35; item Aquil. Rom., p. 179. Displicet *modo*, quod quo referatur, non apparet.

8. *Schema.* Turic. Flor. (a pr. manu) *schemati.* Quid lateat, non exputo.

9. *Et aliis.* Turic. Flor. (a prima manu) *e. alias.* Guelf. omittit.

10. *Constat... modis.* Hic sensus etiam impeditior priore. Quis enim ferat hanc stribliginem: *et... etiam?*

autem tempus[1] *veneni dandi*[2]*? illo die? in illa*[3] *frequentia? per quem porro datum? unde sumptum? quæ*[4] *porro interceptio poculi? cur non de integro autem datum?* Hanc rerum conjunctam diversitatem Cæcilius[5] μεταβολὴν vocat: qualis est pro Cluentio[6] locus in Oppianicum, *Illum tabulas publicas*[7] *Larini censorias corrupisse, de-* 38

Et quales intelliguntur *modi?* an verbi illi, qui vulgo dicuntur? Sed ii non sunt in exemplo Ciceroniano. Et quare *alii?* Multa profecto hic turbata. — Spald. ipse hic se errare fatetur, et ita se reprehendit in præfatione sua, tom. III: *et etiam* sic vindicaris: *constat et aliis: etiam modis.* Neque enim absurdum *modos* hic agnoscere illos grammaticos, qui sint in istis *dandi, datum, datum*, quæ nos quidem ἀκριζίστερον sane dicturi eramus *gerundium, participium.* Id autem calidius pronunciatum a me circumscribere hic cogor et mitigare, quod barbariem et novitiam latinitatem toties (velut VII, 4, 31; IX, 1, 20; IX, 3, 92) exprobravi conjunctioni *et*, vel encliticæ *que* tertio, vel utcunque extremo, loco semel comparenti: reperiuntur enim tot hujus usus apud Ciceronem exempla, ut ea librariis suo mori assuetis imputare omnia modesti non sit critici. Vide et Nostr. VIII, pro. 6; IX, 2, 89. Ed. — *Ut pro Cluentio.* Vide V, 7 extr.

1. *Quod autem tempus.* Cic. pro Cluentio, c. 60. Ed.

2. *Veneni dandi?* Vide et lib. VII, cap. 2, §. 54.

3. *Veneni dandi.. in illa.* Turic. Flor., *veni d. unde de i.*, ex Alm. nonnisi *unde de.* Guelf., *v. d. unde i.*, cum Goth. Voss. 2, Jens. et edd. posterr. ante Gryph. Sed Camp., *vendicandi unde i.*

4. *Quæ porro.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *quoque p.*, cum Alm.

5. Μεταβολήν. Multus est Capperonnerius in quærendis rhetorum locis, qui de hac specie egerint. Nec invenit ille nisi unum Alexandri Numenii p. vol. I, Aldin. Rhett. 585 quem, quoniam in Technol. prætermisit Ernestus, hic ponam: περὶ μεταβολῆς. Ἐπὶ τούτου τοῦ σχήματος μετάθεσις μορίων ὅλων γίνεται καὶ καθ' ἕκαστον κῶλον καὶ κόμμα, ὡς ἔχει τὸ Δημοσθενικόν. Τίς γὰρ (p. Reisk. 328 seq.) συμμαχία σοῦ πράξαντος γέγονε τῇ πόλει; τίς δὲ βοήθεια (hic recedit a recepta scriptura) ἐκ τῆς σῆς εὐνοίας, καὶ δόξης; τίς δὲ προσοδία... δι' ἣν ἡ πόλις ἐνδοξοτέρα; τί τῶν Ἑλληνικῶν, ἢ τί τῶν οἰκείων ἁπλῶς ἐπηυξήθησαν διὰ σέ; πόλεις τριήρεις, πόλεις βέλη κ. τ. λ. Cassiodorus autem in Psalmos, p. 24, 25. Μεταβολή, i. e., *iteratio unius rei sub varietate verborum.* « Verba mea auribus perci- « pe, Domine, intellige clamorem « meum, intende voci orationis « meæ. » Hæc ego de metabole præcepta et exempla satis congruere inter se existimo, quod secus videtur Capperonnerio, aliquem tamen Alexandri et Quintiliani consensum agnoscenti. Alium vocabuli usum, vide IX, 4, 50. Apte jubet Ernestus in Technol. conferri ad nostrum locum Aristot. Rhet. III, 12, 3.

6. *Pro Cluentio;* c. 14.

7. *Publicas Larini.* Turic. Flor.

curiones universi judicaverunt[1]*: cum illo nemo*[2] *rationem, nemo rem ullam contrahebat: nemo illum ex tam multis cognatis et affinibus tutorem unquam liberis suis*
39 *scripsit*[3], et deinceps adhuc multa. Ut hæc in unum congeruntur, ita contra illa dispersa sunt, quæ[4] a Cicerone *dissipata* dici puto[5],

Hic segetes[6], illic veniunt felicius uvæ,
Arborei fœtus[7] alibi;

40 et deinceps. Illa vero apud Ciceronem mira figurarum mixtura deprehenditur, in qua et primo verbo longo post intervallo[8] redditum est ultimum, et media primis, et mediis ultima congruunt: *Vestrum jam hic*[9] *fac-*

Ambr. 1, *p. violari*, cum Alm. Jens. et edd. posterr. ante Ald. *P. violare*, Guelf. Reliqui *p. violasse*, ex Regii mutatione, sed habent jam Goth. et Camp. Vide §. 36. Restituimus scripturam librorum Cicer., suadente jam Gesnero. — Vall. lib. RR. 8, 9, *violasse*. Ed.

1. *Judicaverunt;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tacente Gesn.) cum edd. ante Stoer. et Cic. Reliqui *judicarunt*.

2. *Illo nemo;* sic Turic. Florent. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Gryph. Reliqui inserunt *jam*.

3. *Scripsit*. Turic. (a sec. manu, a pr. compendium) Guelf., *scripsisset*, cum Goth. Voss. 2. — R. 8, Camp. Andr. Jenson. Ald., *scripsit*. Vall. lib. RR. 7, 9, 10, 12, *scripsisset*. Ed.

4. *Sunt, quæ a*. Turic., *sic quia;* a sec. manu *sit quod a*. Guelferb., *sunt quod a*.

5. *Dissipata dici puto*. Turicens. Flor., *dissuputa deciputo* (Turic. a sec. manu *dici*). Suboritur aliqua suspicio, an totum hoc *dici puto* prodierit ex male iterato priore, ut legas *quæ Ciceroni dissipata;* saltim insuavis est compositio; sed quum sane obscurior Ciceronis sit appellatio, potuit sibi diffidere Quintil. eam interpretans. — *Dissipata dici puto*. Vide IX, 1, 35. Et Cic. Orat. c. 71. « Facilius est enim apta dis- « solvere, quam *dissipata* connec- « tere » huc vocat is, de quo dixi ad VII, 6, 6. Ægius.

6. *Hic segetes*. Virg. Georg., lib. I, vers. 54. Ed.

7. *Fœtus... Ciceronem*. Turicens. Flor. (hic a pr. manu) Guelf. omittunt cum Almel. *Alibi* et *Illa vero* omittunt Camp. Goth. Voss. 2. *Alibi* solum Jens. et edd. posterr. ante Ghrpy. excepto Aldo. — Eadem nostri. Ed.

8. *Intervallo*. Turicensis, Flor., *intervallum*, cum Jensonio et edd. posterr. ante Aldum. — Solus R. 7, *intervallum*. Ed.

9. *Vestrum jam hic factum*. Quod reliqui hic dissimulant interpretes, ego simplicius fatebor, me locum

tum deprehenditur, Patres conscripti, non meum: ac pulcherrimum quidem factum: verum, ut dixi, non meum, sed vestrum. Hanc frequentiorem repetitionem 41
πλοκὴν [1] vocant, quæ fit [2] ex permixtis figuris, ut [3] supra dixi, utque se habet epistola [4] ad Brutum [5], *Ego quum in gratiam redierim cum Appio Claudio, et redierim per Cn. Pompeium, et ego* [6] *ergo quum redierim.* Et in 42
iisdem sententiis crebrioribus mutata declinationibus iteratione verborum: ut apud Persium,

.....Usque [7] adeone
Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?

Et apud Ciceronem [8], *Neque enim poterat indicio et*

hunc Ciceronis non invenisse. Agit ille de Catilinariis, quos Metellus Nepos, tribunus plebis, et Clodius indicta causa a Cicerone damnatos criminantur. Suspicor hoc esse ex Ciceronis oratione contra concionem Metelli. Vide §§. 45, 49, quam in senatu habitam ipse Metellinam appellat ad Att. I, 13. Simile quid est pro Domo, cap. 35; quod ex nostro effictum a falsario possis interpretari. Pro *deprehenditur* in hisce Ciceronianis non male suadent *reprehenditur*, quod corruptum videtur ab eo, cujus oculi aberrarent ad id quod præcedit (vide lib. VIII, cap. 6, §. 71).

1. Πλοκήν. Aquila Rom., p. 171, et Rufin., p. 236, eodem fere modo definiunt.

2. *Quæ fit.* Nostri *quæ sit.* Ed.

3. *Supra.* Nihil est nisi *modo;* nam respicit ad §. 40. Vide lib. V, cap. 14, §. 8.

4. *Epistola.* Flor., *epistolam.* Hoc quidem nihil proficitur, sed velim alicunde ostendi, quod lenius sit vulgato. An omittemus *se?*

5. *Utque... ad Brutum.* Est in fragmentis. Sed vide et not. seq. Res quidem tangitur aliquoties in reliquis Ciceronis epistolis, velut ad Famil., II, 13; III, 10, et totus hic tertius epistolarum liber eodem pertinet.

6. *Et ego;* sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) cum Alm. Voss. 2, Jens. et edd. ante Ald. Reliqui *te*, et sensu et auctore destituti. Ipsum nostrum expungendum reor, ut est apud fragmentorum editores. Nam quod Badius (non quidem in ed. 1516) post *te* intelligendum censet *formidabo*, aut *rogabo*, et sic desiderari quidquam negat, contra historiam est, quum ipsius Bruti quoque causa Appio reconciliatus fuerit Cicero, neque minaciter scripturus esset Bruto.

7. *Usque adeone.* Pers. Sat., I, vers. 27. Ed.

8. *Et apud Ciceronem... Verumtamen venit.* Hæc quum in Ciceronianis nostris frustra quæram (miro interim priorum interpretum silentio), ut sunt inquinata, nulla

43 *his*[1] *damnatis, qui indicabantur.* Sed sensus quoque toti, quemadmodum cœperunt, desinent: *Venit ex Asia, hoc ipsum quam bonum? Trib. pleb.*[2] *venit ex Asia;* in eadem tamen periodo et verbum ultimum primo[3] refertur, tertium jam sermone adjectum[4] est, *Verumtamen*[5] *venit:* interim sententia quidem repetitur, sed eodem[6] verborum ordine, *Quid*[7] *Cleomenes facere potuit? Non enim possum quemquam insimulare falso; quid, inquam, Cleomenes magnopere*[8] *facere*
44 *potuit?* Prioris[9] sententiæ verbum ultimum, ac sequen-

restituendi, aut emendandi occasio ostenditur. Neque enim in ipsis Quint. præceptis quidquam assequor, quæ pariter atque exempla densa caligine sunt obducta. Qui ingenium experiri cupiat in depositis hisce, varias scripturas invenit supra cum fide relatas. Capperonn. quid sibi proficere visus sit, pro *jam sermone*, tentans: *etiam sermoni*, non intelligo. Gedoynus quidem, quod unum relinquebatur auxilium, omisit non hæc solum, sed et proxima hujus paragraphi. — *Indicio et his... indicabantur;* sic Turic. Flor. Guelferb. cum Bodl. Ald. Reliqui *jud... jud.* Aliquot editi etiam *jud... ind.* alii *ind... jud.* An hic locus indidem est unde §. 50?— Eadem nostri. Ed.

1. *Et his;* ita Turic. Flor. Ambros. 1. Reliqui *ex h.* — Nostri *ex his*, vel *ex iis*, vel *ex illis*. R. 10, *ex non*. Ed.

2. *Pleb.* Turic., *p. l.*

3. *Primo.* Turic. Flor. Guelferb. Camp., *primum*, cum Goth. Voss. 2. — Nostri *primum*. Ed.

4. *Sermone adjectum.* Turicens., *sermonem abjectum;* a sec. manu *sermone abj.*, et sic Flor. Guelferb. cum Alm. Jenson. et edd. posterr. ante Ald.—Nostri habent receptam, except. R. 7, 10, qui pro *adjectum* dant *abjectum*. Ed.

5. *Est, Verumtamen.* Florent., *e. enim V. t.*

6. *Sed eodem.* Turic. Flor. Guelf. Camp. omittunt cum Voss. 2, Goth. et edd. ante Ald. Hic, Regio suadente, *eodem*, mox Bad. nostrum. Ex Almel. afferunt solum *sed* (vide §§. 31, 45). Regius *quidem* aut non legebat, aut expungebat. — Tà *sed eodem* omittunt nostri. Ed.

7. *Quid Cleomenes.* Cic. Verr. V, 41. — Ne hic quidem verba Quint. carent difficultate. Malim scribere: « sed sententia *eodem* re- « petitur verborum ordine. » Vide not. super.

8. *Magnopere.* Turic. Ambr. 1, Guelf. Camp. Goth. (tac. Gesnero) Jenson. omittunt, cum Voss. 2, et edd. ante Gryph. Sed Turic. Guelf. Camp. transponunt quoque *facere Cleom.*—*Magnopere.* Omittunt nostri Codd. Ed.

9. *Potuit. Prioris.* Turic. inserit *non enim*, cum Alm. Sed Guelf., *enim* solum.—*Prioris... idem.* Hanc figuram Donatus appellat *anadiplo-*

tis primum[1] frequenter est idem[2]: quo quidem schemate utuntur poetæ sæpius,

> Pierides[3], vos hæc facietis maxima Gallo,
> Gallo[4], cujus amor tantum mihi crescit in horas.

Sed ne[5] oratores quidem raro: *Hic tamen*[6] *vivit: vivit? immo vero etiam in senatum venit.* Aliquando, [7]sicut 45 in geminatione verborum diximus, initia quoque et clausulæ sententiarum aliis, sed non alio tendentibus verbis, inter se consonant: initia hoc modo, [8]*Dediderim periculis omnibus, obtulerim insidiis, objecerim invidiæ:* rursus clausulæ: ibidem statim, *Vos enim statuistis, vos sententiam dixistis, vos judicastis:* hoc alii συνωνυμίαν[9], alii *disjunctionem* vocant, utrumque, etiamsi est diversum, recte: nam est nominum[10] idem [11]significan-

sin, id est, *reduplicationem*. Eamdem Rhetores alii aliter vocant. Ed.

1. *Primum*. Turic. Flor. Guelf. Camp. omittunt cum Goth. Voss. 2, Alm. et edd. ante Bad.

2. *Est idem: quo quidem*. Turic. Flor. Guelf., *e. quod idem quidem*. Florentin., *quia*. Goth. (tac. Gesn.) omittit *idem*.

3. *Pierides*. Virgil. Eclog. X, vers. 72. Ed.

4. *Gallo*. Semel tantum Turic. (a pr. manu) cum Goth. Ille a sec. manu secundo loco *galle*.

5. *Ne... raro*. Turic. Flor. (hic a pr. manu) Guelf., *quæ... ratio*.

6. *Hic tamen*. Catil. I, 1. Ed.

7. *Sicut... diximus*. Vide §. 30.

8. *Dediderim;* sic Turic. Flor. Ambr. 1, cum Voss. 2 (?), Almelov. (Quamquam hic *dedederim*. Vide §§. 41, 46). Reliqui *dederim*.—Eadem nostri. Ed.—*Dediderim... judicastis*. Hæc Ciceroniana, nobis quidem erepta, invenientur eodem loco, ubi quæ tanguntur §. 40.

9. *Alii συνωνυμίαν*. Turic. Flor., *alicinonimiam*. (Ille quidem sec. loco *y*.) sed a sec. manu *alii metonimiam*, et sic Guelf. (nisi quod *no*, cum Jens.) *A.* Κοινομίαν, Camp. *A.* Κοινωνίαν, Goth. (err. Gesnero) cum Capper. *A.* Κοινωμίαν, Vall. (err. Burm.) *A.* κοινομίαν, Voss. 2 (?). Reliqui *a. metonymiam* et recentiores græcis litt. Nostrum Pseudo-Turnebus suasit, quem, qui probabat, non secutum esse Capper. merito exprobrat Burm. Epist. p. 19.—R. 8, κοινωνίαν. Vall. lib. R. 9, κοινομίαν. Ed.—Συνωνυμίαν. Vide VIII, 3, 16. Aquila Romanus p. Ruhnk. 180; qui sua ex Alexandro Numenio, vide Rhett. Ald. I, p. 583, designante Capper.

10. *Est nominum*. Turic. (a sec. manu) Guelf. Camp., *et n*.

11. *Significantium separatio*. Tu-

tium separatio : congregantur quoque[1] verba idem significantia; *Quæ quum ita*[2] *sint, Catilina, perge quo cœpisti: egredere aliquando ex urbe: patent portæ: pro-*
46 *ficiscere.* Et in eumdem alio libro[3], *Abiit, excessit, erupit, evasit:* hoc Cæcilio πλεοναστὸς videtur, id est, abundans super[4] necessitatem oratio : sicut illa, *Vidi*[5] *oculos ante ipse meos:* in illo enim *vidi* inest *ipse;* verum id, ut alio quoque loco[6] dixi, quum supervacua oneratur adjectione, vitium est[7] : quum [8]auget [9]manifestam sententiam, sicut hic, virtus: *Vidi, ipse, ante*[10] *oculos,*
47 totidem sunt affectus[11]. Cur tamen hæc proprie nomine

ric., *significat vivum s.* Flor. (a pr. manu) *significativum s.* Guelf., *significat in unum s.* Turic. (a sec. manu) *significat vi unum s.* Nihil proficitur ad levigandam orationem receptam, quæ quidem animum non explet. Quare enim *disjunctionis* solius reddit rationem? Et potestne hæc figura dici simpliciter *separatio?* An reponemus : *n. et n. i. s. separatio est et congregatio?*

1. *Congregantur quoque.* Atqui et modo *congregabantur;* ut *quoque* illud male me habeat. Puto transponendum *verba quoque* (vide §. 22). Nimis Noster etymon vocabuli attenderat, quod designaret ὑήματα, non ῥήματα, oblitus interim, se modo eadem opera etiam *verborum* congregatorum exempla posuisse. — Hanc figuram permulti vocant *congeriem*, alii συναθροισμόν. Græci appellare solent ἐκ τοῦ παραλλήλου. Eamdem Rollinus vocat *synonymiam.* Ed.

2. *Quæ quum ita.* Catil. I, 5. Ed.

3. *Alio libro.* Catil. II, 1. Ed.

4. *Super;* sic Turic. Guelferbyt. Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 2. Reliqui *supra.* — Nostri *super.* Ed.

5. *Vidi oculos... meos;* sic Vall. lib. RR. 7, 8, 9, Jenson. ab emend. Ald. *Vidi oculis... meis;* sic RR. 10, 12, Camp. Andr. Jenson. et apud Burm. Locat. Vide Virg. Æneid., lib. XII, vers. 638. Ed.

6. *Alio... loco.* VIII, 3, 54.

7. *Vitium est;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Bas. acc. Obr. Reliqui *v. dicitur.*—Nostri *vitium est*, except. R. 10, qui *v. dicitur.* Ed.

8. *Quum auget;* sic Guelf. cum Alm. (vide 45, 47). Reliqui inserunt *autem*, sed transponunt Turicens. Flor. (sed hic *aut*).

9. *Manifestam.* Hoc parum convenit loco. Malim *manifesta* (et sic est in Flor.) sed transposite (vide modo) *sententiam manifesta.*

10. *Oculos, totidem;* sic Turic. Florent. Guelf. Camp. cum Gothan. Voss. 2, Alm. et edd. ante Bad. Reliqui, hoc (etsi tacito) auctore, inserunt *quot verba.* — Omittunt nostri. Ed.

11. *Sunt affectus.* Turic., *sunt adfœtus;* a sec. manu *fœtus* (solum)

tali notarit, non video: nam et geminatio, et repetitio, et qualiscunque adjectio, πλεονασμὸς videri potest: nec verba modo, sed sensus quoque idem facientes[1], acervantur: *Perturbatio*[2] *istum mentis, et quædam*[3] *scelerum offusa*[4] *caligo, et ardentes furiarum faces*[5] *excitarunt*[6]. Congeruntur et diversa[7]: *Mulier, tyranni sæva* 48
crudelitas, patris amor, ira præceps, temeritas[8], *dementia*, et apud Ovidium[9],

> Sed grave Nereidum numen, sed corniger Ammon,
> Sed quæ[10] visceribus veniebat bellua ponti
> Exsaturanda meis.....

Inveni[11], qui et hoc πλοκὴν vocaret: *Quæro ab inimicis*, 49

cum Goth. Camp. Alm. Voss. 2. Sed Guelf., *s. fœtus*. — Eadem nostri. Maxima vero pars *fœtus*. Ed.—*Totidem sunt affectus*. Illa, quæ præcedunt brevissima commata faciunt subjectum sententiæ, cujus « *affec-* « *tus* » sunt attributum, vel prædicatum. Hæc Nostri acutissima gnome aliquid sapit ultra illud pervulgatum *quot verba, tot pondera*.

1. *Idem facientes*. Sensus quidem expeditus, sed locutionis exemplum desidero. An scribemus: *idem efficientes?*

2. *Perturbatio... Mulier, tyranni*. Videntur loci declamationum deperditarum.

3. *Et quædam*. Turicens. Flor. Guelf., *sed q*.

4. *Offusa*. Turic. Flor. Guelferb. Camp., *effusa*, cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Gryph. exc. Bad. qui e Vall. nostrum. Testes et vindices locutionis citat Burmann. Gronov. Obs. IV, 21, p. 766. Heins. ad Val. Flacc. IV, 482. Cuperi Obs. II, 6, p. 192.—Plerique nostri *effusa*. Ed.

5. *Faces*. R. 12, *facies*. Ed.

6. *Excitarunt*. Flor., *excitaverunt*, cum Alm. (vide §. 38; sed et 47; item 57).

7. *Et diversa*. Vall. lib. RR. 7, 10, *e diverso*. Ed.

8. *Temeritas*. Turic. Flor. Camp., *temeritatis*.

9. *Apud Ovidium*. Metamorph., V, 17.

10. *Sed quæ*. Turic. Flor. Guelf., *et q*., cum Jenson. et edd. posterr. ante Ald.

11. *Inveni... non etiam prioribus*. In hisce ordinandis paulo plus licere nobis rati sumus, quum fuerit antiquitus turbatissimus locus. Vulgo quidem a Jensonio inde sic habet. « I. q. e. h. v. πλοκὴν usque « deducet; cui n. a. c. sint u. f. « mixta quoque e. i. e. d. s. q. e. i. « διαλλαγὴν v. Quæro ab i. sintne h. « i. c. p. s. d. e. p. m. et in c. id « est p. a. o. s. d. e. s. i. s. s. s. n. « e. p. » Mox post Tarv. leviter reficta devenere hæc ad eam constitutionem, quæ obtinuit ante nos, ut *usque deducet* expungeretur, item *et* post *per me*, denique *id est* ante

sintne hæc investigata, comperta, patefacta, sublata, delata, extincta per me[1]*?* cui non assentior, quum sint unius figuræ[2] et mixtæ quoque, et idem et diversum significantia, quod et ipsum διαλλαγὴν[3] vocant; *Investigata, comperta, patefacta,* aliud ostendunt; *sublata, delata, exstincta,* sunt inter se similia, sed non etiam prioribus. Et hoc autem exemplum, et superius[4], aliam quoque efficiunt figuram, quæ, quia conjunctionibus caret, *dissolutio*[5] vocatur; apta, quum quid instantius

patefacta. Sed Codd. longe alia est conditio. Et sic quidem Turicens. Flor. « I. q. e. h. » (inserit Flor. a sec. manu *vocarent*) « σύλλογον usque « deducet et apud nostrum etiam « tragicum Jove propagatus est, ut « perhibent, Tantalus » (vide §. 57) « per me et investigata c., id est, p. « a. o. s. d. e. vocare c. n. assen- « tior c. sit u. f. mixtæ » (a sec. manu uterque *mixta*) « q. e. i. dial- « lagen v. q. a. i. sintne h. i. c., id « est » (Turic., *idem*, quod Flor. a sec. manu) « p. s. d. e. s. i. s. s. n. « e. p. » Guelf. ex his omittit *Inveni*. Goth. Camp. præterea hæc quoque *et apud... Tantalus*, quibus accedit Voss. 2. Quum igitur ordinem sententiarum a scriptore constitutum deseruerint manifesto librarii, dandum aliquid censuimus rationi logicæ, critica etiam minus addicente. *Assentio*, quod ex Leid. arreptum propagaverant Burm. Gesn. recte deseruerunt Capper. Bip. (vide §. 7) De meo dedi *et* ante *mixtæ*. *Sit* an *sint* scriberem, diu hæsi. Sane *hoc* poscebat *sit*, sed tum *significantia* stare non poterant. Omnis autem ratio nostra inde pendet, quod *hoc* retulimus ad sequentia et quidem ad exemplum Ciceronianum (vide VIII, 6, 28). Nec tamen dubitari potest, quin optime ad priora quoque spectet pronomen, ut sententia sit, illam, cujus modo exempla posuerit, iterationem a quibusdam appellatam et ipsam σύλλογον. Sed quomodo tum defendamus repente nec ulla commissura illatum exemplum e Cicerone, plane non video. « *qui vocarent* » plurali numero poterat recte scribi (vide IX, 2, 44) nec obstabat *cui*, quod ad rem spectat, non ad personam, neutro genere accipiendum.

1. *Quæro... extincta per me.* Gesnerus recte videtur hæc assignare orationi Ciceronis contra concionem Metelli. Vide §. 45; et mox §. 50.

2. *Unius figuræ et mixtæ quoque.* Exemplum ex Cicerone allatum non solam σύλλογὴν continere censet (*mixta* hæc est figura §. 41), sed et συναναιρέσιν (quæ est *una*, vel *simplex*).

3. *Quod et ipsum διαλλαγήν.* Vide IX, 2, 103.

4. *Et superius.* Oportet hoc referri ad illa: *Mulier, tyranni sæva*, etc. Vide hic §. 48.

5. *Dissolutio.* Græci rhetores διάλυτον et ἀνύδετον dicunt; Cicero de Oratore lib. III, *dissolutum*. Capp.

dicimus: nam et singula inculcantur, et quasi plura fiunt: ideoque utimur hac figura non in [1] singulis modo verbis, sed sententiis etiam: ut Cicero dicit contra concionem Metelli, *Qui indicabantur*[2], *eos vocari, custodiri, ad senatum adduci jussi*[3]; *in senatu sunt* [4]*positi:* et totus hic locus[5]; hoc genus βραχυλογίαν[6] vocant, quæ potest esse *copulata dissolutio*[7]: contrarium id est schema[8], quod conjunctionibus abundat. Illud ἀσύνδετον, hoc 51
πολυσύνδετον, dicitur: hoc est vel iisdem sæpius repetitis, ut,

.....Tectumque[9], laremque,
Armaque, Amyclæumque canem, Cressamque pharetram:

vel diversis, *Arma virumque,... Multum ille et terris,...* 52
Multa quoque[10]. Adverbia quoque et prænomina va- 53

1. *Non in.* Turic. Flor. Guelf. Camp. omittunt *in*, cum Gothan. Voss. 2, et edd. ante Ald.—Omittunt quoque nostri. Ed.

2. *Indicabantur.* Guelf., *judicabantur*, cum Voss. 2 (?).—Eadem nostri. Ed.

3. *Jussi;* sic R. 7, Camp. Jenson. Ald. *Jussit;* sic Vall. lib. RR. 8, 9, 10, 12, Andr. Jens. ab emend. et apud Burm. Voss. 2. Ed.

4. *Sunt positi.* Turic., *s. posui.* Flor. Ambr. 1, *si interposui.*

5. *Locus; hoc.* Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) inserunt *talis*, cum Alm. Voss. 2, Jens. et editt. posterr. ante Basil. *Talis est* inserit Ambr. 1. Inde Gryph. (Lugd. 1536) ingeniose effecit *Rutilius... vocat.* Sed non addicit Rutilius. Vide pag. Ruhnk. 52, ubi *dialysis* appellatur hæc figura, nullo alius vocabuli additamento. Nam Turic. Guelf. ante græcam vocem immittunt *et.* Hoc autem mirifice tuetur Diomedis grammatici locus, p. Putsch. 443, a Capper. designatus: « Hæc *etiam* « brachylogia nominatur. » Loquitur autem de dialyto. Vide §. 99.

6. Βραχυλογίαν. Vide VIII, 3, 82.

7. *Copulata dissolutio.* I. e., composita: quum videlicet multa orationis membra congeruntur διαλύτως, *absque conjunctivis particulis:* quæ membra, si collective sumantur, *brachylogiam* efficiunt. Capp.

8. *Contrarium id est schema;* sic Turic. (a sec. manu) Guelf., *contr. sch.* Flor., *c. ut e. s.*, ut et Turic. a pr. manu cum Ambr. 1. *C. ut e. id s.*, Goth. cum Voss. 2. Reliqui omittunt *id.* Aliquot libri, ut Goth. (tacente Gesnero) Camp. in græcis vocabulis θ habent pro δ. Vide IX, 4, 23, item Gesn. ad Rutil. Lup. pag. Ruhnk. 49.—Eadem nostri. Ed.

9. *Tectumque, laremque.* Virgil. Georg. III, 344. *Arma virumque.* Æneid. pr. *Hic illum.* Ecl. I, 43.

10. *Multa quoque. Adverbia;* sic

riantur, *Hic illum vidi juvenem,... Bis senos cui nostra dies,... Hic mihi responsum primus dedit ille petenti*: sed utrumque *coacervatio*[1], et tantum[2] juncta, aut disso-
54 luta. Omnibus scriptores sua nomina dederunt, sed varia, et ut cuique[3] fingenti placuit: fons quidem unus, quia acriora[4] facit et instantiora, quæ dicimus, et vim quamdam præ se ferentia, velut sæpius erumpentis[5] affectus. *Gradatio*, quæ dicitur κλῖμαξ[6], apertiorem habet artem, et magis affectatam, ideoque esse rarior
55 debet. Est autem ipsa quoque adjectionis[7]; repetit enim, quæ dicta sunt: et, priusquam ad aliud descendat, in prioribus resistit: ejus exemplum ex[8] græco notissimo transferatur[9], *Non enim*[10] *dixi quidem*, *sed*

Codd. et edd. ante Bad. Reliqui inserunt *et bello*.—Sic solus R. 13. Ed.

1. *Utrumque coacervatio*; sic Turic. (a secunda manu) si bene cepi excerpta. A pr. quidem *u. hoc ac.*, cum Guelf. *U. horum ac.*, Ambr. 1, Flor. Reliqui inserunt *horum*, ante Ald., *eorum*.

2. *Et tantum*; sic Turic. Florent. Ambr. 1, Guelferb. cum edd. ante Basil. Reliqui *etenim t.* Solus Camp., *etenim* solum. — Nostri *et tantum*. —*Et tantum*. Malis fortasse « *est*; « tantum. »

3. *Et ut cuique... dicimus*. Turic. Flor. (hic a pr. manu) Guelf. omittunt cum Alm. Pro *fingenti*, Flor. (a sec. manu) *fingendi*. Camp., *fingere*, cum Goth. Voss. 2, Andr.— Solus R. 10 omittit *et ut cuique fing. plac.* Alioqui eadem nostri Ed.

4. *Acriora*. Nostri Codd. *acrioras*, exc. R. 7. Ed.

5. *Erumpentis*. Malim *erumpens*. Hic enim participii nominativus applicitus ad nomen *affectus* optime subjectum sententiæ constituet. Vide IX, 2, 64.

6. Κλῖμαξ; sic scripsi libro quidem addicente nullo; sed jam pridem debebat corrigi librariorum error ab imperitia metrorum profectus: velut quod nolunt scribere Ἄκρις, Ἄγις.

7. *Adjectionis*; sic Vall. lib. a secunda manu, R. 12, Jenson. Ald. *Adjectione*; sic Vall. lib. RR. 8, 9, 10, et apud Burmannum Voss. 2. *Cum adjectione*; sic Camp. Andr. Jensonius ab emend. Ed.

8. *Ex græco notissimo*. Malim *notissimum*. Exemplum est Demosthenis pro Corona, p. Reisk. 288. Vide Aquilam Rom. p. Ruhnk. 182; item Scriptor. ad Herenn. IV, 25.

9. *Transferatur*. Turicensis, Florentin. (a pr. manu uterque) Ambr. 1, *transferat*.

10. *Non enim... sed non*; sic Turic. Flor. Guelf. Ambr. 1, Camp. cum Goth. et edd. ante Ald. Quamquam isti libri omnes mutilant lo-

non scripsi: nec scripsi quidem, sed non obii legationem: nec obii quidem, sed non persuasi Thebanis. Sit 56
tamen [1] tradita [2] et latina: *Africano virtutem industria, virtus gloriam, gloria æmulos comparavit:* et [3] Calvi, *Non ergo magis pecuniarum repetundarum, quam majestatis, neque majestatis magis, quam Plautiæ* [4] *legis; neque Plautiæ legis magis, quam ambitus; neque ambitus magis, quam omnium legum judicia* [5] *perierunt.* Invenitur apud poetas quoque, ut apud Homerum [6] de 57

cum, nihil dantes nisi: *n. e. dixi sed non obii l. sed non persu.* Reliqui, Regio suadente, *Nec hæc... sed nec... sed nec... sed nec...*, quod frustra, e Diomede, p. Putsch. 443, depravato ipso, defendit magnus Ruhnkenius. Illud et lepidum est et potest in alio forte loco juvare, quod vett. hic omnes *persuasit hæc vanis* pro *persuasi Thebanis.*—Nostri *persuasi* (quidam vero *persuasit*) *hæc vanis*, except. R. 7, qui pro *vanis* dat *varus*. Ed.

1. *Sit tamen;* sic Turic. Guelf. Obr. *Sic t.*, Camp. *Si t.*, Tarv. Ald. *Sint t.*, Flor. (a pr. manu) Jenson. Reliqui *Sunt t.*—Eadem nostri, nisi quod *sic*, vel *si* non reperimus. Ed.

2. *Tradita;* sic Turicens. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp. cum Almel. Gothan. Voss. 2, Vall. Ald. Obr., Capper. probante, sed non recipiente Badio. Reliqui *erudita*, qui error obsedit etiam Diomedis libros, p. Putsch. 443.—Nostri *tradita*. Ed. —*Sit tamen tradita et latina.* Id est, gradatio. Hic quidem conjunctivus præteriti hoc loco usurpatur ut *præceptum sit* (vide IX, 2, 95) respiciendo ad *transferatur*. Velim autem exemplo præmitti *ut Cornificii*, propter id quod sequitur: *et Calvi.* Quamquam apud ipsum quidem scriptorem Herennianum IV, 25, potest dubitari, an alienum et pervulgatum jam exemplum afferatur. Sed potuit Quint. quod inde sumeret appellare *Cornificii*, etiamsi non esset ipsius. Vide Schuzii Prolegomena in libros rhetoricos ad Herennium et Ciceronis, p. 36.

3. *Calvi.* Vide Aquilam Rom. l. c. ubi narratur esse ex oratione in Vatinium. Vide IX, 2, 25.

4. *Plautiæ legis.* Lex Plautia erat lata adversus eos, qui per ambitum adepti fuissent magistratus: erant etiam aliæ leges de ambitu: unde subjunxit dictionem generalem. Turn.

5. *Judicia perierunt.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf., *est*, cum Almel. et Diomed. l. c. nisi quod hic etiam *est* omittit. Servarunt aliquot recentiores Codd. ex Aquila fortasse. Alioqui credas a Quintil. fuisse *legum etc.* — Vall. lib. a sec. manu, RR. 9, 12, *judicia perierunt.* Vall. lib. RR. 7, 8, 10, *est.* Ed.

6. *Ut apud Homerum.* Iliad. II, 101. Quod autem Badius ait imperitorum culpa hic intercidisse græca, quæ ipsa posuerit Quint., aliter sentit atque ego. Vide VIII, 6, 64.

sceptro, quod a Jove ad Agamemnonem usque deducit[1]: et apud nostrum[2] etiam tragicum,

> Jove propagatus est, ut perhibent, Tantalus,
> Ex Tantalo ortus[3] Pelops, ex Pelope autem satus
> Atreus, qui nostrum porro propagat[4] genus.

58 At quæ *per detractionem* fiunt figuræ, brevitatis novitatisque maxime gratiam petunt[5]: quarum una est ea, quam libro proximo in figuras ex συνεκδοχῇ[6] distuli, quum subtractum verbum aliquod satis ex cæteris intelligitur: ut Cælius[7] in Antonium, *Stupere gaudio Græcus*[8]: simul enim auditur, *cœpit*: Cicero ad Bru-

1. *Usque deducit... Tantalus.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) Guelf. omittunt. Alm. etiam sequentia usque ad *At quæ* (vide §§. 47, 67). Vide §. 49.

2. *Nostrum... tragicum.* Est incerti apud Scriverium fragm. trag., p. 171. Pseudo-Turnebus hæc expressa ex Iphigeniæ in Tauris Euripideæ principio falso narrat. Propius accedunt versus Orestis V, 9.

3. *Ortus*, sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, et editt. ante Ald. Reliqui omittunt, male timentes metro, et ictum corrumpentes.

4. *Porro propagat genus.* Turic., *p. pagenus;* a sec. manu *p. paravit g.* Flor. erasa priori scriptura reponit *propagat* solum, et sic Ambr. 1, Guelf. nisi quod hic *propagavit*, quod cum *porro* Camp. — Nostri *porro propagat genus*, exc. R. 7, *p. paravit g.*, et R. 10, qui *p. peragravit g.* Ed.

5. *Gratiam petunt;* sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenson. (tac. Gesn.) cum Alm. Bodl. Voss. 2, et edd. ante Bad. acc. Obr. Reliqui *gratia petuntur.* — Nostri Codices dant *gratiam petunt.* Melius et elegantius dictum. Ed.

6. *Figuras ex συνεκδοχῇ distuli;* sic Ambr. 1 (nisi quod sine accentu), Jens. (latt. litt.) et edd. posterr. ante Ald. Sed Turic., *f. σχσυνεκδοχη d.* Flor., *f.* CXCTΠЄKΛOXN *d.* (a sec. manu græcis impositum *συνεκδοχή*). Goth., *f. συνεκδ. d.*, cum Vall. sed Guelf. lacunam, eamque majorem recipiendo vocabulo græco solo. Reliqui, Regio malo duce, *f. d. synecdoche.* — *Quam... ex συνεκδοχῇ distuli.* VIII, 6, 22. *Synecdoche* ipsa tropus est, et supra tractabatur, sed nascens aliquid inde, vel ea comprehensum, quum figuræ propius videretur, huc distulit.—Hanc figuram appellat ὑλλειψιν Romanus Aquila, propterea quod aliquid deest: eadem vocatur *συνεκδοχὴ*, i. e., *intellectio*, quia intelligitur id, quod deest. Turn.

7. *Cœlius in Antonium.* Vide lib. IV, cap. 2, §. 123.

8. *Græcus.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) Camp. Ald., *greo.* Flor. (sec. manu) Gothan., *grecos*, cum

tum[1], *Sermo nullus scilicet, nisi de te*[2]*: quid enim potius? Tum Flavius,* Cras[3]*, inquit,* tabellarii[4]*, et ego ibidem has*[5] *inter cœnam exaravi.* Cui similia sunt illa, 59
meo quidem judicio, in quibus verba decenter pudoris gratia subtrahuntur,

> Novimus[6] et qui te, transversa tuentibus hircis[7],
> Et quo, sed faciles nymphæ risere, sacello.

Hanc quidam *aposiopesin* putant, frustra: nam, illa 60
quid taceat, incertum est, aut certe longiore sermone explicandum; hic unum verbum, et manifestum quidem, desideratur: quæ si *aposiopesis* est, nihil[8] non, in quo deest aliquid, idem appellabitur. Ego ne[9] illud 61

Voss. 2. *Græco*, Ambr. 1, Guelf.

1. *Cicero ad Brutum.* Et hoc inter fragmenta. Vide §. 41. In loco nostro emendando egregie, nec sine ingenii gloria, versatus est Burmannus. Ut nunc legitur, sanus est et aptissime figuræ illustrandæ inservit. Ad *tabellarii* intelliges: « profecturi sunt ad Brutum. » Ad *has* « litteras. » Quis Flavius fuerit, frustra quæritur. Sunt ejus nominis aliquot memorati in epistolis Ciceronianis, quos percensere facile sit, sed in nullo certa nota apparebit.

2. *Nisi de te.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp. Goth. (tac. Gesn.) omittunt *de*, cum edd. ante Ald.— Omittunt quoque nostri. Ed.

3. *Cras;* sic Turic. (a pr. manu) Flor. cum Goth. A sec. manu Turicens., *eras*, cum Guelferb. Camp. aliis, mox *erras*. Post nostrum vocabulum *inquit* omittunt Gryph. et posterr. ante Gesn. nullus antiquior. —Vall. lib. R. 9, *cras*. Reliqui Codd. habent *eras*. Ed.

4. *Tabellarii*. Turic. et omnes omnino libri ante Gesn., *tabellarie* nisi quod aliqui in fine *æ*. Gesn. de Burmanni conjectura *tabellarius*. Malui pluralem. — Nostri *tabellarie*. Ed.

5. *Has*. Turic., *oras;* a sec. manu *orans*, et sic omnes ante Gesn. (ut et mox *exoravi*, quum sincera vox sit in antiquiorum prima manu) qui nostrum ex Burmanni ingenio. In Ambr. 1, hic quidem *cras* notavi. Dubito an recte. — Nostri omnes *orans*. Vall. lib. RR. 8, 9, *exaravi*. RR. 7, 10, 12, *exoravi*. Ed.

6. *Novimus*. Virgil. Ecl. III, 8.

7. *Hircis;* sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Alm. Voss. 2. Reliqui *hirquis*. — Eadem nostri. Ed.

8. *Nihil non... aliquid, idem;* sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) cum Alm. Voss. 2 (etsi ab his *aliquid, idem* abesse narratur) Obr. Ab Jens. ad Ald., *nihil... al. id*. Reliqui, Regio jubente, *nihil... aliquid, non idem*. Vide lib. VI, cap. 2, §. 11; lib. III, cap. 1, §. 6.

9. *Ego ne*. Turic. Flor. Guelferb., *nego*, cum Alm. *Nec ego*, Gebh.

quidem *aposiopesin* semper voco, in quo res quæcunque relinquitur intelligenda, ut ea, quæ[1] in epistolis Cicero, *Data Lupercalibus, quo die Antonius Cæsari:* non enim[2] obticuit, aut lusit, quia nihil hic aliud in-
62 telligi poterat, quam hoc, *diadema imposuit.* Altera est *per detractionem* figura, de qua [3]modo [4]dictum, cui conjunctiones eximuntur; tertia, quæ dicitur συνεζευγμένον[5], in qua unum ad verbum plures sententiæ referuntur, quarum unaquæque desideraret illud, si sola

conjicit. Reliqui *Ne ego.* Nos transposuimus. Vide §. 22.

1. *Ea, quæ.* Ambr. 1, *e. æque.* An erit *æque* solum pro *item*, referendo ad locum §. 58 ex epistolis ad Brutum? — *Ut ea, quæ... Cicero.* Relatum et hoc inter fragmenta (p. Ern. 1067) quoniam hoc uno loco legimus. Laborat etiam structura, incerto unde pendeat, quidve sit *ea.* Interim neutrius generis interpretabor, ut ad *quæ* intelligatur *habet*, vel *dicit*, vel *ponit.* Apertior sane fuerit oratio, si absint *ea quæ.* Deinde quid sit *data*, in promptu non est dicere. An ludi scenici fiebant Lupercalibus, ut *fabula* aliqua, vel *comœdia data* dicatur a Cicerone Lupercalibus? In usu *dandi fabulas* vide Cic. pro Clu. c. 31. An neutrum est pluralis, et *Lupercalibus* dativus, ut concessa aliqua narrentur Lupercalium licentiæ? id saltem manifestum, quod ad exemplum facit. Nihil enim vere tacetur (*obticuit*) a Cicerone in hoc dicto, neque jocus ullus amarulentus in quemquam conjicitur, aut exspectatio movetur mox ludificanda (*lusit*); sed omnia sunt aperta juxta ac si prorsus eloqui voluisset Cicero. Cæterum ad Philipp. II, 34, ablegat Gesnerus, notissimam historiam, ubi sane hæc ipsa quoque verba: *diadema imponere.*

2. *Non enim obticuit, aut lusit.* Flor. Turic. (hic quidem *non h.*) Ambr. 1, *non enim opticuit lusit*, cum Alm. Goth. Voss. 2. Sed Tur. (a sec. manu) *nihil obt. lusitque*, et sic Guelferb. Vall. cum edd. ante Gryph. exc. Bad. nisi quod Camp., *non enim obt. lusitque*, cum Andreana. Reliqui omittunt hæc, jubente Regio, quorum Badius notam marginalem putat librarii imperiti. Nos inseruimus *aut*, quod facile excidebat inter tot similes ductus. — Solus R. 13 omittit *non enim obt. a. l.* Pro *non enim* RR. 7, 10 habent *nihil.* Ed.

3. *Modo.* §. 50.

4. *Dictum, cui;* sic Turic. Guelf. Reliqui inserunt *est.* — Omittunt Vall. lib. RR. 7, 10, 12. Ed.

5. Συνεζευγμένον. Ambr. 1, συζευγμενον. Guelf. Camp., συνεξεμμενον. — Grammatici vocant hanc figuram, alii *zeugma*, alii ἀπὸ κοινοῦ, quasi dicas *a communi* pluribus membris verbo: Cornificius interpretatur *conjunctionem et adjunctionem:* fit autem tribus modis, quos persequitur Fabius. Ed.

poneretur: id accidit, aut præposito[1] verbo, ad quod reliqua respiciant: *Vicit pudorem*[2] *libido*, [3] *timorem audacia, rationēm amentia;* aut illato, quo plura cluduntur[4]: *Neque enim is es*[5], *Catilina, ut te aut pudor unquam*[6] *a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore revocaverit*[7]. Medium quoque potest esse, 63
quod et prioribus et sequentibus sufficiat: jungit autem et diversos sexus, ut quum marem[8] feminamque *filios* dicimus; et singularia pluralibus miscet. Sed hæc adeo 64
sunt vulgaria, ut sibi artem figurarum asserere non possint; illud plane figura est, qua diversa[9] sermonis forma conjungitur,

.....Sociis tunc[10] arma capessant
Edico, et dira bellum cum gente gerendum;

quamvis enim pars *bello*[11] posterior[12] participio insistat, utrique convenit[13] illud *edico*. Non[14] utique detractionis

1. *Præposito.* Vall. lib. RR. 8, 9, 12, *proposito.* Ed.

2. *Vicit pudorem.* Cicer. pro Cluent., c. 6. *Neque enim.* In Cat. I, cap. 9.

3. *Libido, timorem.* Turic. Flor. Guelf. Camp. omittunt cum Alm.

4. *Cluduntur;* sic RR. 7, 10, 12 a sec. manu. *Ducuntur;* sic Vall. lib. RR. 8, 9, 12. Ed.

5. *Is es.* Turic. (a prima manu) Flor., *i. est.*

6. *Unquam.* Camp. omittit cum Cic. libris.—Omittunt quoque Vall. lib. RR. 10, 13. Ed.

7. *Revocaverit.* Camp., *revocarit,* cum Cic. libris.

8. *Marem.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) *patrem.* Vide IX, 2, 70.

9. *Diversa... conjungitur.* Nonnulli, qui paulo sunt religiosiores, existimarent hoc *schema* esse fugiendum, quia efficit ἀνακόλουθον· ac sane raro est utendum, nisi in poemate. Turn.

10. *Sociis tunc.* Æn. III, 254. Ed.

11. *Bello;* sic Turic. (a pr. manu) Flor. Ambr. 1, cum Alm. Ille a sec. manu *belli*, et sic Guelf. Camp. cum Ald. Reliqui *bellum*, quod Gesnerus cum Burmanno glossam interpretatur.—*Belli*, RR. 10, 12. *Bellum*, Vall. lib. RR. 7, 8, 9. Ed.

12. *Bello posterior.* Elegans et ipsa brevitas loquendi pro ea parte loci quæ sequitur vocem hanc: *bellum.*

13. *Utrique convenit;* sic Turic. Flor. Guelferb. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Vall. Alm. Voss. 2, et edd. ante Ald. Reliqui inserunt *tamen*, suadente Regio. — Omittunt nostri. Ed.

14. *Non utique;* sic Turic. Flor.

gratia factam conjunctionem[1] συνοικείωσιν vocant, quæ duas res diversas colligat: *Tam deest*[2] *avaro, quod habet, quam quod non habet.* Huic diversam volunt esse distinctionem, cui dant nomen παραδιαστολὴν[3], qua similia discernuntur[4]: *Quum te pro astuto sapientem appelles, pro confidente fortem, pro illiberali diligentem:* quod totum[5] pendet ex finitione, ideoque, an figura sit[6], dubito: cui contraria est ea, quæ[7] ex[8] vicinia transit[9] ad diversa ut similia[10],.... *Brevis esse*[11] *laboro*,

Ambr. 1. *N. utrique*, Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. Reliqui *nam utrique.* — *Non utrique;* sic nostri. *Nam utrique;* sic Jens. ab emend.; et hæc emendator in margine addidit: Quamvis *edico* conjungat utramque partem, non tamen recte ponitur pro verbo, quod secundæ parti detractum est. Ed.

1. *Factam conjunctionem;* sic nos e conjectura. Reliqui *facta conjunctio.*

2. *Tam deest.* Vide VIII, 5, 6. Ed.

3. Παραδιαστολήν. Figuram cum exemplo Hyperideo habet Rutilius Lupus, p. Ruhnk. 15. Ex eo nostrum locum expressum apparet. Apud eumdem est et, cujus modo mentio, συνοικειώσεις, p. 115. Rectene se habeat accusativus apud nostrum, an præstet dativus παραδιαστολῇ, vix dicam. Ernestus quidem in Technologia dat Genitivum παραδιαστολῆς, fortasse ne consulto quidem.

4. *Qua similia discernuntur.* Turic. Flor. (sed ex hoc *qua*) Ambr. 1, *quia simili discernunt,* cum Almel. ut et Guelf. Camp. nisi quod *similia,* cum Goth. Jens. (err. Gesn.) Voss. 2 (ex hoc *discernuntur*), Tarv. — *Qua similia discernunt;* sic RR. 9, 12; item Vall. lib. RR. 7, 8, 10, nisi quod pro *qua* dant *quia.* R. 13, *quæ similia discernit.* Ed.

5. *Totum.* Omittunt Vall. lib. RR. 7, 8, 9, 12, Jens. Ald. Goth. et apud Burm. Voss. 2. Servant vero RR. 10, 13, Camp. Andr. Ed.

6. *An figura sit, dubito.* Ad negandum vergit dubitatio. Vide lib. IX, cap. 2, §. 107.

7. *Quæ ex.* Ambr. 1 inserit *fit.*

8. *Vicinia.* Ambr. 1, Guelf. Goth. (tacente Gesn.) Camp., *vicina,* cum Voss. 2.

9. *Transit.* Turic. (a pr. manu) Ambr. 1, *transitus.* An fuit: *qua fit... transitus ad,* etc.?

10. *Ut similia;* sic Turic. (a pr. manu). *Et s.,* Flor. Reliqui *aut s.* — *Ad diversa ut similia,* quasi ista *diversa* essent *similia.* Ita in exemplo *obscuritas* tamquam aliquid *simile* brevitatis proponitur. Subit autem animum suspicio, an forte ista *ex vicinia* hic debeant expungi, ut male assumpta a librario ex iis quæ sequuntur §. 66, ubi profecto minus possint desiderari ea vocabula.

11. *Brevis esse.* Horatius, ad Pisones vers. 26. Ed.

Obscurus fio, et quæ sequuntur. Tertium est genus figurarum [1], quod aut similitudine aliqua vocum, aut paribus, aut contrariis convertit [2] in se aures, et excitat [3]: hinc est [4] παρονομασία [5], quæ dicitur [6] *annominatio*: ea non uno [7] modo fieri solet, sed [8] ex vicinia [9] quadam prædicti nominis ducta [10], casibus declinatur [11]; ut Do- 66

1. *Figurarum, quod;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. Reliqui *f. quæ.* — Solus Vall. lib., *quæ.* Ed.

2. *Convertit;* sic Turic. Flor. cum Alm. Ille a sec. manu *convertunt*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Colbert. Reliqui *vertunt.* — Nostri *convertunt*, except. R. 7, qui *vertunt.* Ed.

3. *Et excitat;* sic Turic. Flor. (nisi quod omittit *et*). A sec. manu ille *et excitant*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Basil.; exc. Ald. Reliqui inserunt *animos*, quorum et MS. Colbert. et Flor. a sec. manu, *et* addens etiam. — Nostri *et excitant.* Ed.

4. *Hinc est;* sic Flor. *Hic non est*, Turic. Sed a sec. manu hic *huic nomen est*, et sic reliqui. — *Hinc* est παρονομασία. I. e., ex hoc genere. Vide VII, 4, 6.

5. Παρονομασία. Flor., ΠΟΝΟΜΤΙΑ. Guelf., νονομτια. (Mox §. 68 idem παρονομτια.) Ille a sec. manu προσονομασία, et sic Goth. (errante Gesn.) Camp. Tarv. Mox editi ante Obr., προσωνομασία, exc. Ald. Bad. Reliqui παρωνομασία, exc. Capper., qui vitium scribendi notat, sapiens sane aliquid ultra Burmannum in græcis, sed non ultra Gesnerum item, quem miror hic dormitantem, quum jam Vossius Orat. II, p. 165 monuisset. Schneiderus et ipse tangit in lexico. Mox iidem eumdem errorem. — Vall. lib. RR. 8, 9, 12, 13, προσονομασία. Ed. — Παρονομασία. Vide VI, 3, 53; item Ernesti, sis, Technologiam. — De hac figura ita disserit Rollinus: Παρονομασία aliam efficit sententiam litteræ unius, pluriumve *adjectione*, *detractione*, *transpositione*, *immutatione*. *Adjectione:* ut apud Terent. Heaut., act. II, sc. 2, vers. 115, « Tibi erunt parata verba, huic ho- « mini verbera. » *Detractione:* Cic. « Res mihi invisæ visæ sunt. » Et, « O fortunatam, natam me consu- « le Romam. » *Transpositione:* Cic. ad Att. lib. I, 10, « Consul autem « ipse parvo animo et pravo; facie « magis quam facetiis ridiculus. » *Immutatione:* Cic. Philipp. III, 9: « Ex oratore arator factus. » Ed.

6. *Annominatio;* sic Guelferbyt. Goth. (tacente Gesnero) Camp. *Adnominatio*, Turicens. Florent. Reliqui *agnominatio.*

7. *Non uno.* Turic. Flor. Guelf. inserunt *in.* Goth., contra quam narrat Gesn., *uno* non omittit.

8. *Sed.* Turic. Flor. (a pr. manu uterque) omittunt.

9. *Vicinia.* Turic. Goth. (tacente Gesn.) *vicina.*

10. *Ducta.* Flor., *aucta.*

11. *Declinatur.* Tur. (a pr. manu) *declinatus.* Flor. (a sec. manu) *declinati.*

mitius Afer[1] pro Cloantilla[2], *Mulier omnium*[3] *re-*
67 *rum imperita, in omnibus rebus*[4] *infelix:* et quum verbo idem verbum plus significanter[5] subjungitur, *Quando homo, hostis homo*[6]*;* quibus exemplis[7] sum in aliud usus: sed in uno[8] facilis[9] est geminatio: παρονομασία

1. *Afer pro Cloantilla.* Vide lib. IX, cap. 2, §. 20.

2. *Cloantilla.* Turic. Flor., *clo at illa*, cum Goth. Camp., sed conjunctim. Ille a sec. manu *Clodio at illa*, et sic Guelf. *Cletilla*, Tarv. *Cloetilla*, Jens. Reliqui ante Ald., *Cloentilla.* — Eadem nostri. Ed.

3. *Omnium rerum*; sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. Reliqui *r. o.*

4. *Omnibus rebus.* Turic. Flor., *hominibus rerum.* Ambr. 1, *o. rerum.* Jens., *o. rerum felix*, et *felix* quidem Tarv. cum edd. ante Ald., corrigente Regio.

5. *Significanter.* Flor., *significant*; a sec. manu *significat.*—Nostri omnes *significanter.* Ed.

6. *Et quum.... hostis homo.* Locus minime sanus. Statim ista: *et quum* respiciunt ad id cujusmodi nihil præcessit. Neque enim quisquam defendat talem structuram: « non uno modo fieri solet, sed.... « casibus declinatur.... et quum.... « subjungitur. » Quid proficiat Francius pro *significanter* tentans *significante*, non intelligo. Obrechtus ita constituit hæc: « et, quum verbo idem verbum plus significat, « subjungitur *Quomodo homo hostis, homo?* » Burmannus malit: « et quum... plus significans subjungitur aliquando: *Homo hostis, « homo!* » Pseudo-Turnebus interrogationem fieri cupit: « hostis homo? » velut illud Juvenalis « Ita « servus homo est? » (VI, 222). Badius priore loco reponat: « homini » (quamquam hoc et ipsum fuerit superioris speciei, ubi *casibus declinabatur*) « ut in Plinio: « an « non homini hostis homo? » Sed ubi hoc apud Plinium? Nihil ejusmodi reperio, nisi forte H. N. VII, 1, p. 370: « At hercules homini « plurima ex homine sunt mala; » quod tamen non sufficit. Has equidem tenebras offusas loco reor ex pluribus quæ interciderint. Gesneri nullus hic sermo, cujus solitam simplicitatem desidero.

7. *Quibus exemplis... geminatio.* Locus depositus. Vide nott. seqq. Si priora integra ad nos non pervenerunt, minus etiam mirandum, latere nos, quæ inde pendent.

8. *In uno.* Turic., *muno.*

9. *Facilis.* Turic. Guelf. Camp., *falsis*, cum Goth. Voss. 2, Vall. Ald. Φασις, Ambr. 1, cum edd. ante Ald. (in Jens. lacuna, quæ græcam fuisse vocem testatur). *Fassis*, Flor. cum Kapp. Nostrum est a Badii conjectura. « Quid enim facilius, ait, quam geminare pro exemplo vocem quamlibet? » Unde nihil proficio. Ne ex altera quidem, quam suadet, diremptione: « facilis est geminatio paronomasia. « Ei. » *Facilius* Leidensis, dicas per sphalma, est enim præposterum. Conatus interpretantium silentio premere satius duco, quoniam displicent. Regius a desperatione orsus, nihil quæsivit ultra; optime ille. In

ei contrarium est, quod eodem verbo quasi falsum arguitur[1], *Quæ lex*[2] *privatis hominibus esse lex non videbatur.* Cui confinis est ἀντανάκλασις[3], ejusdem verbi 68
contraria significatio: quum Proculeius quereretur de filio, quod is mortem suam *exspectaret*, et ille dixisset, *se vero non exspectare: Immo*, inquit, *rogo*[4] *exspectes:* non ex eodem[5], sed ex diverso, vicinum accipitur, quum *supplicio* afficiendum dicas, quem *supplicatione*[6] dig-

eamdem desiit cum Gesnero Crusius Probabb., p. 99, 100.

1. *Arguitur;* sic Flor. Ambr. 1. Ex Alm. affertur *aguitur*, nihil e Turic. (vide §§. 57, 68). In aliquot edd. margine *negatur*. Reliqui *augetur*. — Sic quoque nostri, exc. R. 13, qui *arguitur*. Ed.

2. *Quæ lex... non videbatur.* Cic. in Pison., c. 13. Si lex Clodii contra Ciceronem, ne privatis quidem lex esse videbatur, quanto minus Piso et Gabinius consules eam metuere debebant!

3. Ἀνταπάκλασις. Flor. (a sec. manu) ἀντιστιδόσις. Ambr. 1, ἀντιστιδόσις. Goth., ἀντιπίδοσις. Tarv., παρονομασία. Turic. Flor. Guelf. huic voci præmittunt *quæ*, cum Goth. Voss. 2, ut videatur excidisse post græcum *dicitur*. — Eædem nostri. Ed. — Ἀνταπάκλασις... *Proculeius.* Vide Rutilium, p. Ruhnk. 18. Firmatur loco Rutiliano vocabulum figuræ verum hic legi, quamquam ille ἀνάκλασιν appellat. Rectissime monet Ruhnkenius exemplum Proculeianum suppositum Rutilio esse; neque enim Rutilium nisi græcis uti. Similem verbi usum habes apud Lactantium de mortibus persecutorum, c. 24, p. 216: « (Maxi- « mianus) *exspectabat* obitum (Con- « stantii). » Illud post Παρονομασία pronomen *ei*, quod nasci potuit ex ἰῶτα ascripto, abjiciendum fortasse; et pro *quod eodem* scribendum *cum eodem*.

4. *Rogo exspectes.* Ἀνταπάκλασιν esse in dictione *exspectare*, quæ significat *opperiri* et *desiderare*, indicat Turnebus. Cui astipulatur Burm. ablegans ad Terent. Adelph., act. V, sc. 4, vers. 19, ubi « illum, « ut vivat, optant; meam autem « mortem *exspectant.* » Id est, *desiderant.* Et apud eumdem ibidem, act. III, sc. 4, vers. 8, « Quum in- « terea semper mortem *exspecta-* « *bam* miser. » Id est, *opperiebar.* Ed.

5. *Non ex eodem.* Turic., *nonæ eodem;* a sec. manu *non eodem*, et sic Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Gryph. Verum nostrum credo, ob Turic. pr. manum et alterum *ex div.* — Τὸ *ex* omittunt nostri. Ed.

6. *Quem supplicatione.... voces aut eædem div. in significatione.* Turic., *quem suppl. eadem aut div. i. s.*, cum Alm., nisi quod *supplici*, et *signatione* (vide 67, 71). Flor., *quem supplitia eadem aut div. i. signatione* (postremum a pr. manu). Guelf. Camp., *quæ* (hic *que*) *supplicia eodem aut d. i. s.*, cum Goth Voss. 2. Quæ hic desiderantur in Codd. nullo (nisi forte Ambr. 1) a

num judicaris. Aliter quoque voces aut eædem diversa in significatione ponuntur, aut productione tantum, vel correptione mutatæ[1]: quod etiam in jocis[2] frigidum, equidem tradi inter præcepta miror; eorumque[3] exempla vitandi potius, quam imitandi gratia, pono: *Amari jucundum*[4] *est, si curetur, ne quid insit amari; Avium dulcedo*[5] *ad avium ducit;* et apud Ovidium ludentem,

me inventa, sincera tamen credo. Jens. meorum primus habet, nullis, quantum video, correctionibus obnoxius. — Omittunt *quem suppl. dign. judic.* Vall. lib. RR. 7, 8, 9, 10, 12. Ed. — *Non ex eodem... judicaris.* Hic sensus, etsi in universum quidem sententiæ satis apertæ, longe abest ut sit sanus et integer: et structura enim, et nexu cum prioribus, et vocum significatione laborat. Primum exemplis velim conciliari orationi qualis hæc: *ex eodem... accipitur,* quamquam scio quid sit *ex diverso accipere.* Deinde quid est *vicinum accipere?* Exemplo quidem protinus illato apparet *supplicium* esse vicinum *supplicationi.* Nec apte noster sensus committitur priori. Quis enim non exspectet fore ut hic quidem designetur aliud ab eo, quod modo præceptum fuerit? Jam vero illa proxime posita *exspectatio* itidem est *diversa* potestate in *eodem* vocabulo, ut non attinuerit incipere sententiam nostram ab his: « *Non* « ex *eodem,* » quasi adhuc fuisset: *ex eodem accipitur.* Hæc aptæ junctura desideratio facit, ut intercidisse hic aliqua suspicer, modo ne multa. Denique alienissimus est conjunctivus *dicas* post *quum;* cui quidem vitio ita medendum censeo, ut *quum* deleatur, velut quod adhæserit ex vocis *accipitur* ultimis, scribatur autem *si* ante *supplicio.* De usu *supplicii* pro *supplicatione,* frequenti illo inter eos, qui aliquam scribendi antiquitatem affectant, vide præ aliis Drakenb. ad Livium XXII, 57, 5.

1. *Vel correptione mutatæ: quod.* Turic. Flor. (hic a prima manu) Guelf., *vel corpore quod,* eum Alm. *Vel correptione quod,* Camp.

2. *Jocis.* Turic. Guelf. Camp., *locis,* cum Alm. — Eadem nostri. Ed.

3. *Eorumque.* Non habet pronomen, quo recte referatur, et possit sane placere *eoque,* i. e., *et propterea,* sed nostrum esse censeo a Quint. qui sibi visus sit pluralem usurpasse in prioribus.

4. *Amari jucundum.* « Utitur hoc « exemplo etiam auctor ad Her. IV, « 14, » (ubi et *traductionem* vocat) « ubi tamen *festivitatem quamdam* « *esse huic* quoque *generi exornatio-* « *nis* ait. » Gesn. — In eamdem fere sententiam ludit Plautus in Cistell. act. I, sc. I, « Eho! an amare occi- « pere, amarum est, obsecro. » Ed.

5. *Dulcedo ad avium.* Turicens. Flor. Ambr. 1, Guelf., *dulce avium,* cum Palat. Gebh. 3, 2. — *Avium... ducit.* Hoc exemplum (referente Gesn.) habet auctor ad Her. IV, 21. Burm. suspicatur hoc esse allegoricum, et simpliciter significare « du-

Cur ego[1] non dicam, Furia, te[2] furiam?

Cornificius hanc[3] *traductionem* vocat, videlicet alterius intellectus ad[4] alterum: sed elegantius, quod est positum in distinguenda rei proprietate[5]: *Hanc reipublicæ*[6] *pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse;* et quæ præpositionibus[7] in contrarium mutantur, *Non emissus*[8] *ex urbe, sed immissus*[9] *in urbem esse videatur;* melius atque acrius, quod quum figura jucundum est, tum etiam sensu valet, *Emit morte immortalitatem.* Illa leviora[10], *Non Pisonum, sed* 71 72

« cere in perversam vitæ ratio- « nem. » Ita enim *avia consilia* dixit Silius, lib. XII, vers. 493. Ed. — *Apud Ovidium ludentem.* Locum esse ex libro Epigrammatum Ovidii suspicantur VV. DD. De iis consulendus Angelus Politianus Fac. Gruteri, vol. I, p. 76 seqq. Attende autem nominis gentilis primam productam, quod aliis quoque poetarum locis apparet. Simile quid habet Herennianus scriptor IV, 21, « non tantum *curiam* dili- « git, quantum *Curiam.* »

1. *Ego;* sic Flor. Goth. Jenson. (tac. Gesn.) cum edd. posterr. ante Leid. acc. Gibs. Obr. Capper. Reliqui mei et MSS. et excusi *ergo* præpostere, exc. (opinor) Ambr. 1. — Eadem nostri. Ed.

2. *Furia, te.* Turic. (a sec. manu) Guelf. Camp. Goth. Jens. (tacente Gesn.) *furiare,* cum Voss. 2 et edd. ante Gryph. — Plerique nostri *furiare furiam.* Ed.

3. *Hanc.* Turic. (a prima manu) Flor. Ambr. 1, *hæc.*

4. *Intellectus ad.* Turic. Florent. (hic a pr. manu) Guelf. Camp. inserunt *et,* cum Goth. Voss. 2, Alm. et edd. ante Ald. Correxit Regius. — Nostri inserunt *et.* Ed.

5. *Rei proprietate.* Turic. Guelf., *re proprietatem.* Flor., *re proprietate.* Sed Goth. (tac. Gesn.) Camp., *rerum proprietate.* Nostrum dare narrantur Alm. (vide 68, 77) Voss. 2. Vidi in Obr. Alii aliter, *distinguendum,* vel *distinguendam... proprietatem.* Male.

6. *Hanc reipublicæ.* Cic. Catilin. I, 12. Ed.

7. *Præpositionibus.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *propositionibus,* cum Goth. — Eadem nostri. Præterea R. 10, *de positionibus.* Ed.

8. *Non emissus.* Cic. Cat. I, 11. Ed.

9. *Immissus.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf., *missus,* cum Alm. Jens. Tarv. — Eadem nostri. Ed. — *Emissus.... immissus.* Magnopere huc faciebat exemplum paronomasiæ etiam manifestius, quippe longius petitum, in Catil. II, 7, 24 (Beck.), « quum *profectus* sit... si *interfectus* « esset. »

10. *Leviora;* sic Camp. cum Goth. Voss. 2. Reliqui *levior est.* — Eadem nostri. Præterea R. 10, *leviorum.* Ed.

pistorum; et, *Ex oratore*[1] *arator*; pessimum vero, *Ne patres conscripti*[2] *videantur circumscripti; Raro evenit, sed vehementer venit*: sic contingit[3], ut aliquis sensus vehemens et acer venustatem aliquam, non eodem[4] ex
73 verbo non dissonam, accipiat. Et cur me prohibeat pudor uti domestico exemplo? Pater meus[5] contra eum, qui se legationi immoriturum[6] dixerat, deinde vix paucis diebus insumptis, re infecta redierat, *Non exigo, ut immoriaris legationi, immorare;* nam et valet sensus ipse, et in verbis tantum distantibus[7] jucunde consonat vox, præsertim non captata, sed velut oblata; quum altero suo[8] sit usus, alterum ab adversario acceperit.
74 Magnæ veteribus curæ fuit gratiam dicendi e[9] paribus

1. *Ex oratore.* Cicero, Philipp. III, cap. 9. Ed.

2. *Ne patres conscripti.* Turic. Guelf., *nempe.* Item Flor. sed addito *conscr.* Omnia hæc omittit Ambr. 1. — *Conscripti.... circumscripti.* Ad Herennium lib. IV, cap. 21, indicante docta manu Vaticana. Vide §. 39.

3. *Contingit.* Turicens. Florent., *contigit.*

4. *Eodem ex.... dissonam, accipiat.* Turic. Flor. Ambr. 1, *eadem eo.... dissona accipit.* Primus a sec. manu *eamdem.... dissonam,* et sic Guelf. Camp. cum Goth. Jens. (err. Gesn.) et edd. ante Ald. Correxit et vere et ingeniose Regius.

5. *Pater meus.* Vide VI, Pro. 13. Is esse possit, quem non sane honoris causa nominat Seneca pater, p. 318: « Pertinere autem ad rem « non puto, quomodo... Quintilia- « nus declamaverit: transeo istos, « quorum fama cum ipsis exstincta « est. » Refert tamen aliquem ejus sensum non sine laude quadam, p. 352.

6. *Immoriturum.* Turicens. Florent., *moriturum,* cum Alm. Ille a secunda manu *immoraturum,* et sic Camp. Guelf.

7. *Tantum distantibus.* Suspicor fuisse a Quint. *tantulum d.* In una Tarvisina invenio *tamen d.*, ne ipsum quidem loco congruens.

8. *Altero.* Turic. Flor. Camp., *aliter,* cum Alm. et edd. ante Ald. *Alter,* Ambr. 1. Guelf. hic et mox idem, post quam ibi vocem (*alterum*) Flor. inserit *non.* — RR. 7, 10, *alter.* Reliqui *altero.* Ed.

9. *E paribus contrariis.* Turicens. (a pr. manu) Flor., *et p. c.*, cum Alm. *A p. c.*, Goth. Ex illa vetere scriptura transponendo (vide §. 61) saniora efficio: *paribus et contrariis.* Quid enim est, quod connumerantur hic *paria contraria,* ut alterum alterius fiat epitheton? Hoc ut per se ferri sane possit, ita abhorret ab artis diligentia. Et mox

contrariis acquirere: Gorgias[1] in hoc immodicus; copiosus, ætate prima utique[2], Isocrates fuit; delectatus est his etiam M. Tullius, verum et modum adhibuit non ingratæ, nisi copia redundet, voluptati, et rem, alioqui levem, sententiarum pondere implevit: nam per se frigida et inanis affectatio, quum in acres incidit sensus, innata[3] videtur esse, non arcessita. *Simi-* 75
lium[4] fere quadruplex ratio est: nam est primum, quoties verbum verbo simile[5], aut non dissimile valde quæritur; ut,

..... Puppesque tuæ[6], pubesque tuorum;

et, *Sic*[7] *in hac calamitosa fama, quasi in aliqua perni-*

recensentur tamquam duo figurarum genera: *similium*, §. 75, *contrapositum*, §. 81. Rollinus, remittens lectorem ad §. 66, idem monet, inserique velit *et* retento *e*, quam scripturam Capper. recepit, verbose commendatam. — Nostri *e paribus contrariis*. Ed.

1. *Gorgias*. De Gorgiæ in hoc genere intemperantia vide Diodor. Sicul. XII, 53, ubi Wesselingius loca scriptorum designat. Nostrum maxime illustrat Cic. Orat., c. 52; item Dionys. Halicarn. de Isocrate, vol. V (Rsk.) p. 564. Sua ex Nostro hausit Aquila Romanus, p. Ruhnk. 165 seq.

2. *Ætate prima utique, Isocrates*. Turic. Flor., *æ. itaque primi Socr.* (ultimum Flor. a pr. manu). Guelf., *æ. igitur primi Socr.* Vide II, 15, 10. Goth. (err. Gesn.) Camp., *æ. prima Isocr.* Reliqui *utique prima ætate Isocr.*, nisi quod a Jens. inde ante Ald. *Socratis*, hic autem *et Socrates*. Mecum facit Obr. — Eadem nostri, nisi quod nullus Cod. habet *Socratis*, vel *et Socrates*. Ed.

3. *Innata.... arcessita*. Ambr. 1, *innatam videtur habere non arcessitam*. Turic. Flor., *innata videtur habere non accersitam* (Turic., *arcensitan*; sed a sec. manu *arcessita*). Guelf., *innata habere non arcessita*, cum edd. ante Bad. nisi quod edd., *accersita*. Nostrum dant Goth. Voss. 2, Vall. Camp.

4. *Similium*. Per *similia* intelligit hic *paria*. Roll.

5. *Simile*. Turic. Ambr. 1, Flor. Camp. omittunt cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Gryph. Turic. a sec. manu aliquid nostri loco sufficit, referens notam τοῦ *enim*, delet autem *non*, et sic (quamquam sine *enim*) Camp. Guelf.

6 *Puppesque tuæ*. Virg. Æn. I, 399. *Sic in hac*. Cic. pro Cluent. 1 extr. Reliqua fere hic posita, in ipsum exemplum e vestigio ficta censeo. Nisi forte latent fontes, qualem horum: *Non verbis, sed armis*, designat Ruhnkenius Rutilium suum, p. 122.

7. *Sic*; ita Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp. cum Voss. 2, Goth. et

ciosissima flamma; et, *Non enim tam spes*[1] *laudanda, quam res est;* aut certe par est[2] extremis syllabis conso-
76 nans, *Non verbis, sed armis.* Et hoc quoque, quoties in sententias acres incidit, pulchrum est: *Quantum possis, in eo semper experire, ut prosis:* hoc est πάρισον, ut plerisque placuit: Cleosteleus[3] πάρισον existimat, quod

edd. ante Gryph. acc. Capper. Gesn. Bip. et Cic. Reliqui *Si.* — Nostri habent *Sic.* Ed. — *Quasi.* Turic. Flor. Guelf., *quæ*, cum Alm. et edd. ante Ald. — Nostri *quasi.* Ed.

1. *Spes.... res.* Ex Ciceronis dialogo hæc laudat (referente Burm.) Servius ad Virg. Æneid. VI, 877, hoc modo: « Fanni, causa difficilis « laudare puerum; non enim *res* lau- « danda, sed *spes* est. » Esse vero ex libris de Republ., et fugisse fragmentorum collectores docet Schot., lib. II, c. 5, Nodor. Cicer. Hac figura usus est idem Cicer. ad Fam., lib. XII, ep. 25, ubi « neque solum « *spe*, sed certa *re* jam et posses- « sione deturbatus. » Et Ovid. Ep. XVIII, 178, « Et *res* non semper, « *spes* mihi semper adest. » Ed.

2. *Par est.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf., *patet*, cum Alm. *Apparet* margo Basil. *Parem*, Jens. (tacente Gesn.) Tarv. Non est quod acquiescamus in recepta hujus paragraphi constitutione. *Simile* illud insertum a novitiis libb. auctoritate caret et veritate. Refertur enim *aut*, cujus causa inserebatur, ad alterum, quod post exempla allata infertur, *aut certe.* Sed nec ibi res salva. Optimum videtur, quod suadet Buttmannus noster, ut pro *par est*, vel potius pro veterum *patet*, reponatur *par et.* Sic idem, quod supra, verbum *quæritur* implebit sententiam, *par* autem referetur ad mensuram verborum, quæ si minus *similia*, *paria* sint saltem. Ejusdem enim magnitudinis *verbis* et *armis.* De qua significatione quum possit dubitari, non sum ausus reponere in textu, quod tamen verum censeo. Plane autem ferri nequit *par consonans est.* Fœdissimum asyndeton; vel, si interponis *et*, quis unquam participium ita junxit verbo substantivo? Quin scripsit protinus *consonat?* Qui offendetur illo *non dissimile valde*, poterit transponere *non valde dissimile.* — Nostri habent, alii *par est*, alii *patet.* Ed.

3. *Cleosteleus.* Turicens. Ambr. 1, Guelf., *Cheostolcus.* Postremus quidem ...*chus.* Flor. Camp., *Cheosteleus.* Goth. cum Voss. 2, *Cleoscoleus.* Jens. (tac. Gesn.) *Cleostoleus*, cum edd. ante Basil. exc. Ald. Hic nostrum per æ an œ. Obr. diremptim *Cleo Stelæus*, quem Gesnerus in Indice repetit ex urbe Cretæ Stelis, sequens Stephanum Byzantinum, qui gentile et Στηλαῖος et Στηλίτης formatum testatur. — *Cleosteleus.* Hic qui sit, adhuc latet. Et est profecto opus ingenio aliquo Ruhnkeniano, ad protrahendum rhetoris nomen. Hic igitur *membris* id constare censuit quod cæteri *verbis.* Receptam τοῦ παρίσου definitionem apud Hermogenem designat Capper., p. Sturm. 540. Sed vide, sis, Ernest. Technol. in voce. Non in *verbis*, sed in *membris* figuram

sit[1] e membris non dissimilibus. Secundum[2], ut clausula 77
similiter cadat[3], vel iisdem[4] in ultimam partem collatis, ὁμοιοτέλευτον, similem[5] duarum sententiarum, vel plurium finem: *Non modo ad salutem*[6] *ejus exstinguendam, sed etiam gloriam per tales viros infringendam;* ex quibus fere fiunt[7], non tamen ut semper ultimis consonent[8], quæ τρίκωλα dicunt[9]: *Vicit*[10] *pudorem libido,*

agnoscit item Aquila Roman., p. Ruhnk. 168. De παρίσων usu quem habeat Demosthenes locum lectu jucundum excitat Ruhnkenius Histor. Oratt., p. 74.

1. *Quod sit;* sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. cum Jens. ante Basil. Reliqui *q. fit.* Goth. (fortasse) *q. sic.*

2. *Secundum.* Flor. (a sec. manu) *Sed nudum*, et sic Goth. — Eadem nostri. Ed.

3. *Cadat.* Turicens. Guelferbyt. omittunt. — Sic quoque Vall. lib. RR. 7, 10. Ed.

4. *Iisdem in ultimam.* Turicens. Flor. Guelf., *in his ult.*, cum Alm. Sed Ambr. 1, *in hisdem ult.* Camp. Goth. (tac. Gesn.) *in his* (posterior *iis*) *in ult.* E Voss. 2 *in ult.* solum (vide VIII, 6, 28; IX, 4, 3). Rectissime transpositum fuit *in* (vide §. 74). — *Vel iisdem.* Hic ego sani nihil agnosco. Dura medicina (sed nullam ego aliam invenio), ut pro *vel* scribatur *syllabis.* Sed mox nova ingruit difficultas. Vox græca confragosius profecto et insuavius subjicitur, nulla cum prioribus commissura. Nec suffecerit interponere *id est* (vide V, 10, 75). Denique accusativus *similem... finem* unde penderet, nemo docuit, et dubitationem testati sunt Burmannus et Capperonnerius, cæteris quidem obmutescentibus.

5. *Similem.* Turic. (a sec. manu) Guelf. Camp., *simile*, cum Jenson. Tarv. An hinc efficies: *simili.... fine?* Sed et ipsum non explet animum. Burmannus ad hos accusativos *faciat*, vel *habeat* velit addi; Capper. sic ordinari locum: *collatis; ὁμοιοτέλευτον vocant similem.... finem.* — Hunc mendosum locum Rollinus sic interpretatur: ὁμοιοτέλευτον, seu *similiter desinens*, in hoc positum est, ut clausula similiter cadens, verbis ejusdem soni in ultimam partem collatis, similem efficiat duarum sententiarum, vel plurium finem. Ed.

6. *Non modo ad salutem.* Pro Milone, 2. Ed.

7. *Fiunt;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Alm. Reliqui *sunt.* — Sic solus R. 7. Ed.

8. *Consonent.* Turic. (a pr. manu) Flor., *consonant.* Post *semper* Flor. inserit *utique*, quod et ex Alm. affertur (vide §§. 67, 68; item mox). —Nostri receptam lect. habent. Ed.

9. *Dicunt.* Aptius videtur, quod in uno libro Ambrosiano 1 invenio: *dicuntur.* Et sic legisse Regium, nota ejus testatur.

10. *Vicit.* Turic. Flor. Guelferb. Camp., *vincit*, cum Goth. Jenson. Tarv. — *Vicit pudorem.* Cic. pro Cluent., c. 6. Eodem exemplo usus est Noster supra §. 62. Ed.

timorem[1] *audacia*, *rationem amentia*: sed in[2] quaternas quoque ac plures hæc ratio ire sententias potest: fit etiam singulis verbis: *Hecuba*[3], *hoc dolet*, [4]*pudet*,
78 *piget*; et, *Abiit*[5], *excessit*, *erupit*, *evasit*. Tertium est, quod in[6] eosdem casus cadit, ὁμοιόπτωτον[7] dicitur: sed neque[8], quod finem habet similem, est ὁμοιόπτωτον· et utique[9] in eumdem venit finem[10] ὁμοιοτέλευτον[11]; quia

1. *Timorem*. Turic., *morem*. Mire, sed vide §. 62.

2. *Sed in*. Ambr. 1 omittit prius, Turic. Flor. (a sec. uterque manu) posterius.

3. *Hecuba*. Vall. Bad., *Hæc cubat*, cum edd. posterr. ante Obr. quod affertur et ex Alm. me quidem incredulo (vide modo; item 79). Guelf., *Heccuba*. Ambr. 1, *Hæccuba*. — Solus Vall. lib., *Hæc cubat*; bene, ob *quaternas sententias*. Ed. — *Hecuba*. Fragmentum veteris tragici suspicatur Burmannus.

4. *Pudet, piget*; sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *piget, pudet*.

5. *Abiit*. Cic. Catil. II, 1. Vide hoc supra §. 45. Ed.

6. *Quod in*. Turicens. Ambr. 1, Guelf. inserunt *non*, cum Jens. et edd. posterr. ante Ald. Regius expunxit, sed videtur abesse a Flor. Alm. Voss. 2, et abest a Goth. Vall. Camp. (vide VI, 2, 11).

7. *Est*... ὁμοιόπτωτον. Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp. omittunt, cum Goth. Voss. 2, Alm. et edd. ante Ald. quo acc. Bad. pr. Obr. Hic etiam *quod* omittit post *neque*. Regius ex ingenio addidit, verissime. — Ὁμοιόπτωτον. Non semper finem habet similem; est enim tantum casus similis, etiamsi dissimilis sit sonus: ut, *Pollet auctoritate, circumfluit opibus, abundat amicis*; nec tantum in fine deprehenditur, sed vel initio, vel medio. Roll.

8. *Neque*.... *et*. Duplicem differentiam designat utriusque figuræ. Structura autem, quæ respondentia sibi vicissim conjungit, *neque*... *et*, inprimis elegans. Vide VII, 3, 16; adde Nostr. I, 1, 27; coll. V, 10, 30; Cic. pro Milone, cap. 23, et not. Ern.; item Philipp. II, 42. Inest durities prioribus, ubi «ὁμοιόπτωτον dicitur» irrumpit sine copula. Malim post *cadit*, inseri *id*, quamquam et consulto potuit ἀσυνδέτως efferre Quint., ut §. 87.

9. *Et utique*. Prius, quo carent omnes libri, de nostro addidimus.

10. *Venit finem*; sic Turic. Flor. Ambr. 1. Reliqui *f. v.*

11. Ομοιοτέλευτον. Turic. Florent. Ambr. 1, Guelf. Goth. (err. Gesn.) Camp., ὁμοιόπτωτον (quamquam corruptum in quibusdam, pravis litteris). Primus nostrum Tarv. nec vidi in ullo MS. verissimum tamen; sed, unde invectum, non apparet. Monuit sane me Buttmannus, posse fieri, ut *nec* ante *tantum* in *fine* reddatur illi superiori «*neque* quod «finem» per parenthesin insertis istis «quia ὁμ... quæ declinentur.» In qua ratione si possimus jacturam facere horum: «utique in eum«dem venit finem» et inserere *est*

ὁμοιόπτωτον [1] est tantum casu [2] simile, etiamsi dissimilia sint, quæ declinentur; nec tantum in fine deprehenditur, sed respondet [3] vel primis inter se, vel mediis, vel extremis; vel etiam permutatis his, ut media primis [4], et summa mediis accommodentur [5], et quocunque modo accommodari potest [6]. Neque enim [7] semper 79

hunc in modum: *Sed neque quod finem habet similem est ὁμοιόπτωτον... nec tantum*, etc., sanum pronunciat locum me quidem assentiente.

1. *Quia ὁμοιόπτωτον est.* Turic., *qua amo ion τοτον est.* Flor., *qua a amoiοττοτον est.* Reponit mox uterque *quia.* Ambr. 1, *quam* aMOIOΠΤωτον. An *est* addat, non novi. Nobiscum faciunt Guelf. Camp. Goth. (err. Gesn.) Jens. (quamquam cum lacuna græcæ vocis) cum edd. ante Ald. quo acc. Obr. Sed Ald. præpostere pro hisce omnibus *est tamen.* Mox a Badio inde reliqui *Est enim ὁμοιόπτωτον.*

2. *Casu simile.* Ambr. 1, *casu simile est.* Turic. Flor., *casus similem est.* Ille a sec. manu *casus similes*, et sic Guelf. Reliqui *casus similis.* — *Tantum casu simile.* Malim *tamen casu simile.*

3. *Respondet;* sic Goth. Camp. cum Voss. 2. Reliqui *respondent.* Sententia coegit sequioribus Codd. obtemperare.

4. *Primis;* sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Bad. quo acc. Basil. Reliqui *prima.*

5. *Accommodentur... accommodari.* Neglectus ille in Nostro sæpe jam notatus. Vide IX, 2, 73.

6. *Potest;* sic Turic. (a pr. manu) Flor. cum Alm. Reliqui *poterunt.*

7. *Neque enim;* sic scripsi ex analogia. Reliqui *Nec en.* Vide V, 10, 120. — *Neque enim.... ut est apud Afrum.* Utrius igitur homœoptoti exemplum est locus Afri? Paribus syllabis constantis, an imparibus? Ratio quidem præcipiendi postulat, ut sit posterioris, sed res ipsa refragatur. (Et sic mox §. 83, exemplum est ejus ipsius rationis, quæ *semper* quidem locum habere negatur. Vicissim exceptionis exemplum est §. 84, ex Rutilio.) Quis enim paritatem syllabarum non agnoscat in hoc exemplo? Nisi forte hærebimus in illo *adversa*, quod sane una syllaba brevius est quam *pericula.* Gedoynus et ipse tamquam par syllabis expressit, sed mire immutatis præcedentibus, ut saltem aliqua species relinqueretur perspicuitatis et nexus. Ex qua Domitii Afri oratione hoc petatur, quæve significetur *infelix aula*, neque quisquam quæsivit, neque ego dicam. Deinde, quomodo verba ista *præsidio, solatio* possunt dici *initia et fines sententiarum?* Nisi forte, cum Buttmanno, adjuveris trajectione facienda: *tamen inter adversa solatio.* Sed tot ac tantæ mox ingruunt in hisce technicis tenebræ, ut acquiescentem in iis Capper., studiosum illum rhetoricæ veteris, mirer et prope indigner. Reliqui enim tam negligenter animum solent intendere ad hujusmodi tricas, ut sibi videantur intelligere, quæ

paribus syllabis constat[1]; ut est apud Afrum, *Amisso nuper infelicis aulæ, si non*[2] *præsidio inter pericula, tamen solatio*[3] *inter adversa*[4]: ejus fere[5] videntur optima, in quibus initia sententiarum et fines consentiunt; ut hic, *præsidio, solatio;* et ut pæne[6] similia sint verbis, et paribus[7] cadant, et eodem modo[8] desinant. 80 Etiam ut sint[9], quod est quartum, membris æqualibus, quod ἰσόκωλον[10] dicitur: *Si, quantum*[11] *in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro atque judiciis impudentia valeret:* ἰσόκωλον est, et ὁμοιόπτωτον habet. *Non minus nunc in causa cederet Aulus Cæcina Sexti Æbutii impudentiæ, quam tum in vi facienda cessit audaciæ;* ἰσόκωλον, ὁμοιόπτωτον, ὁμοιοτέλευτον· accedit[12] et ex

sunt impeditissima. Equidem testatus consilii inopiam, me acutiores ablegabo ad varietatem scripturæ, unde eruant ἀγαθῇ τύχῃ, quod ego jam despero.

1. *Constat.* Vall. lib. RR. 8, 10, Camp. Andr., *constant.* Ed.

2. *Si non.* Omittunt *si* Vall. lib. RR. 7, 8, 9, 10, Andr. Ed.

3. *Solatio inter;* sic Turic. Flor. Guelf. Goth. Camp. cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Ald. Reliqui inserunt *vitæ*, Regio nescio an conjiciente, fortasse tamen est in Ambr. 1. — Nostri non habent *vitæ.* Ed.

4. *Adversa.* Solus R. 8, *diversa.* Ed.

5. *Ejus fere;* sic Turic. Florent. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. *Eī vero*, Alm. (vide §§. 77, 95). *Eī fere*, Ambr. 1. *Enim fere*, Jenson. Tarv. *Ea fere*, Loc. Ven. Rusc. Reliqui *ea vero.*

6. *Et ut pæne.* Turic. Ambr. 1, Guelf., *pedem et*, cum Alm. Sed Flor., *pedem* (sed sublatum a sec. manu). Goth. (err. Gesn.) *prdio et.* Voss. 2, Camp., *prædio et*, cum edd. ante Ald. qui *pene ut.* Obr., *et ut pede.* — Vall. lib. RR. 7, 10, *pedem et.* Vall. lib. a sec. man. RR. 8, 9, 12, *prædio et.* Ed.

7. *Et paribus.* Amb. 1 inserit *a. Verbis, et par.... Etiam ut sint.* Guelf. omittit. — R. 9, *et paria.* R. 7, Camp. Andr., *verbisque paribus.* Ald., *verbis ut paribus.* Ed.

8. *Modo desinant;* sic Turicens. Flor. Camp. Goth. Jenson. (tacente Gesnero) cum edd. ante Gryphium. Reliqui *desinant modo.*

9. *Sint quod.* Turic. Camp. inserunt *verbis*, cum Alm. Pro *sint* Turic. (a sec. manu) *sine*, et sic Camp. Sed Flor. inserit *verba.* — Eadem nostri, nisi quod *verba* non reperimus. Ed.

10. Ἰσόκωλον. Ambr. 1, *ισοκαμμον.* Guelf., *νσοκμαον*, et mox *ισοκαον.*

11. *Si, quantum.* Cic. pro Cæcina ipso initio.

12. *Accedit.* Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp., *accidit*, cum Alm. et edd. ante Basil. Omittere vocem perhibetur Voss. 2. Nos-

illa figura gratia[1], qua nomina dixi[2] mutatis casibus repeti, *Non minus cederet, quam cessit:* adhuc[3] ὁμοιοτέλευτον et παρονομασία est, *Neminem alteri posse*[4] *dare in matrimonium*[5], *nisi penes*[6] *quem sit patrimonium. Con-* 81
trapositum autem, vel, ut quidam vocant, *contentio* (ἀντίθετον dicitur) non uno fit modo: nam et, si[7] singula singulis opponuntur, ut in eo, quod modo[8] dixi, *Vicit pudorem libido, timorem audacia;* et bina binis, *Non nostri ingenii*[9], *vestri auxilii est;* et sententiæ sententiis, *Dominetur in concionibus, jaceat in judiciis.* Cui com- 82
modissime subjungitur et ea species, quam *distinctionem* diximus[10], *Odit populus romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit;* et, quæ sunt, simili casu, dissimili sententia, in ultimo locata, ut, *Quod in tempore mali fuit, nihil obsit, quin, quod in causa boni fuit, prosit.* Nec semper contrapositum sub- 83
jungitur, ut in hoc, *Est igitur*[11], *judices, non scripta, sed nata lex:* verum, sicut Cicero dicit[12], de singulis

trum suasit jam Regius. — Nostri *accidit.* Ed.

1. *Gratia.* Jens., *græca*, cum edd. ante Bad. — Nostri *gratia.* Ed.

2. *Dixi... repeti.* Vide §. 36; sed et §. 66.

3. *Adhuc... παρονομασία est.* Etiam hæc stribligo. Adjuvabitur scribendo *ad hoc.* Vide III, 6, 53.

4. *Alteri posse;* sic Turic. Ambr. 1, Guelf. Camp. Reliqui *p. a.*

5. *Dare in matrimonium;* sic Turic. Flor. (a prima manu uterque). Reliqui omittunt *in.*

6. *Penes quem;* sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *q. p.* — Nostri *penes quem.* Ed.

7. *Et, si singula;* sic Turic. (a sec. manu). A pr. quidem *et fit s.*, et sic Flor. Reliqui *et fit si s.* — Vall. lib. RR. 8, 9, 10, 12, *nam et fit, si singula.* R. 7, *namque et fit, si singula.* Ed.

8. *Quod modo.* Supra §. 77. Ed.

9. *Non nostri ingenii.* Cic. pro Cluent., c. 1. *Dominetur;* ibid., c. 2. *Odit populus;* pro Muren., 36. *Quod in tempore;* pro Cluent., 29. *Est igitur;* pro Mil., 4.

10. *Diximus;* §. 65.

11. *Igitur;* sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Gryph. Reliqui *enim hæc.* Cic., *ig. hæc.*

12. *Dicit, de;* sic Turic. Florent. Guelf. Camp. cum Alm. Basil. Obr. Capper. Reliqui inserunt *quod.* — *Cicero dicit.* Vide IX, 1, 34. Exem-

bis[1], *ego ter*[2], διίξοδον· et, *Longius evectus sum, sed redeo*
88 *ad propositum*[3], ἄφοδον[4]. Quædam verborum figuræ paulum figuris sententiarum declinantur[5], ut [6]*dubitatio:* nam quum est in re, priori parti[7] assignanda est; quum in verbo, sequenti[8]: *Sive me*[9] *malitiam, sive*

1. *Ego bis.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) Guelf. Ambr. 1, Camp., *nego bis*, cum Goth. Voss. 2, Vall. et edd. ante Ald. *Nemo bis*, Bad. e conjectura, ingeniosa illa — *Nego bis, ego ter;* sic nostri. Ed.

2. *Ter*, διίξοδον· *et*, *Longius.* Flor., ΔΙΕΖΟΔΟΝ *eiongius;* a sec. manu διίξοδον *eo longius*, et sic Tarvens. cum edd. posterr. ante Gryph., exc. Bad. Διξοδον *eo longius*, Guelf. Sed Camp., *ter ait* ἔξοδον *eo longius.* Jens. (tac. Gesn.) breviori quam pro duobus vocabulis lacunæ subjicit *eo longius.* Reliqui *ter* Διίξοδον ἄφοδον *Longius.* Goth., *ter. Longius. Et* ante *Long.* e conjectura dedimus. Turic. unam modo græcam vocem inserere narratur, sed quæ evanida legi nequeat. — Διίξοδον. Hoc figuræ vocabulum non adeo tritum est, nec, quo nunc usurpatum sensu legimus, alibi invenitur. Vide enim IV, 3, 12. Quid sit tamen facile agnoscas, maxime si pro *ego bis* legas *nemo bis* (vide not. super.). In isto enim trium recensu *aliquis, nemo, ego*, totum aliquod διιξιέναι videtur oratio et persequi. Minus mirabile eumdem vocis usum præterea nobis non objici, quia obscuras prave diligentium rhetorum appellationes, nec a se probatas, hic profert Quintil. De reditu a digressione interpretari cum Gesnero nolim. Rectius quidem nostroque loco aptius διίξοδος opponitur τῇ συντομίᾳ, velut Longino, capite 34, διιξοδεῦσαι, indicante Capper. Vide et Aristid. περὶ λογικοῦ., p. 302 (ed. Normanni Upsaliæ 1687): τὸ ἐγκόμιον ἐπὶ μεῖζον ἐξαίρει, διόπερ κατὰ διίξοδον γίνεται· demonstrante in Technologia Ernesto.

3. *Propositum*, ἄφοδον. *Quædam;* sic Turic. Flor. Guelf. (quamquam hic mutilo græco) Camp. Mox edd. ante Gryph. utrumque vocabulum græcum hic inserunt, ut et Goth. Reliqui *prop. Quæd.*

4. Ἄφοδον. Hic omnes reditum agnoscunt ad propositum, quod tamen in ipsa græca voce minus designatum video. Quidni nomen inditum dicamus ab excessu, cui deinde reditus succedit? Ex alio quidem rhetore usum vocabuli docere non contingit.

5. *Declinantur.* « Id est, parum « distant, differunt a sententiarum « figuris; eodem sensu Terentius « dixit Hecyr. II, 1, 3, *Neque decli-* « *natam quidquam ab aliarum in-* « *genio.* » Capper.

6. *Dubitatio.* Quæ a Cic. De Orat. III, modo sententiarum, modo verborum figuris annumeratur. Capp.

7. *Priori parti.* Id est, sententiarum figuræ, de quibus præcedenti capite Quint. agebat. Capp.

8. *Sequenti.* Id est, sententiarum figuræ, de quibus hoc in capite agitur. Capp.

9. *Sive me.* Solus R. 12 omittit *me.* Malim; et sic habet auctor ad

stultitiam dicere oportet: item correctionis [1] eadem ratio est: nam quod illic [2] dubitat, hic emendat. Etiam 89
in personæ fictione accidere quidam idem putaverunt, ut in verbis esset [3] hæc figura, *Crudelitatis mater* [4] *est avaritia;* et apud Sallustium [5] in Ciceronem, *O Romule Arpinas* [6]*;* quale est et apud Menandrum [7], *OEdipus*

Herenn. IV, 41, ubi, *Sive stultitiam, sive malitiam dicere oportet, sive utrumque.* Ed.

1. *Correctionis.* Turic. Ambr. 1, *correptionis*, cum Alm. — Sic quoque RR. 7, 12. Ed.

2. *Illic.... hic.* Nihil aliud fuerit in his adverbiis, nisi ut prius figuram *sententiæ* designet, alterum *orationis.* Hoc autem non recte procedit. Malim igitur *illa... hæc.* De *dubitatione*, vide IX, 2, 19.

3. *Verbis esset;* sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Almel. Voss. 2. Reliqui inserunt *etiam.* — Omittunt vero nostri. Bene; redundat enim, quum jam superius positum sit in his, *etiam in personæ*, etc. Ed.

4. *Mater est;* sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. Reliqui *est mater.*

5. *Sallustium... est et apud.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) Guelf. omittunt cum Alm. Præstat hoc repetere ex pervulgato transcurrendi quæ sunt iisdem vocabulis inclusa errore, quam reliquorum librorum corruptelam accusare. Neque refert ad causam supposititæ orationis Sallustianæ, quum semel jam agnoverit eamdem Noster.

6. *O Romule Arpinas... OEdipus Thriasius.* Videntur satis apte huc trahi potuisse hæc exempla, si reputes Romulum et OEdipum hic dici pro statore reipublicæ romanæ alterum, alterum pro viro sapientissimo et arcanorum interprete, neque id agi ab oratoribus, ut mente concipias vere Romulum, OEdipumve, sed substitui modo proprium appellativo. Ego *antonomasiam* potius vocarim hanc speciem. Vide VIII, 6, 29. Rectissime Ægius (vide §. 39) admonet Thriasii campi attici, de quo agat Herodotus VIII, 65 (vide Cellar. N. O. A., p. 1155, vol. I), dicti a Thria, pago tribus OEneidis. Vide Hesychium in voce Θριάσιαι φύλαι. Ejus igitur δημότην aliquem hoc cognomine derisit comicus. Nam de Thriunte Achaiæ oppido minus hic cogitem, quamquam et ipso dante hoc nomen gentis. Vide Steph. Byz., p. 402. Neque tamen fragmentum aliunde innotuit, et omissum a Clerico recte exprobrat Burmannus. Aliquid simile, remotius vero, habet Οἰνόμαος ἀρουραῖος Demosthenis, p. Rsk. 307. De oratione, quæ fertur Sallustii, vide IV, 1, 68. Illud de *avaritia crudelitatis matre* est apud Rutilium, p. Ruhnk. 90.

7. *Menandrum, OEdipus Thriasius.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *M. Thriasius*, cum Alm. Goth. (nisi quod hic *Chriasius*, cum Vall.) An ex Cod. MS. sit *OEdipus*, dubitari potest. Confido tamen satis acriter inspectum a me Ambr. 1, ex quo nihil notavi, nisi *Thriasius* pro *Othryasius*, quod est in omnibus reliquis. Invectum haud dubie hoc

Thriasius: hæc omnia copiosius sunt exsecuti, qui non ut partem operis transcurrerunt, sed proprie [1] libros huic operi dedicaverunt, sicut Cæcilius [2], Dionysius, Rutilius, Cornificius, Visellius, aliique non pauci; sed
90 non minor [3] erit eorum, qui vivunt [4], gloria. Ut fateor autem verborum [5] quoque figuras posse plures reperiri

nomen a VV. DD. qui aut ignorarent, aut non meminissent demum atticum. — *Diriasius*, R. 12. *Tryasius*, RR. 7, 10. *Chriasius*, Vall. lib. RR. 8, 9. Ed.

1. *Proprie.* Malebat Francius *proprios.* Ed.

2. *Cæcilius.... Visellius.* Quum Dionysium alium ab eo, quem adhuc tractamus, nemo temere hic quæsiturus sit (vide III, 1, 16), miror tamen inter deperdita ejus nullum ejusmodi de figuris libellum a quoquam memorari: neque enim ullo modo huc trahi potest quod designavimus in reliquis ejus operibus ad IX, 2, 65. Cornificius quoque, si scriptorem ad Herennium interpretemur, hujus numeri vix esse videtur, qui toti operi, si non intexuit, hunc figurarum tractatum addidit tamen, et quartum ejusdem librum fecit. Nolim tamen inde argumentum peti, quo minus credatur Quintilianus eum ipsum, quem nunc Ciceronis Rhetoricis præmissum versamus, librum Cornificio auctori tribuisse. Nimis enim manifesta hæc scriptoris nostri opinio, si quis comparet mox §. 98. Possumus nunc quidem ablegare, qui nos legunt, ad Schüzii V. C. Prolegomena, in fronte posita editionis Rhetoricorum Ciceronianor. Lip. 1804. Demonstrata sane fuit pars aliqua operis Herenniani a Purgoldo humanissimo, quæ plane non pateretur ejus auctorem posteriorem facere Cicerone, neque huic argumento ultra repugnem. Est etiam quod valde blandiatur in Schüziana illa conjectura, ad Antonium Gniphonem (vide Nostr. I, 6, 23) hosce libros referente. Nullis autem hujusmodi rationibus convellitur, quod solum teneo, Quintilianum ipsum fuisse in ea sententia, ut Cornificium putaret scriptorem ad Herennium. Criticum ἄκρον neque ipse rhetorem nostrum expertus mihi videor, neque cuiquam alii obtrudam.

3. *Sed non minor.* Malim *et n. m.* Inepta enim illa oppositio. Plinium et Virginium animo Nostri obversatos non temere credam, qui neque vixisse tunc temporis, neque proprios de figuris libros composuisse doceri possunt. Neque enim sufficit *nostræ* eos *ætatis* appellare Quintilianum III, 1, 21, quum ibidem opponat *hodie.* Iidem, qui hic, illo quoque loco significantur: «parco nominibus *viventium.*»

4. *Vivunt.* Turic., *jubunt;* a sec. manu *jubent,* et sic Guelf.

5. *Verborum quoque figuras;* sic Turicens. Florentin. eum Almelov. Reliqui omittunt *quoque.* — *Verborum quoque figuras.* Respicit quodammodo caput proximum extremum, ubi figuras sententiarum multas præterea ab aliis recensitas monet, §. 102 seqq.

a quibusdam, ita iis, quæ ab auctoribus claris traduntur, meliores [1], non assentior: nam inprimis M. Tullius multas in tertio [2] De Oratore [3] libro posuit, quas in Oratore, postea scripto, transeundo videtur ipse damnasse: quarum pars est, quæ sententiarum potius, quam verborum sit, ut *imminutio*, *improvisum* [4], *imago*, *sibi ipsi responsio*, *digressio*, *permissio*, *contrarium* (hoc enim puto, quod dicitur ἐναντιότης), *sumpta ex adverso* [5] *probatio*. Quædam omnino non [6] sunt figuræ, 91
sicut *ordo*, *dinumeratio*, *circumscriptio*; sive hoc nomine significatur comprehensa [7] breviter sententia, sive finitio: nam et hoc [8] Cornificius atque Rutilius schema [9] λέξεως putant; verborum autem *concinna trans-*

1. *Meliores.* Ambr. 1 (a pr. manu) omittit.

2. *Tertio.... libro.* Turic. (a pr. manu) *t. libro D. O. libro* .Flor., *t. libro D. O.*

3. *De Oratore... Oratore.* Vide IX, 1, 35, 38 seqq.

4. *Improvisum, imago.* Libri; præter Capper., omnes *improvisa imago.* — Sic quoque nostri. Ed. — *Improvisum, imago.* Non dubitandum quin vera hæc scriptura sit, quam et Pseudo-Turnebus et Gesnerus e Cicerone commendant, Capper. autem recepit. Vide IX, 1, 35.

5. *Ex adverso.* Vall. lib. RR. 8, 9, 12, 13, *ex diverso.* Ed.

6. *Non.* Camp., *vero.*

7. *Comprehensa.* Turic. Florent. Guelf. Camp., *compressa*, cum Bodl. et edd. ante Bad. acc. Obr. Nil nisi solitus error pro *comprensa.*

8. *Hoc;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Almel. Voss. 2, Vall. et edd. ante Ald. Hic cum Basil. *et hoc* omittit, jubente Regio, quum a Jens. inde ad Gryph. post *Rutil.* inseratur *hæc.* Nobiscum et Bad. Nostrum omittunt solum Stoer. Chouet. Reliqui *hæc.* — Nostri habent *hoc.* Ed.

9. *Schema;* sic Turic. Florent. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Alm. Voss. 2, Vall. Bad. Reliqui *schemata.* Pluralem nuper (vide Schützii Prolegomena, p. 38) tuebar, *et hæc schemata* referebam ad *sentent.* et *finit.* Vide Script. ad Herenn. IV, 17, 25. Sed nec Rutilius habet *sententiam* figurarum numero (male enim sic interpreteris *brachylogiam*, p. Ruhnk. 112), nec patitur consensus MSS. Cornificii quoque *sententiam* mox §. 98 demum recenset Noster. — Solus R. 7, *schemata.* Reliqui *schema.* Ed. — *Et hoc... schema.* Spectant verba hæc ad solam *finitionem*, quam extremam nominabat. Cætera enim non hi tantum, sed et Cicero figuras orationis habuit l. c. Jam *orismos* (p. Ruhnk. 87) Rutilio, *definitio* autem Cornificio ad Herenn. IV, 25; schema est, quod quam præposteræ

tributis subjecta ratio, quod apud eumdem primo
94 loco[1] positum est. Προσαπόδοσιν[2] dicit[3], quæ ut[4] maxime servetur, sane in[5] pluribus propositis; quia aut singulis statim ratio subjiciatur[6], ut est apud C. [7]Antonium,

Sed languet hæc ratio, præ altera; nec unquam adducar, ut verum non censeam *nam* in hac structura.

1. *Primo loco.* Est enim hoc schema omnium apud Rutilium primum, p. 1, *prosapodosis.* Apud Ciceronem autem est (vide IX, 1, 34) *in distributis supposita ratio.*

2. Προσαπόδοσιν; sic Ambr. 1, cum Tarv. et edd. ante Gryph. Sed Flor. ΠΡΟCAΡΤΙΟΟCOIN; a secunda m., προσάρτασιν. Guelf., ἀροσαρτοισοσιν. Goth. (err. Gesn.) ἀρὸς ἀπαρσιν ἀρὸς ἀπόδοσιν. Camp., προς ἀ απαροῦν, προσαποδωσιν. Reliqui προσαπόδοσις. — Nostri προσαπόδοσιν, exc. R. 8, qui προσαπασιν, et RR. 7, 10, qui pro more omittunt. Ed.

3. *Dicit;* sic Turic. Flor. Ambr. 1, Camp. cum Goth. et edd. ante Gryph. *Vocat,* Guelf. Reliqui *dicitur.* — Sic nostri omnes. Ed.

4. *Quæ ut maxime.... reddatur.* Apparet sane conjunctivos natos ex oratione obliqua, pendente ex *dicit:* neque tamen locum expedire totum mihi videor. Illud inprimis *sane* magis fuerit concedentis ipsius Quintiliani (vide V, 10, 1), quam alius narrationem referentis; nec tamen ita interpretari licet, succedentibus post *quia* aliis conjunctivis. *Ut maxime* interpretor *ad summum, si modo,* quod est ægre assentientis. Ita particulas habes apud Plin. H. N. XXXIII, 1, 5, p. Hard. 603. Ipsam vero hanc figuræ definitionem legere est apud Rutilium, unde expressam ideoque obliqua oratione elatam facile agnoscas. *Continua* redditur prosapodosis, quum non incisa ponuntur ejus membra, sed tenore perpetuo et uno. *Continuo,* quod vulgo hic legitur, male ταυτολογεῖ τῷ *statim,* cujus contrarium desiderabatur. Juvat apponere verba Rutilii: « Hoc « schema duobus modis fieri et trac- « tari potest: nam sententiis dua- « bus, aut pluribus propositis, sua « cuique ratio vel posterius redde- « tur, vel statim sub unaquaque sen- « tentia subjungetur. » Fortasse aliquis acutior hinc proficiet ad ordinanda nostri loci verba, in quibus *servetur* ipsum minime placet. Quid est enim quod *servatur* figura? Sed quomodo, pro istis *servetur sane in,* reponendo *sententiis* aliud prospiciatur verbum, quod sensum expleat, ego sane non comminiscor.

5. *Sane in;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Alm. Voss. 2, Goth. et edd. ante Bad. Reliqui inserunt *est* de conjectura Regii. In hac ratione *ut maxime servetur* interpretantes *etiamsi schema esse agnoscatur* (ne ipsum quidem satis firmato loquendi usu) negligunt, quod mox inferuntur conjunctivi, in MSS. quidem libris.

6. *Subjiciatur;* sic Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Vall. Voss. 2. *Subjiciunt,* Tarv. Reliqui *subjicitur.* — Sic solus R. 7. Ed.

7. *Apud C. Antonium.* Vide IV, 2, 123. Quis diceret tanto contemptu potuisse Ciceronem tractari, nisi relictum hoc esse fragmen-

Sed neque accusatorem eum metuo, qui[1] *sum innocens; neque competitorem vereor, qui sum Antonius; neque consulem spero, qui est Cicero:* aut positis duobus, vel 95
tribus, eodem ordine singulis continua[2] reddatur; quale apud Brutum[3] de dictatura[4] Cn. Pompeii, *Præstat enim nemini imperare, quam alicui servire: sine illo enim vivere honeste licet, cum hoc vivendi nulla conditio est.* Sed et uni[5] rei multiplex ratio subjungi- 96
tur[6], ut apud Virgilium[7],

Sive inde occultas vires, et pabula terræ
Pinguía concipiunt, sive illis omne per ignem
Excoquitur vitium.....

tum orationis. Sed Asconius Pædianus (p. 153): «Huic, ait, orationi « Ciceronis » (in toga candida) « et « Catilina et Antonius contumelio- « se responderunt: quod solum po- « terant invecti in novitatem ejus. « Feruntur quoque orationes nomi- « ne illorum editæ, non ab ipsis « scriptæ, sed ab Ciceronis obtrec- « tatoribus, quas nescio an satius « sit ignorare. »

1. *Qui.... qui... qui.* Turic. Flor., *quod... quod... quod.*

2. *Continua reddatur;* sic Turic. Flor. (hic a sec. manu) Guelferb. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 2, Vall. et edd. ante Bad., nisi quod excusi *reddantur.* Flor. (a pr. manu) *continua dicatur.* Reliqui *continuo redditur.* — Solus R. 7, *reddantur.* Ceteri *reddatur.* Bene; nempe respondet τῷ *subjiciatur,* quod præcedit. Ed.

3. *Apud Brutum de dictatura Cn. Pompeii.* Noti sermones eorum, qui rem publicam dictaturæ remedio indigere clamarent, opus autem esse dicerent homine et potente, et moderato, quo ipso Pompeium significabant. Vide Appianum Bello Civ. II, 20; Cic. ad Qu. fr. III, 8; Dion. Cass., p. 251. Bruti in hoc negotio partes apud nullum invenio auctorem. Cato, avunculus ejus, adversatus est, et potuit etiam exercitationis gratia hæc esse meditatus Brutus. Vide III, 6, 93. Inest aliquid simile Otanis Persæ orationi apud Herodotum III, 83.

4. *Dictatura.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) *dicta natura.* Alm., *data natura* (vide §. 79; IX, 4, 6). Jens. Tarv. omittunt *de dictat.* — Nostri *de dictatura.* Ed.

5. *Sed et uni;* sic Flor. (qui tamen mox omittit *rei*). Reliqui omittunt *et.*

6. *Subjungitur.* Guelf., *subjicitur,* cum Jens. et edd. posterr. ante Obr. — Eadem nostri. Ed.

7. *Apud Virgilium.* Georg. I, 86. Ubi integros versus ponere desinit Noster, solito more ad locum in scriptore quærendum amandat lectorem, et jam nonnisi initia sententiarum refert.

Seu plures calor ille vias.....
Seu durat magis.....

97 et totus locus.[1] *Relationem*[2] quid accipi velit, non liquet mihi[3]: nam si ὑπαλλαγὴν[4], aut ἐπάνοδον[5], aut ἀντιμεταβολὴν dicit, de omnibus locuti sumus: sed quidquid id est, neque hoc[6], neque superiora in Oratore repetit: sola est in eo libro[7] posita pariter[8] inter figuras verborum *exclamatio*, quam sententiæ potius puto: affectus enim est; et cæteris omnibus consentio. Adjicit his Cæci-

1. *Et totus locus.* Omnes MSS. et nostri et ii quos Spald. duces secutus est, inserunt *et totus locus* post *Excoquitur vitium*. Itaque non inde exemit *et totus locus* in editione sua Spald., servandæ MSS. scripturæ observantissimus. Sed hæc transpositio adeo facilis et apta videtur, ut ponant *et totus locus* inter *magis* et *Relat.* editores, et illi quidem diligentissimi, scilicet Stoer. Chouet. Leid. Burmann. Capperonn. Gesn. Bip., quos imitari non dubitavimus. Ed.

2. *Relationem.* IX, 1, 35. Hoc fortasse designat Aquila Rom., p. 176, ubi *epanaphoram* latine vertit *relatum*. Vide §. 30.

3. *Liquet mihi;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tacente Gesn.) cum edd. ante Gryph. Reliqui *mihi liquet*.

4. Ὑπαλλαγήν. Flor., anacacin; a sec. manu ἀνάπαυσιν, et sic Goth. Tarv. Sed editt. posteriores ante Ald., ανυπαυσιν. Guelf., απασαυσιν. Camp. Ald. Bad., ἀπαλλαγήν. Ambr. 1, αναπαυσιν. Recepta, quamquam a Turic. qui siletur vindicata, stare nequit. Quæ tandem ratio, ut *relatio* sit ὑπαλλαγή? Equidem mihi persuadeo fuisse ἀνάκλασιν. Vide §. 68. — Nostri ἀνάπαυσιν, exc. R. 9, qui ἀνάπασιν, et RR. 7, 10, qui pro more omittunt. Ed.

5. Ἐπάνοδον.... ἀντιμεταβολήν Vide §§. 36, 85.

6. *Neque hoc, neque.* Turicens. Florent. (hic secundo loco *neque*) Guelf., *ne hoc nec.* Camp., *ne hoc ne.* Goth. (tac. Gesn.) *nec hoc nec*, cum Voss. 2. *Ne hæc*, Jenson. cum edd. ante Ald. Hic *neque hæc neque*, cum Bad. Basil. — Eadem nostri. Ed.

7. *In eo libro.* Id est, Oratore. Vide autem lib. IX, cap. 1, §. 39, cum §. 34.

8. *Pariter.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *par est*, cum Alm. et edd. ante Ald. Correxit Regius. Pro *pariter* Goth. *ponitur*, cum Voss. 2, Bad. utroque, Vall., sed hic a sec. manu, quum a pr. videatur Badio dare *posita* (iterum) *est*. Verbum substantivum supra post *sola* tollunt Bad. et qui præterea apud Burm. hanc rationem sequuntur; in Codd. quidem videtur esse omnibus. — Vall. lib. R. 9, sic scribunt: *Sola est in eo libro posita, ponitur et inter figuras.* R. 8 omittit *ponitur;* cujus loco habent *par est* RR. 7, 10, 12. Ed.

lius περίφρασιν, de qua dixi [1]; Cornificius [2] *interrogationem,* 98
ratiocinationem, subjectionem, transitionem [3], *occultationem;* præterea *sententiam, membrum, articulum* [4], *interpretationem, conclusionem:* quorum priora alterius generis [5] sunt schemata; sequentia schemata [6] omnino non sunt. Item Rutilius præter ea, quæ apud alios quo- 99
que sunt, παρομολογίαν [7], ἀναγκαῖον, ἠθοποιΐαν, δικαιολογίαν, πρόληψιν, χαρακτηρισμὸν, βραχυλογίαν, παρασιώπησιν, παῤῥησίαν· de quibus idem dico: nam eos quidem auctores, qui nullum prope finem fecerunt exquirendis nominibus,

1. *Dixi.* Turic. Ambr. 1, Guelf. Camp., *dixit;* et junxerunt cum sequente somnolenti librarii. Vide VI, 3, 47. — *Dixi.* VIII, 6, 59, 61. Vide IX, 1, 3, 6.

2. *Cornificius.... conclusionem.* Hic est ille, quo prædiximus (ad III, 1, 21) loco manifestum fore, opus rhetoricum Herennio inscriptum esse a Quint. tributum Cornificio auctori, quem patrem, an filium agnoverit, non habeo dicere, neque ipse fortasse quæsivit. Singulas enim hasce figuras leginus apud hunc scriptorem: *interrogationem,* IV, 15 extr.; *ratiocinationem,* c. 16 init.; *subjectionem,* 23 med.; *transitionem,* 26 init.; *sententiam,* 17 init.; *membrum,* 19 init.; *articulum,* eodem med.; *interpretationem,* 28 post init.; *conclusionem,* 30 extr. Quam adhuc omisimus *occultationem* reponendam censemus apud Herennianum, c. 27 init. pro *occupatione.* Quæ enim est ratio *occupationis,* ubi nihil *occupatur,* i. e., præsumitur, quod fortasse sit dicturus adversarius? Id quidem solum recte dicimur *occupare,* quod, ne in aliorum possessionem cedat, priores capimus. Vide Quint. VI, 1, 20; IV, 1, 49; IX, 2, 16; de re V, 13, 49. Contra *occultationis* vocabulum et per se aptissimum est figuræ, et Herennianus mox « si... « rem, inquit, *occulte* admonuisse « prodest; » item « *occulte* fecisse « suspicionem. » Schüzius nostram mutationem recepit in textum.

3. *Transitionem;* sic Turicens. Florentin. cum Alm. Capperonner. Reliqui *translationem.* Vide Schüzii Prolegomena, p. 40.—Nostri *translationem.* Ed.

4. *Articulum.* Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *articulos,* cum Alm. Voss. 2, et edd. ante Rusc. acc. Ald. Verum censeo, sive memoriter retulerit Quint. sive legendum sit apud Herennianum *Articuli dicuntur.* — Nostri omnes *articulos.* Ed.

5. *Alterius generis.* I. e., διανοίας.

6. *Schemata omnino.* Camp. prius omittit.

7. *Sunt,* παρομολογίαν; sic Turic. Flor. Guelf. Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, et Tarv. Obr. Reliqui inserunt *schemata.* — Omittunt nostri. Ed. — Παρομολογίαν... παῤῥησίαν. P. Ruhnk. 63, 65, 66, 81, 83, 99, 112, 120, 130.

præteribo; qui etiam, quæ sunt argumentorum, figu-
100 ris adscripserunt. Ego illud de iis etiam, quæ vere sunt, adjiciam breviter, sicut ornent[1] orationem opportune positæ, ita ineptissimas esse, quum immodice petantur[2]: sunt, qui neglecto rerum pondere, et viribus sententiarum, si vel inania[3] verba in hos modos depravarunt[4], summos se judicent artifices, ideoque non desinant[5] eas nectere: quas sine substantia[6] sectari tam est ridiculum, quam quærere habitum gestumque sine
101 corpore. Sed ne eæ[7] quidem, quæ recte[8] fiunt, densandæ sunt nimis: nam et[9] vultus mutatio, oculorumque conjectus, multum in actu valet: sed si quis ducere os exquisitis modis, et frontis[10] ac luminum inconstantia trepidare non desinat, rideatur; et orator[11] habet rectam quamdam velut faciem; quæ ut stupere immobili rigore non debebit, ita sæpius in ea, quam natura
102 dedit, specie continenda est. Sciendum vero inprimis,

1. *Ornent;* sic Turic. (a pr. manu) Flor. Reliqui *ornant.*

2. *Petantur;* sic Turic. Florent. Guelferb. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Jens. Tarv. Reliqui *petuntur.* — Nostri *petuntur.* Ed.

3. *Inania.* Turic. Flor. Guelf., *in anilia,* cum Voss. 2. — RR. 7, 10, 12, *inanilia.* Ed.

4. *Depravarunt;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Reliqui *depravarint.*—Nostri omnes Codd. *depravarunt.* Ed.

5. *Desinant;* sic Turic. Florent. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *desinunt.*

6. *Substantia;* sic Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Vall. Alm. et edd. ante Ald. Reliqui *sententia,* ex mutatione Regii. — Nostri *substantia.* Ed. —*Sine substantia.* Vide VI, Pro. 7.

7. *Eæ;* sic Turic. (a sec. manu) Guelf. Ille a pr. manu pro *ne eæ quid,* sic: *nea et q.* Flor., *ne ea et q.* Reliqui *hæc.*

8. *Recte;* sic omnes nostri Codd. Sed Camp. Andr., *rectæ.* Ed.

9. *Et vultus.* Omittunt *et* Vall. lib. RR. 8, 9, 12, Jenson. Gothan. Malim. Ed.

10. *Et frontis.* Omittunt Camp. Andr. Ed.

11. *Orator habet;* sic Turic. Flor. Guelferb. (hic prius modo) Camp. Goth. Sed Alm. Voss. 2, Vall. Colb. et edd. ante Ald., nonnisi in priore consentiunt. Reliqui *oratio habeat,* prius mutante Regio. Vicissim Stoer. Chouet., *oratio habet,* quæ fortasse ratio præstat. —Nostri *orator habet.* Ed.

quid quisque[1] in orando postulet *locus*, quid *persona*, quid *tempus:* major enim pars harum figurarum posita est in delectatione: ubi vero atrocitate, invidia, miseratione pugnandum est, quis ferat contrapositis[2], et pariter cadentibus, et consimilibus irascentem, flentem, rogantem? quum in his[3] rebus cura verborum[4] deroget affectibus fidem; et ubicunque ars ostentatur, veritas abesse videatur[5].

CAP. IV. De *compositione*[6] non equidem post Marcum Tullium scribere auderem (cui nescio an[7] nulla pars operis hujus sit magis elaborata), nisi et ejusdem ætatis[8] homines, scriptis ad ipsum etiam litteris, re- 1

1. *Quisque.* Turic. (a pr. manu) *quisquis.* Ambr. 1, *quis.*

2. *Contrapositis.* Τοῖς ἀντιθέτοις, ut Græci dicunt. Vulgo dicimus *antitheses.* CAPPER.

3. *Quum in his.* Turicens., *cum tam. i. h.*, cum Alm. Ille a secunda manu *cum tamen his*, et sic Goth. Vall. CAMP. *Cum jam his*, Jens. et edd. ante Ald. *Cum jam in his*, Ambr. 1. Nostrum a Regio.

4. *Deroget.* Turic. Flor. (a prima manu uterque), *derogat.*

5. *Videatur.* Turic. Flor. CAMP., *videtur.* Suspicor fuisse a Quintil., *quoniam in his.... derogat.... videtur.* Clausula non est utique vitiosa, et puto magis vitaturum fuisse homœoteleuton, quam Ciceronianum illud captaturum (vide IX, 4, 73; X, 2, 18).

6. *Compositione.* Supple verborum. Vide Cicer. De Orat., lib. III, n. 171-187, et præsertim in Orat., n. 140-236. ED.

7. *An nulla.* Sic nos e conjectura, et Lochmanni τοῦ μακαρίτου (prolus. anni 92. posteriori, p. 3), et nostra. Libri quidem omnes *an ulla.* Vide VII, 2, 41. Adjuvat aliquantum Ambr. 1, qui junctim exhibet duas voces.

8. *Ejusdem ætatis homines.* « Brutum signat, de quo ad Att. XIV, « 20. Tullius. *Quum.... scripsissem « ad eum de optimo genere dicendi, « non modo mihi, sed etiam tibi « scripsit sibi illud, quod mihi placeret, non probari.* Indicat idem « ad Att. XV, 1. *Quo in genere Brutus noster esse vult, et quod judicium habet de optimo genere dicendi, id ita consecutus est in ea « oratione, ut elegantius esse nihil « possit. Sed ego solus* » (malim sane cum Malaspina et Mongalto *totus*) « *alius sum; sive hoc recte, sive non « recte.* » Gesnerus. Vide XII, 1, 22; XII, 10, 12; item Dial. de Oratt., c. 18. Postremum citat et Regius et is, qui ad hoc caput annotationem scripsit in ed. Veneta (1494); neque enim est negligendum, ad hoc unum caput plane diversa a Regiano commentario legi in isto libro, constantia illa

prehendere id collocandi genus [1] ausi fuissent, et post eum plures [2] multa ad eamdem rem pertinentia me-
2 moriæ tradidissent. Itaque accedam in plerisque Ciceroni, atque in iis ero, quæ indubitata sunt, brevior; in quibusdam paulum fortasse dissentiam: nam etiam quum judicium meum ostendero, suum tamen legen-
3 tibus relinquam. Neque ignoro quosdam esse, qui curam omnem *compositionis* excludant, atque illum horridum sermonem, ut forte fluxerit [3], modo magis *naturalem*, modo etiam magis *virilem* esse contendant: qui si id demum *naturale* esse dicunt [4], quod a natura primum ortum est, et quale ante cultum fuit, tota
4 hæc [5] ars orandi subvertitur [6]. Neque enim locuti sunt ad hanc regulam [7] et diligentiam primi homines, nec proœmiis *præparare*, *docere* expositione [8], argumentis

pleraque brevi singulorum vocabulorum interpretatione, ubi paulo indoctior Regio loqui videatur, qui v. c. Ciceronem Herennianorum credat auctorem, sequiores sequatur scripturas in Nostro, nec tamen plane sit contemnendus. Sed Vallam equidem longe absum ut agnoscam. Vide præf. nostr., vol. I, p. 67 (in nostra editione, pag. 28.); lib. I, cap. 6, §. 26; item hic §. 38.

1. *Id collocandi genus.* Variavit hoc Noster pro vocabulo recepto *compositionis*, hic quidem satis perspicue, per se obscurius.

2. *Post eum plures.* Ut Cornificius, Sertinus, Gallio, Celsus, Lenas, Virginius, Plinius, Rutilius. Ed.

3. *Forte fluxerit;* sic Ambr. 1, Flor. (hic a sec. manu). *Foret fluxerit*, Turic. Flor. Reliqui *f. effluxerit.* Vide §. 112.

4. *Dicunt.* Nostri *contendunt*, except. RR. 7, 10, qui *dicunt.* Ed.

5. *Hæc.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) Guelf. Camp. *hic*, cum edd. ante Ald. *His*, Goth. Voss. 2 (vide IX, 3, 77). — Nostri *his*, exc. RR. 7, 10, qui *hic.* Ed.

6. *Subvertitur;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Alm. Voss. 2. et edd. ante Bad. Reliqui *subvertetur.* — Nostri *subvertitur.* Ed.

7. *Hanc regulam et diligentiam.* Pronomen posuit ea potestate, de qua diximus ad II, 5, 22. Hæc quæ de artificio dicit in omni eloquentia similia fere sunt eorum quæ habes lib. II, c. 17.

8. *Expositione.* Jens., *exponere*, cum edd. ante Ald. Correxit tunc quidem sine libris Regius acute, quem sublectæ hujus e Vall. emendationis insimulari nollem a Badio. — Nostri *expositione.* Ed. — *Expositione*, id est, narratione, quæ secunda pars est orationis in genere

probare, affectibus *commovere* scierunt: ergo his omnibus, non sola compositione caruerunt: quorum si fieri nihil melius licebat, ne domibus[1] quidem casas, aut vestibus[2] pellium tegmina, aut urbibus montes ac silvas mutari oportuit. Quæ porro ars statim fuit? quid non cultu nitescit[3]? cur vites coercemus manu? cur eas fodimus[4]? rubos arvis excidimus? terra[5] et [6]hos generat. Mansuefacimus animalia? indomita nascuntur: verum id est maxime naturale, quod fieri natura optime patitur. Fortius vero quod incompositum[7] potest esse, quam vinctum[8], et bene collocatum? neque,

saltem *judiciali*, et *expositionis* nomine a Fabio sæpius indicatur; ut satis constat ex lib. IV, cap. 2. CAPPER.

1. *Domibus.* Turic. Flor. Ambr. 1 (hic a sec. manu) Guelf. CAMP., *hominibus*, cum Goth. Voss. 2, (sed ex hoc *homini*. Vide §. 3), Almel. A prima manu Ambr. 1, *omnibus*. — Nostri *hominibus*. ED.

2. *Vestibus.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Jens. (tac. Gesn.) *vestes*, cum Alm. Voss. 2. Goth. Tarv. Solus Guelferbyt. mox *tegmine*. — Nostri *vestes*. ED.

3. *Cultu nitescit.* Turic., *cultum mitiscitur* (an protinus *cur* desit, non doceor); a sec. manu *cultu*. Flor., *cultum mitescit;* a sec. manu *cultu*, et sic cum *mitescit* Ambr. 1. Posterius ex Alm. Bal. Vall. (err. Burm.) affertur. *Mitesceret*, Jens. Tarv. Locat. *Innitescit*, Ald. Basil. Nostrum Goth. Camp. Venet. 1494. Nulla hic ratio fructuum *mitescentium*. Vide Horat. Epistt. I, 1, 39; item Cic. Tuscul. I, 28, not. Ern. De agris cultu purgatis, nec jam squalentibus, aptissime dicitur, quod exemplis pulchre vincit Forcellinus in Lexico. — *Cultu nitescit*, RR. 9, 12. *Cultu nitesceret*, R. 7. *Cultu nitescit*, Vall. lib. RR. 8, 10. ED.

4. *Eas fodimus.* Vide v. c. Virgilium in Georg. II, 397 seqq.

5. *Terra.* Vall. lib. R. 12 (a sec. manu uterque), *natura*. ED.

6. *Et hos;* sic, optante jam Francio, Obr. Sed. Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf., *e. hoc*, cum Alm. Reliqui *e. hæc*. — Eadem nostri. ED.

7. *Quod incompositum;* sic Tur. Flor. Camp. cum Bodl. *Quid*, Guelf. cum Goth. Alm. (vide IX, 3, 95; item mox) Voss. 2, et edd. ante Ald. Reliqui *qui i.*, conjiciente Regio. *Quomodo i.*, Obr. — Nostri habent *quid*. ED. — *Quod incompositum*. Pronomen significatu fere quo *quale*, ut *inc.* consciscat naturam substantivi. Feras sane et *quid*, sed positus nostrum videtur commendare. *Quid* enim primum locum vindicasset.

8. *Vinctum;* sic Turic. cum Obr. Fortasse et Guelf. et a pr. manu Goth. nam parum manifesti ductus.

si parvi pedes vim detrahunt[1] rebus, ut [2]*Sotadeorum* et *Galliamborum*[3], et quorumdam[4] in oratione simili pæne licentia lascivientium, compositionis est judican-
7 dum[5]. Cæterum quanto vehementior fluminum cursus est prono alveo, ac nullas moras objiciente, quam inter obstantia saxa fractis aquis ac reluctantibus; tanto, quæ connexa est, et totis viribus fluit[6], fragosa atque

Ex Alm. *injunctum* (vide modo, item 9). Reliqui *junctum*. Vide §. 19. Vide lib. I, cap. 4, §. 18. — Solus R. 10, *vinctum*. Ed.

1. *Detrahunt;* sic Turic. Flor. *Detrahat*, Guelf.; et sic a sec. manu Turic. sed et *pendens* pro *pedes vim*. Reliqui *detrahant*. Nostrum et Gothan. a manu secunda, probante Gesnero. — Nostri *detrahunt*, except. RR. 7, 10, qui *detrahat*. Ed.

2. *Sotadeorum... lascivientium*. Vide I, 8, 6. Expressos interim patrio sermone Galliambos ab I. H. Vossio nostro nemo eruditior ignorabit. Lyr. Ged. Odd. et Elegg. III, 1, p. 191 seqq. Genitivos istos *Sotadeorum Galliamb.* concipe generis neutrius, cujus deinde et *quorumdam* esse statuas. Securius tamen hæc junxit Noster, quia illa *quædam* non possunt intelligi *metra*, quod est nomen *Sotadeis Galliambis* accommodandum: nam ut masculinum facias, id quod aliqui rectissimum fuerit in secundo maxime vocabulo, plane non procedit, ob *quorumdam... lascivientium*, ubi *homines, oratores* subaudire neque structuræ congruat, semel fieri cœptæ, et jejunum fuerit languidumque: longe enim melius *lascivire* per figuram dicentur inanimata, ut mox §. 28. An difficultati medebimur scribendo *Galliambicorum?* Apposite hic Gesnerus locum profert Demetrii de elocutione §. 189. Schn. p. 76. σύνθεσις... ἰωνικὴ τοῖς κεκλασμένοις καὶ ἀσήμοις μέτροις, οἷα μάλιστα τὰ Σωτάδεια.

3. *Galliamborum*. Turic. Flor. Ambr. 1, (sed hic in loco raso, ubi aliud fuerit prius) Guelf. Camp. *Callimachorum* (aliquot una *l*) cum Gothan. Voss. 2, Almelov. Bodl. et editionibus ante Gryph. (nisi quod post Regium meliores *iorum*). Aldus autem nostrum ipsum, probante Philandro. — Nostri *Callimachorum*. Ed.

4. *Quorumdam*. Turicens. Flor. Guelferb. Goth. (tacente Gesnero) *quorum*, cum Almelov. Voss. 2. *Aliorum*, Camp.

5. *Compositionis est judicandum;* hunc locum sic interpretatur Rollinus: « Non est hoc vitium compo-« sitionis, sed ejus modi versuum, « qui constant parvis pedibus, et « lascivi sunt. » Ed.

6. *Fluit*. Turic. Flor. (a pr. manu uterque) *fuit*. Ille a sec. manu *furit*, et sic Guelf. cum marg. Basil. Burmannus ablegat ad VII, 1, 44, ubi malebat « pulchre *furit* cui cum; » frustra ille. Gesnerus hic tentat *ruit*. Jens. Tarv., *fuerit*. Displicet sane illatum hic in rem comparatam ex comparatione ipsa

interrupta melior oratio: cur ergo vires ipsas [1] specie solvi putent, quando res nec ulla [2] sine arte satis valeat, et comitetur [3] semper [4] artem decor? An non 8
eam [5], quæ emissa optime est, hastam speciosissime contortam ferri [6] videmus? et arcu dirigentium tela, quo certior manus, hoc est [7] habitus ipse formosior? jam in certamine armorum [8], atque in omni palæstra, quid satis recte cavetur ac petitur, cui non artifex motus, et certi quidam pedes adsint? Quare mihi compo- 9
sitione [9] velut amentis [10] quibusdam, nervisve intendi et concitari sententiæ videntur: ideo [11] eruditissimo cui-

fluendi verbum, sed vide IX, 3, 78. — Vall. lib. RR. 9, 12, *fluit.* R. 8, *defluit.* RR. 7, 10, *furit.* Ed.

1. *Vires ipsas specie.* Vall. lib. RR. 8, 9, 12, et apud Burm. Alm. Voss. 2, *vires ipsa specie.* RR. 7, 10, 12, Camp. Andr., *vires ipsas spatio.* Male. Ed.

2. *Res nec ulla;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenson. (tac. Gesn.) Tarv. cum Voss. 2. *N. r. u.*, transponente Regio, editt. ante Gryph. exc. Bad. Reliqui *n. u. r.* — Eadem nostri. Ed. — *Nec ulla.* Maluit hoc quam *nulla,* ut esset *nec* pro *ne... quidem.*

3. *Comitetur.* Goth. (tac. Gesn.) *comitatur.* Sane ignoro rationem conjunctivorum *valeat et comitetur* post *quando.* — Eadem nostri. Ed. — *Comitetur.* Vide, monente Gesn., VIII, Pro. 19.

4. *Semper.* Turic. Guelf., *super.* Ex. Alm. *üper.*

5. *Eam, quæ emissa.* Turic., *ea q. missam* (postremum a pr. manu). An fuit *quæ et missa?* Primum et Flor. Guelf. — Solus R. 10, *excussa.* Reliqui *emissa.* Ed.

6. *Ferri.* Turic. Guelf., *fieri.* Male.

7. *Hoc est.* Flor., *idem.* Lepido errore, qui in loco animadversus possit adjuvare criticum.

8. *Jam in certamine.* Arbitror legendum *nam,* quod in transitionibus frequentissimum, maxime si quid prioribus etiam manifestius et certius demonstratur. Vide II, 12, 7. et Drakenb. ad Lib. XXIX, 8, 9. De ipsa similitudine armorum tractandorum, vide lib. IX, cap. 1, §. 20, et, quo ablegat Regius, Cicer. Orat. cap. 68.

9. *Mihi compositione.* Turic. (a sec. manu) *in c.* Flor. (a sec. manu) Guelf. Camp., *m. in c.*, cum Goth. Voss. 2, Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Bad. — Nostri Codices inserunt *in,* excepto Vall. lib. a secunda manu. Ed.

10. *Amentis.* Id est, vinculum, quo hasta media ligatur et torquetur. Æneid. IX, 665, «amentaque torquent.» Roll.

11. *Ideo.* Alm. Obr., *Imo;* fortasse nec male. Ingratius saltem initium duplex: *Quare, Ideo.* — Nostri *ideo.* Ed.

que persuasum est valere eam[1] quam plurimum, non ad delectationem modo, sed ad motum quoque animorum: primum, quia nihil intrare potest in[2] affectus, quod in aure, velut quodam vestibulo, statim offendit; deinde, quod natura ducimur ad modos; neque enim aliter eveniret, ut illi quoque organorum soni, quamquam verba non[3] exprimunt, in alios tamen atque alios motus ducerent auditorem. In certaminibus sacris[4] non eadem ratione concitant animos ac remittunt; non eosdem modos[5] adhibent[6], quum bellicum est canendum[7], et quum posito genu supplicandum est[8]; nec idem signorum concentus est [9]procedente ad prælium exercitu, idem receptui carmen. [10]Pytha-

1. *Eam.* Turic. Flor. Guelf. Camp. omittunt cum. Goth. Voss. 2. Ex Alm., *eam plur.*, (vide §§. 6, 14).— Nostri *eam* omittunt. Ed.

2. *Affectus;* sic Turic. (a prima manu) Flor. cum Goth. Voss. 2. Reliqui *affectum.* — Eadem nostri. Codd. Ed.

3. *Non;* sic Turicensis. Florentin. Reliqui *nec.*

4. *In certaminibus sacris.* De his vide ad II, 8, 7. Apparet concentum aliquem ludis hisce adhibitum. Iis ipsis etiam illud de *bellico* assignandum; neque enim aliter intelligas *genu posito factam supplicationem,* quam extra bellum in ludis. Quamquam, fateor, hoc magis videtur esse gladiatoris « extrema « populum exorantis arena » quam ejus qui sacrorum certaminum palmam petat.

5. *Eosdem modos.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *eodem modo,* cum Goth. Voss. 2. Bodl. Bal. Alm. et edd. ante Basil. — Nostri quoque *eodem modo.* Ed.

6. *Adhibent.* Turic. (a sec. manu) Flor. Guelf. (nisi quod hic singulari numero) Camp., *adhibentur,* cum Goth. Voss. 2, Bodl. Bal. et edd. ante Basil. An erat primitus, *eidem modi adhibentur?* Nominativum hunc (qui plerumque sane oblitteratus est) tuentur Priscianus l. XII, p. 946, et aliquot inscriptiones, de quibus vide Forcellin. in voce, quem et consule in *Is.* Add. Cic. contr. Rull. II, 29, 115 (Beck.), ubi ex *et* effingit Sigonius *ei.* — Nostri *adhibentur.* Ed.

7. *Est canendum.* Flor. *his can.*

8. *Supplicandum est;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Alm. et edd. ante Bad. Reliqui omittunt *est.* — Sic quoque Vall. lib. a secunda manu, R. 9. Ed.

9. *Procedente.* Turicens. *producente;* a sec. manu *producendo,* et sic Guelf. Camp. cum Obr. — Soli RR. 7, 10, *producendo.* Reliqui *procedente.* Ed.

10. *Pythagoreis... moris fuit.* « Locus classicus Iamblichi de vita

goreis certe moris fuit, et, quum evigilassent, animos ad lyram excitare, quo essent ad agendum erectiores; et, quum somnum peterent, ad eamdem prius lenire mentes, ut, si quid fuisset turbidiorum cogitationum, componerent. Quod si numeris ac [1]modis 13.
inest quædam tacita[2] vis, in oratione est vehementissima[3]; quantumque interest, sensus idem quibus verbis efferatur, tantum, verba eadem qua compositione vel in textu[4] jungantur, vel in fine[5] claudantur; nam

« Pyth. c. 25. » Gesnerus. Vide lib. I, cap. 10, §. 32.

1. *Ac modis;* sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *et modis.*

2. *Tacita.* Goth., *tanta.* Blanditur. Potestne enim *numeris ac modis* inesse dici *tacita* vis? Sic Græci τοσαύτη τις. Sed destituor exemplo, ubi *aliqua*, vel *quædam* tanta vis jungantur. *Hæc tanta* dicitur sane, et *tanta illa* (VII, 2, 55); et hujus etiam loci fuerit maxime talis mitigatio, valens adverbium *velut.* Melius non fuerit transponere *modis quidem inest tanta vis.* Alioqui *tantus* et *tacitus* solent confundi. Vide Liv. Drakenb. XL, 8, 5; et nuper bene correxit Schüzius Cic. De Or. II, 66. extr., reponens *tacita* pro *tanta.* Cod. Oxon. Cic. pro Cluentio, cap. 23. §. (Beck.) 103; item *tanta* pro *tacita.*

3. *Est vehementissima.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp., *eo v.*, cum Goth. Alm. Voss. 2, Vall. et edd. ante Gryph. exc. Bad. qui *ea*, et velit (sed non expressit) *ea est.* Non male, nam recepta nec animum, nec aures explet. — Nostri *eo vehementissima.* Ed.

4. *In textu;* sic Ambr. 1. Reliqui *in exitu.* — Nostri quoque omnes *in exitu.* Ed.

5. *Vel in finè;* sic Flor. Ambr. 1. Reliqui omittunt *in.* Rollinus saltem et Capper. conati sunt aliquam rationem reddere istius discriminis intercedentis hìc inter *exitum* et *finem*, ut habet vulgata; infeliciter illi et soli, quum reliqui nihil scilicet difficultatis deprehenderent. Equidem diu hæsi, scribendumne esset *vel intextu... vel fine.* Neque enim valde movebat, quod ablativi, qui dicuntur instrumenti, viderentur hic ingrate cumulari. *Qua compositione* facile commutatur et resolvitur, ac si dictum esset *quam bene;* sic apparet posse subjici *intextu* et *fine* sine præpositionibus. Et suadebat hoc tum locus lib. VIII, cap. 4, §. 8, tum omissio τοῦ *in* apud plerosque ante *fine.* Designatur utroque modo duplex compositionis virtus, qua et congrua inter se maxime vocabula vinciuntur in mediis sensibus, et clausulæ fiunt talibus, in quibus aures libentissime acquiescunt, seque dimitti patiuntur. *Textus* sane infrequentior improprio significatu hujus ævi scriptoribus, *contextus* tritissimus.

quædam et sententiis parva, et elocutione modica, virtus hæc sola commendat. Denique quod cuique visum erit vehementer, dulciter, speciose dictum, solvat et turbet; abierit omnis vis, jucunditas, decor: solvit quædam sua in Oratore Cicero[1], *Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos*[2] *et Lælios multi*[3] *venalitii mercatoresque superarunt*, et insequentes[4] deinceps periodos: quas[5] si ad illum modum turbes[6], velut fracta, aut transversa tela projeceris. Idem corrigit, quæ

1. *Cicero, Neque;* sic Turic. (a sec. manu) Guelf. Ille a pr. manu, Flor., *C. namque*, cum Alm. Mox Flor. a sec. manu *C. namque neque.* Reliqui *Nam neque.* — Vall. lib. a sec. manu, RR. 8, 9, 12, *Nam neque me.* Sed omittunt *nam* Vall. lib. RR. 7, 10. Malim. Ed. — *Cicero, Neque me divitiæ.* Est locus Orat. c. 70, et quidem ex Corneliana ipsius, secunda, ut prodit Nonius, qui et ipse ponit hæc c. 2, n. 919. Capperonnerium hic in textum quoque inducentem pro *venalitiis, venalitiarios* rectissime revincit Burmannus epistolæ, p. 48. Usum autem vocis, etsi minus rationi congruum, pro venditore servorum, satis astruit Gesnerus in Thesauro, hic quidem uberior Forcellino. Quod mox *idem Cicero* corrigere dicitur, fit eodem Oratoris capite.

2. *Africanos et Lælios.* Turicens. Flor. Guelf. omittunt *et* cum Alm.

3. *Venalitii mercatoresque superarunt, et;* sic Goth (tac. Gesn.) cum Voss. 2, Basil. *V. m. venaliaque s. e.,* Jens. (err. Gesn.) Tarv. *V. m. veneliaque s. ut sit multi mercatores s. venalitiique e.,* Locat. cum edd. ante Basil. *V. m. venalitiique e.,* Ambr. 1. *Venalicum mercatores quæ venaliaque, e.,* Turic. Flor.; a sec. manu uterque *venalium*, sed hic modo *m. que*, et cum utraque mutatione sic Guelf. Ex Alm. *mercatoresque venalitiique e.* (vide §§. 9, 16). Reliqui *v. m. s. Immuta paullulum ut sit Multi superarunt mercatores venalitiique e.,* e Cicerone. Insunt sane veteribus scripturis vestigia iterationis hic factæ. Malui tamen cum Gesnero, quamquam non recipiente, dare quod rationi maxime consentaneum esset. — Vall. lib. a sec. manu. RR. 8, 12, (hic a sec. man.), *venalitiarii.* Vall. lib. RR. 7, 9, 10, 12, *venalitii.* Ed.

4. *Insequentes;* sic Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 2. et edd. ante Basil. Reliqui *sequentes.* — Nostri *insequentes.* Ed.

5. *Quas.* Turic. Flor. (a pr. manu uterque) *quo;* a sec. ille *quos*, et sic Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Cesn.) cum Voss. 2, Tarv. — Solus Vall. lib. a sec. manu dat *quas.* Reliqui *quos.* Ed.

6. *Turbes;* sic Turic. Guelf. cum Alm. Obr. Reliqui *perturbes.* — Eadem nostri. Ed.

a Graccho[1] composita durius putat: illum decet; nos hac sumus[2] probatione contenti, quod in scribendo, quæ se nobis solutiora [3]obtulerunt, [4]componimus: quid enim attinet eorum exempla quærere, quæ sibi quisque experiri potest? illud notasse satis habeo, quo pulchriora et sensu et elocutione dissolveris, hoc orationem magis deformem fore; quia negligentia collocationis[5] ipsa verborum luce deprehenditur. Itaque ut 16
confiteor pæne ultimam oratoribus artem *compositionis*, quæ[6] perfecta sit, contigisse; ita illis [7]quoque priscis habitam inter curas, in quantum adhuc profecerant, puto; neque enim[8] mihi, quamlibet magnus auctor, Cicero[9] persuaserit, Lysiam, Herodotum, Thucydidem, parum studiosos ejus fuisse. Genus for- 17
tasse sint secuti non idem, quod Demosthenes, aut Plato, quamquam et ii ipsi inter se dissimiles[10] fuerunt: nam neque illud in Lysia dicendi textum[11] tenue atque

1. *Graccho*.. Turic. Flór. (hic a pr. manu) Guelf. Camp., *Græco*, cum Goth. Voss. 2. Alm. — Solus Vall. lib. a sec. manu *Graccho*. Cæteri *Græco*. Ed.

2. *Sumus;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Reliqui *simus*. — Eadem nostri. Ed.

3. *Obtulerunt;* sic Turic. Reliqui *obtulerint*.

4. *Quod... componimus*. i. e., quod ipsi conamur numeris vincire orationem nostram.

5. *Collocationis*. RR. 7, 10, Jens., *collationis*. Ed.

6. *Quæ*. Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. cum Alm., *qua de*. Goth., *quam*., cum parva lacuna. Voss. 2, *quam d...* Camp., *quam nec*. Non quidem cum Burm. fuisse arbitror *qua demum eloquentia*, vel *oratio*, sed *quæ quidem*, quum præsertim quod legimus in Ambr. sit repositum in loco raso. — Easdem varias lectiones præbent nostri. Ed.

7. *Quoque;* sic Flor. Ambr. 1, cum Alm., (vide §§. 14, 20). Reliqui omittunt.

8. *Enim;* sic Turicens. Florent. Ambr. 1, Guelferbyt. cum Goth. Voss. 2. Reliqui omittunt. — Eadem nostri Codd. Ed.

9. *Cicero persuaserit*. Orat. c. 44, 52. Sed et 65. Brut. c. 17.

10. *Fuerunt*. Nostri *fuerint*. Ed.

11. *Textum tenue atque rarum*. Eadem est similitudo quæ in Ciceronis « munere *levidensi*, crasso « filo » (Epistt. famill., IX, 12, ubi vide interpretationes). Genus autem orationis Lysiacæ jam supra tetigimus ad lib. III, cap. 8, §. 51.

rarum[1] lætioribus numeris corrumpendum erat: perdidisset enim gratiam, quæ in eo maxima est, simplicis atque inaffectati coloris; perdidisset fidem quoque; nam scribebat aliis[2], non ipse dicebat, ut oportuerit esse[3] illa rudibus et incompositis similia: quod[4] ipsum
18 *compositio* est. Et historiæ, quæ currere debet ac ferri[5], minus convenissent insistentes[6] clausulæ, et debita actionibus[7] respiratio, et cludendi inchoandique sententias ratio: in concionibus[8] quidem etiam similiter cadentia quædam, et contraposita deprehendas: in Herodoto[9] vero quum omnia, ut ego quidem sentio, leniter fluunt[10], tum ipsa διάλεκτος habet eam jucundi-

1. *Rarum.* Turic. Flor. Ambr. 1, *rasum*, cum Alm. Jens. (tac Gesn.) Tarv. Obr. *Ratum* Goth. (tac Gesn.) — Nostri *rarum*. Ed.

2. *Scribebat aliis.* Propter legem, quæ Athenis erat, *ne quis causæ suæ patronum adhiberet;* fraus enim legi fiebat, atque oratores aliis orationes scribebant. Turn.

3. *Oportuerit esse.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf., *oportuisset*, cum Almelov.

4. *Quod... est.* Turic., *q. i. compositioem;* a sec. manu *q. ipsam compositionem*, et sic Guelf. cum Goth. Voss. 2, Bodl. *Que ipsa compositione*, Flor. (a sec. manu). *Quo ad ipsum compositionem*, Camp. cum Andr., nisi quod ex hac *ipsam*.

5. *Ac ferri.* Turic. Flor. Guelf., *afferri* (nisi quod primus *adf.*). Camp. Goth. (tac. Gesn.) *et ferri.*— *Currere... ac ferri.* Vide §. 112.

6. *Insistentes;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Vall. Alm. et edd. ante Ald., probante Liebio in Actt. Erud. 1721, p. 71. Reliqui, Regio suadente, *intersistentes.* Huic maxime auxilio venit §. 106. Obstat maxime 67. Nam *intersistere* fere apud Nostrum in vitio. Mox §. 36. *Insistatur*, Gothan. Voss. 2, male. — Nostri *insistentes*. Ed.

7. *Actionibus.* Id est, causis forensibus. Ed.

8. *In concionibus... deprehendas.* Quum hoc in universum dicatur de historiarum scriptoribus, minus assequor Pseudo-Turnebum illum, qui hunc locum expressum esse ait ex Dionysii Halic. Epistola ad Ammæum περὶ τῶν Θουκυδίδου ἰδιωμάτων, ubi rhetor græcus numerosam in Thucydide compositionem annotet et multas figuras. Certe Dionysii verba, quæ cum Quintiliani hisce plane congruant, designare non contingit, quamquam et in hoc et in altero ad Q. Tuberonem libello multa huic quoque materiæ affinia tractentur.

9. *Herodoto.* Malim *Herodoti.*

10. *Leniter fluunt.* R. 10, *leviter fluant.* Ed. — Διάλεκτος. Scripsit enim ionica lingua, quæ et suavis et

tatem, ut latentes etiam numeros[1] complexa[2] videatur. Sed de propositorum[3] diversitate post paulum; nunc, 19
quæ prius iis, qui recte componere volent, discenda sint[4]: est igitur[5] ante omnia *oratio* alia *vincta*[6], atque *contexta; soluta* alia, qualis in sermone et epistolis, nisi quum aliquid supra naturam suam tractant, ut *de philosophia, de republica*, similibus[7]. Quod non eo dico, 20

gravis est. Ed. — *Eam*. Turic. Flor. Guelferb. Camp., *etiam*, cum Goth. et editt. ante Ald. acc. Obr. Correxit Regius. — Nostri *etiam*. Ed.

1. *Etiam numeros*. Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp., *innumeros* (aliquot horum recentiores diremptim) cum Gothan. Voss. 2 (quamquam in reliquis variante a Goth. collatione, per errorem, ut suspicor), Alm. et edd. ante Ald. *In se n.*, Obr. Correxit Regius; verissime: nam *etiam* ab extremis prioris et primis sequentis vocis litteris ita haustum fuit, ut nonnisi *in* remaneret. — Nostri *in numeros*, exc. R. 22, qui τὸ *in* omittit. Ed.

2. *Videatur*. Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp., *videantur*, cum Voss. 2. — Sic quoque plerique nostri. Ed.

3. *De propositorum diversitate*. De *propositis*. Vide VII, 1, 4. Sed hic etiam latiore significatu accipiendum hoc vocabulum, et illustrandum exemplis XI, 1, 42; magis etiam XI, 1, 32, 33; unde apparet optime reddi posse Francogallica appellatione, *genre*. Jam si quæras id quod interpretes insuper habuerunt, ubi tandem hanc *propp. diversitatem* tractet, puto designandam §. 121, et seqq. De *post paulum* vide IX, 2, 43.

4. *Discenda sint*. Turic. Florent. Guelf. Camp. Goth. (tac. Gesn.) *dicenda sunt*, cum Almel. Voss. 2, Vall. et edd. ante Ald. Mutavit Regius, quem sequor, quoniam eodem redit et habet sane ejus constitutio aliquantum plus dignitatis, quam *iis* structum cum *dicenda*, quod mirifice languet, et ne latinum quidem satis videtur. Veneta *quædam* pro *quæ*, quod in quibusdam esse testatur Regius. Gesnerus *sunt* præfert illi *sint*, fortasse recte. — Nostri *dicenda sunt*, exc. Vall. lib. a sec. manu, qui *discenda sunt*. Ed.

5. *Est igitur*. Quo hinc ablegant, Aquilæ Romani locus (p. 157) si non expressus ex Quintil., tamen scriptus est ab eo, cui obversarentur hæc Quint. Ille quidem tria orationis genera agnoscit, *solutam, perpetuam, quæ ex ambitu constet*.

6. *Vincta*. Turic. Guelf. Gothan. (err. Gesn.) Camp., *juncta*, cum Bodl. Voss. 2, et edd. ante Gryph. exc. Bad. Vide §. 6; sed et 77, ubi Turic. Flor. Jens. (tac. Gesn.) *victa*. Guelf., *uicta*. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Loc. Ven. Rusc. Bad., *juncta*, cum Voss. 2, Andr. Vidov. — Nostri *juncta*. Ed.

7. *Similibus;* sic Jens. Tarv. Reliqui *similibusque*. Facile adhærescebat ex sequenti. Vide IX, 3, 92. — RR. 10, 12, *et similibus*. Reliqui *similibusque*. Ed.

quia non illud quoque solutum habeat suos [1]quosdam, et forsitan difficiliores etiam pedes; neque enim aut hiare semper vocalibus, aut destitui temporibus [2] volunt sermo atque [3] epistola; sed non fluunt, nec cohærent, nec verba verbis [4] trahunt; ut potius laxiora in
21 his vincula, quam nulla sint. Nonnunquam in causis quoque minoribus decet eadem simplicitas, quæ nonnullis [5], sed aliis utitur numeris, dissimulatque eos, et
22 tantum communit [6] occultius. At illa connexa series tres habet formas [7], *incisa*, quæ κόμματα dicuntur, *membra*, quæ κῶλα [8], περίοδον, quæ est vel *ambitus*, vel *circum-*

1. *Suos quosdam... pedes.* Ideoque *numerum* quemdam; *numerus* enim ὁ ῥυθμὸς pedibus constat; imo, ut recte notat Isaac. Vossius in opusculo de Rhythmo, ὁ ῥυθμὸς, *numerus*, accurate ac proprie loquendo, est systema, sive collectio pedum, quorum tempora certam inter se proportionem habeant. Capp.

2. *Temporibus.* Turic. Flor. (a pr. manu uterque) *temporis*, cum Alm. Fuit profecto *tempore suo*, sequente *volunt.*—*Destitui temporibus.* Non habere justa tempora, id est, moras quantitatis. Tum maxime tempore suo destituitur oratio, quum longa syllaba desideratur, ubi auris eam exspectat.

3. *Atque;* sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Voss. 2. Ex Alm., *neque* (vide §§. 16, 21). Reliqui *et.* — Nostri *atque.* Ed.

4. *Verba verbis;* sic Turic. (a pr. manu) Ambr. 1, cum Almel. Goth. Voss. 2. Reliqui inserunt *de.*—Sic quoque RR. 7, 10. Ed. — *Verba verbis trahunt.* Hic quidem *verba* latiore significatu usurpari puto, non grammaticorum strictiore illo. *Trahunt* autem est *continuant*, ut sine interstitio se invicem excipiant voces. Exemplo locutionem declarare non contingit. An aliquis malit *tradunt* (vide VII, 1, 44)? non puto. *Fluendi* et *cohærendi* hæc ratio recurrit §. 129.

5. *Nonnullis;* sic Flor. (a pr. manu) Ambr. 1, cum Alm. (Turic. siletur. Vide §§. 20, 24) Gesn. Bip. Reliqui *non illis.* — Nostri quoque *non illis.* Ed.

6. *Communit occultius.* Numeros igitur « *communit* simplicitas. » Magis ferrem, si numeri pertinerent ad causam ipsam vincendam. Neque tamen de scripturæ corruptela cogito.

7. *Tres habet formas... περίοδον.* Hoc intelligendum est habito respectu ad *juncturam*, quæ est secunda e tribus *compositionis* partibus. Vide verba quæ sequuntur hac §. extr., et mox §. 32, extr. Ed.

8. Κῶλα, περίοδον; sic Camp. Goth. (tac. Gesn.) Tarv. cum edd. ante Ald. Hic inserit καὶ, cum Bad. Basil. Reliqui *et.* Guelf. pro *quæ... περίοδον* hæc sola *quod περίοδον.*

ductum, vel *continuatio*, vel *conclusio:* in omni porro compositione tria sunt genera necessaria[1], *ordo*, *junctura*, *numerus:* primum igitur *de ordine.* Ejus obser- 23
vatio in verbis est singulis et contextis: singula sunt, quæ ἀσύνθετα diximus[2]: in his cavendum, ne[3] decrescat oratio, et fortiori subjungatur aliquid infirmius, ut *sacrilego fur*, aut *latroni petulans:* augeri enim debent sententiæ, et insurgere, ut optime Cicero, *Tu*, inquit, *istis*[4] *faucibus*, *istis lateribus*, *ista gladiatoria totius corporis firmitate:* aliud enim[5] majus alio supervenit; at si cœpisset a toto corpore, non bene ad latera faucesque

Codd. Turic. Flor. Ambros. 1 hic parum inspectos suspicor. Vid. §. 19.

1. *Sunt genera necessaria;* sic Turic. cum Goth. Bodl. Alm. Voss. 2, et edd. ante Ald. Omittunt *necessaria*, Guelf. Obr. marg. Basil. Reliqui omittunt *genera*, jubente et Regio. — Nostri *sunt genera necessaria*, exc. RR. 10, 13, qui *necessaria* non habent. Ed.

2. Ἀσύνθετα *diximus.* Hoc ordine Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. cum Goth. Reliqui *d. à.* Goth., *dicimus.* Turic. Flor. (hic quidem *ac.*) *ancineta*, cum Alm. Ἀσύνθετα, Flor. (a sec. manu) Ambr. 1, Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Colb. et edd. ante Ald. aliquot etiam inquinata scriptura. Vide IX, 3, 50. — Nostri *quæ diximus ἀσύνθετα*, exc. R. 12, qui pro *diximus* dat *dicimus*, et R. 13, qui *dicuntur.* Ed. — *Quæ ἀσύνθετα diximus.* Vide IX, 3, 50; item exempli causa IX, 3, 77.

3. *Cavendum*, *ne;* sic Turicens. Flor. Guelf. cum Goth. Alm. Voss. 2. Reliqui inserunt *est.* — Sic tantum RR. 7, 13. Ed.

4. *Tu... istis.* Vide Cicer. Philipp. II, 25. Ed.

5. *Aliud enim majus... diem ac noctem, ortum et occasum.* Contrariam esse in negando conditionem, ubi ad minus aliquid deveniendum sit, monet ex Valla Pithœus. Locus est Elegantt. II, 18, pag. 143. Gesnerus locum Ciceronis ponit De Orat. I, 61, ubi « quasi habito ad « ebræam traditionem respectu » nox præponatur *in hoc uno opere... noctes et dies urgeatur;* et esse plura ejusmodi apud veteres, etiam præter poetas quos cogat lex carminis. In *ortu* et *occasu* inversum ordinem demonstrat Burmannus apud Ovid. Metam. II, 190; XIV, 386; Livium XXI, 50 (sed in postremo nihil tale, nec reperio, quem voluerit locum). In *geminis fratribus* vindicandis nihil magnopere proficit Burmannus. *Trigemini fratres* apud Liv. I, 24, 1; Flor. I, 3, 3, non plane respondent *geminis fratribus*, quum hoc vocabulum magis pro substantivo receptum sit, illud naturam adjectivi minus exuerit. Reliqua autem *adolescens homo*, *ancilla mulier* alius plane sunt rationis. Simile quid de ordine lib. IV, cap. 2, §. 87.

descenderet: est et alius naturalis ordo, ut *viros ac feminas, diem ac noctem, ortum et occasum* dicas potius,
24 quam[1] retrorsum. Quædam ordine permutato fiunt supervacua, ut *fratres gemini;* nam si præcesserint[2] *gemini*, *fratres* addere non est necesse. Illa nimia[3] quorumdam fuit observatio, ut *vocabula verbis, verba* rursus *adverbiis, nomina appositis* et *pronominibus*[4] essent priora; nam fit contra quoque frequenter non indecore.
25 Nec non et illud nimiæ superstitionis[5], uti[6] quæque sint tempore, ea facere etiam ordine priora; non quin frequenter[7] sit hoc melius, sed quia interim[8] plus valent ante gesta, ideoque levioribus superponenda[9] sunt.

1. *Quam.* Turic. Flor. Ambr. 1 (sed in loco raso), Guelf., *quamquam et*, cum Alm. Vall. (sed Goth. nobiscum facit) Jens. (tac. Gesn.) Tarv. Nostrum reponens Regius priores secutus est, quamquam non monito lectore.

2. *Præcesserint.* Goth., *præcesserit*, quod probantibus Liebio et Gesnero non accedo. Illud autem neglexit Gesn. quod mox Gothan. dat *germani.*—Eadem nostri. Præterea R. 7, *præcesserunt.* Ed.

3. *Illa nimia quorumdam fuit observatio.* Recte monet Pseudo-Turnebus hæc de partium orationis et de factorum ordine duo præcepta translata esse e Dionysio Halicarn.: nam et ipse rhetor græcus (de compositione verbb. p. Reisk 33, seqq. 36, seq.) hujusmodi diligentiam, quæ primum sibi visa fuerit necessaria, alienam testatur. *Apposita* hic plane sunt, quæ vocamus *adjectiva.* Vide II, 14, 3; ut et ipse Dionysius usurpat ἐπίθετον, quod vocabulum non magis rhetorum usui quam grammaticorum inservit.

4. *Pronominibus essent;* sic Tur. Flor. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui inserunt *rursus.* Hoc autem in Alm. deesse narratur supra post *verba* (vide §§. 21, 36). — Eadem nostri. Ed.

5. *Nimiæ superstitionis;* sic Turic. (a pr. manu) Flor. cum Goth. Alm. Voss. 2. Reliqui inserunt *est.* — Sic quoque nostri, exc. RR. 8, 9, qui *est* non habent. Ed.

6. *Uti quæque;* sic Turic. Flor. Guelferb. Gothan. (tac. Gesn.) cum Voss. 2. Reliqui *ut quæque.* Sed *tempore* non *ordine* Goth. (errante Gesn.)—Nostri receptam lectionem habent. Ed.

7. *Quin frequenter.* Turic. Flor., *qui inf.* Guelf. Camp., *quia f.*, cum Jens. Tarv. — Nostri habent, alii *qu'n*, alii *quia.* Ed.

8. *Interim;* sic Turic. Flor. (uterque a pr. manu). Reliqui *interdum.*

9. *Superponenda sunt.* « Superponere est potius postponere, « quam anteponere. Dicimus enim « supervenire, superaddere, superponere, quando supra alia veni-

Verbo sensum cludere, multo, si compositio patiatur, optimum est; in verbis enim sermonis vis [1]: sed si id asperum erit, cedet [2] hæc ratio [3] numeris, ut fit apud summos græcos latinosque oratores frequentissime: sine dubio enim [4] omne [5], quod non cludet, *hyperbaton* est: ipsum hoc inter tropos, vel figuras, quæ sunt virtutis [6], receptum est. Non enim ad pedes verba dimensa 26 27

« mus, addimus, ponimus. » Badius. Nec ullus editorum, præter Capper., obtemperavit Regio suadenti *supponendum*. Prætulit autem Quint. *superponere* alteri *postponere*, quia hoc conscivit significationem contemnendi. *Super* est *ultra*. Erit tamen hæc potestas verbi addenda Lexicis. Vide eodem significatu VIII, 4, 6.

1. *Vis; sed.* Turic., *ins. est.* Flor., *vis est*, cum Alm. Ille a sec. manu *vis inest et*, et sic Guelf. Camp. (nisi quod *jus*) cum Vall. et edd. ante Basil. *Vis inest*, Goth. et sic Flor. a sec. manu. *Vis*, Ambr. 1. Vide §. 45. Nos *sed* e conjectura. Reliqui *vis inest; at*, suadente Regio.

2. *Cedet;* sic Turic. Flor. Ambr. 1, cum Alm. A sec. manu Turic., *cedat*, et sic reliqui.—Solus R. 13, *cedet*. Ed.

3. *Hæc ratio.* Turic., *hotratio;* a sec. manu *oratio*, et sic Florent. Guelf. Camp. cum Bodl. *Ratio*, Gothan. Voss. 2, Ald. (err. Burmann.) *Hæc oratio*, Bal. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Ald. — Nostri omnes *hæc* omittunt, et habent, alii *ratio*, alii *oratio*. Ed.

4. *Enim.* Turic. Flor. (a pr. manu uterque) Ambr. 1, *erit;* et mox Ambr. 1, *et* pro *est*. Recepta stare nequit; est enim fœdissimum asyndeton in illis *ipsum hoc*. Verum esse censeo *s. d. erit o. q. n. c. h. Sed i. h.* Nec reformido recurrens citius *sed* (vide IX, 3, 78). *Sine dubio* post se desiderat adversativam (vide I, 6, 12) et hoc recte custodivit Gedoynus. In ipso præcepto exhibere exemplum, quod aliquoties usurpat Noster, putandus est, quum *erit*, quod debebat *cludere* sensum, et post *hyperb.* poni, prius collocat. Neque enim dubitandum est, quin ad *omne* subaudierit Quintil. *verbum*. Hoc solus agnovisse videtur Capper. Rollinus fluctuat, et aliquid occultius quærit, sed hinc alienum. Subit tamen obscuritatis accusare istum usum *omne* ponendi, nullo adjuncto substantivo. Quid si post illud *erit* librariorum culpa intercidit *verbum?* nam ut succedat ipsi *erit* vox *verbum*, quæ quidem non incredibilis fuerit confusio, minus probo, quia tum cogaris tueri *est* post *hyperb.* unde nimis ingrata existat structura : « hyperb. *est*... « recept. *est*, » nec placet post *cludet* præsens *est*.

5. *Omne... hyperbaton est.* Hæc sic interpretatur Capperonnerius : « Quoties verbum non cludet ali- « quam locutionem, toties erit *hy-* « *perbaton*. » Ed.

6. *Virtutis.* Turic. (a pr. manu) Flor. Ambr. 1, Camp., *virtutes*, cum Goth. Voss. 2, Alm. Ald. Vide lib.

sunt; ideoque ex loco transferuntur in locum, ut jungantur, quo congruunt maxime; sicut in structura saxorum rudium etiam ipsa enormitas invenit, cui applicari, et in quo possit insistere: felicissimus tamen sermo est, cui et rectus ordo, et apta junctura, et quum
28 his numerus opportune cadens contigit[1]. Quædam vero transgressiones et longæ sunt nimis, ut superioribus[2] diximus libris, et interim etiam compositione vitiosæ, quæ in hoc ipsum petuntur, ut exsultent atque lasciviant, quales illæ Mæcenatis[3], *Sole et aurora rubent plurima. Inter sacra*[4] *movit aqua fraxinos. Ne*

I, cap. 5, §. 5.—Eadem nostri. ED.

1. *Contigit;* sic Turic. (a pr. man.) Flor. cum Alm. Jens. Reliqui *contingit.*—Sic quoque nostri. ED.

2. *Ut superioribus;* sic Turicens. Flor. cum Alm. A sec. manu prior *in s.;* alter *ut in s.*, et sic reliqui.—*Ut superioribus diximus libris.* Vide VIII, 2, 14. Miror tamen indicium fieri tam indefinite, quasi plura loca respiciat. Fortasse ne bene quidem meminerat, ubi dixisset.

3. *Mæcenatis.* « De mollitie stili, « quam in Mæcenate notarunt veteres, vide Meibom. Mæcen. cap. « 23; quem tamen hæc Mæcenatis « fragmenta fugerunt; ut et alterum « ex symposio apud Servium ad « Virgil. VIII, Æneid. 310, quod « adducit et emendat Bentl. ad Ho« rat. lib. III, Od. 21. » Burmannus. Senecæ quidem locum de Mæcenate, huc maxime pertinentem, habes Epist. ad Lucil. 114, pag. Bip. 86 : *verba... improbe structa;* pag. 87 : *istæ ambages compositionis... verba transversa.* Exempla autem hæc orationis affectatæ et deliciantis in Mæcenate quum trajectionum maxime causa afferantur, *plurima* habendum erit pro ablativo referendo ad *aurora.* Illud, quod proximum est, majorem intelligendi habet difficultatem, nec quemquam video, qui aliquam ejus rationem reddere conetur. Jam si quis forte *movit* accipere velit potestate intransitiva, ut tamen aliqua extundatur sententia, ei obstare videtur quod alius, quam quæ trajiciendo et lascivientibus numeris cernatur, affectationis nullum hic præterea vestigium, nec consilii præsentis erat nisi hujusmodi dare. Neque *intermovit* tmesi diremptum quisquam agnoscat, quum tale verbum nusquam inter latinos auctores compareat. Restat ut mutationem tentemus, qualem equidem non nimiam censeo, si scribatur *manat* pro *movit.* Postremum exemplum male me habet eo, quod *miserrimum* dicitur *ne exsequias quidem suas videre*, quasi vulgo homines solerent videre. An sententia tam mirabilis habet occultum quemdam vel aculeum, vel salem? Equidem non exputo. Intelligerem, si deleto *quidem* scriberetur *non* post *ne.*

4. *Rubent plurima. Inter sacra;*

exsequias quidem unus inter miserrimos viderem meas: quod inter hæc pessimum est, quia in re tristi ludit compositio. Sæpe tamen est vehemens aliquis sensus 29 in verbo; quod si in media parte sententiæ latet, transire[1] intentionem[2], et obscurari circumjacentibus solet; in clausula positum assignatur auditori, et infigitur, quale illud est[3] Ciceronis, *Ut tibi*[4] *necesse esset in conspectu populi romani vomere postridie*[5]. Transfer 30 hoc ultimum, minus valebit: nam totius ductus[6] hic est quasi mucro, ut per se fœdæ[7] vomendi necessitati, jam nihil ultra exspectantibus, hanc quoque adjiceret deformitatem, ut cibus teneri non posset *postridie*. Solebat Afer[8] Domitius trajicere[9] in clausulas verba 31

sic scribunt ac distinguunt RR. 7, 12, Andr. Jens. Ald. *Rubent: plurima inter sacra*, etc.; sic scribunt ac distinguunt Vall. lib. RR. 8, 9, et apud Burm. Voss. 2. Non distinguunt R. 10, Camp. Ed.

1. *Transire;* sic Turic. Guelferb. (a pr. manu uterque) Flor. Goth. (tac. Gesnero) cum Voss. 2, Leid. Gibs. Obr. Reliqui *transiri*. — Nostri omnes *transire*. Ed.

2. *Intentionem;* sic Camp. Reliqui *intentione*. — Sic quoque Vall. lib. a sec. manu, RR. 7, 10, 12. Cæteri *intentiōē*, sane pro *intentionem*. Ed. — *Transire intentionem*. Sic Statius Thebaid. II, 335, *Nil transit amantes*. Vide autem *sensum vehementem* ad IX, 3, 72.

3. *Illud est;* sic Turic. Florent. Guelf. Goth. (tac. Gesn.). Omittit *est*, Jenson. (tac. Gesn.) cum edd. posterr. ante Basil. Reliqui *e. illud*.

4. *Ut tibi*. Locus Ciceronis est Philipp. II, 25. Ed.

5. *Postridie*. Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp. omittunt cum Goth. Voss. 2, Vall. Alm. et edd. ante Gryph. Inseri jussit Regius; necessario. — Nostri Codices *postridie* non habent. Ed.

6. *Ductus. Ductui*, quem dicit Quintil., non recte hic Gesnerus comparat Francogallorum *tractum* (*le trait*), in errorem inductus fortasse a Gedoyno, qui hoc ipso vocabulo utitur. Equidem nihil aliud agnosco nisi περίοδον, *circumductionem* (§. 118) orationis. Aliud erat IV, 2, 53.

7. *Fœdæ... necessitati*. Florentin. Guelferb., *fœda... necessitas*, cum Goth. Voss. 2, Vall. Alm. et editt. ante Ald. Regius correxit, perperam refragante Liebio. Turic. et Camp. non videntur nisi in substantivo nominativum præferre, quod, si verum, magno sit conjecturæ Regianæ adjumento. — Nostri *fœda... necessitas*, exc. R. 7, qui *fœda*, vel *fœdæ* non habet. Ed.

8. *Afer*. Goth. (tac. Gesn.) omittit cum Voss. 2.

9. *Trajicere in clausulas verba*.

tantum asperandæ [1] compositionis gratia, et maxime in proœmiis, ut pro Cloantilla, *Gratias agam continuo;* et pro Lælia, *Eis utrisque apud te judicem periclitatur Lælia:* adeo refugit teneram delicatamque modulandi voluptatem, ut currentibus per se numeris, quod [2] eos
32 inhiberet [3], objiceret. Amphiboliam quoque fieri vitiosa [4] locatione verborum, nemo est, qui nesciat: hæc arbitror, ut in brevi, de ordine fuisse dicenda; qui si vitiosus est, licet et vincta [5] sit, et [6] apte cadens oratio, tamen merito incomposita dicatur [7]. Junctura sequitur [8]; est in *verbis, incisis, membris, periodis;* omnia namque [9] ista et virtutes et vitia in complexu ha-
33 bent. Atque ut ordinem sequar, primum sunt [10] quæ

Apparet *verba* non propio dici significatu, vel technico grammaticorum, quo in genere multum sibi indulgent et Noster et omnino veteres. Neque enim *trajicere* puto accipiendum in universum pro *ponendo in loco alieno*. Tum *in clausulis* legas, intelligasque verba illa *agam, periclitatur*, quæ debebant alioqui cludere sententiam.

1. *Asperandæ*. Turic., *aspermnde*, mutatum ab eadem manu *aspernandæ*, et sic Flor. Guelferb. Τραχύνειν frequentissimum Dionysio in hac materia.

2. *Quod eos;* sic Turic. Florent. Venet. (2494) cum Almel. Voss. 2. *Qui*, Goth. Guelf., cui *pulchre* acclamat Gesnerus *sexto casu*. Sed ejusmodi horror Plautinus infra nitorem Quint. positus est, nec inest nisi compendium τοῦ *quod*. Vide III, 6, 64. Camp., *quid e*. Reliqui *quo e*. — Eadem nostri. Ed.

3. *Inhiberet, objiceret*. Turic. Flor. inserunt *et*, cum Goth. Voss. 2, Alm. — Sic plerique nostri. Ed.

4. *Vitiosa*. Turicens. Florentin. Guelf., *vitiosam*, cum Almelov. — Eadem nostri. Ed.

5. *Vincta*. Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf., *vincat*, cum edd. ante Ald. *Vinciat*, Camp. cum Goth. Voss. 2, Vall. Nostrum Obr. Capperonner. Reliqui *juncta*, jubente Regio. — Eadem nostri. Ed.

6. *Sit, et*. Turic. Flor., *ac si*, cum Tarv.; a sec. manu uterque *a. sit*, et sic Ambr. 1, Guelf. Camp. cum edd. ante Ald. Voss. 2. *A. sic*, Gothanus.

7. *Dicatur*. Turic. Flor., *dignatur;* a sec. manu uterque *digne dicatur*, et sic Jens. (tac. Gesn.) cum edd. posterr. ante Ald. *Digne dicant*. Guelferbyt.

8. *Sequitur; est;* sic Turicens. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Vall., probante Liebio. Sed Jenson. (tac. Gesn.) *s. et*, cum edd. ante Ald. Reliqui inserunt *ea*, jubente Regio.

9. *Omnia namque*. Vide III, 9, 3.

10. *Sunt quæ*. Turic. Flor. Ambr.

imperitis quoque ad reprehensionem notabilia videntur, id est[1], quæ, commissis inter se verbis [2]duobus, ex ultima[3] prioris, ac prima sequentis syllaba, deforme aliquod[4] nomen efficiunt; tum vocalium concursus; qui quum accidit[5], hiat, et intersistit, et quasi laborat oratio: pessime longæ, quæ easdem inter se litteras committunt, sonabunt; præcipuus tamen erit hiatus earum, quæ cavo, aut patulo maxime ore efferuntur. *E* 34 planior[6] littera est, *I* angustior est; ideoque obscu-

1, Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp., *quæ sunt*, cum Voss. 2, Jens. Tarv. Venet. Regius expunxit *sunt*, quo tamen jam Locat. caret, ut et reliqui omnes. Nostrum solus Capper. qui recte transposuit, ratione reddita. Suppresso, quod miror, ejus nomine eamdem init Gesnerus, sed in textu sequitur cæteros. Rollinum, qui in vulgata hærebat tentabatque *pr. ab oratione absint quæ*, etc., morosius hic increpat Burmannus, melius exceptum eumdem in præfatione. Eidem mox ad *planior;* item §. 36, iniquior est, insimulans sublectæ Obrechto conjecturæ, quo crimine hominem absolvit singularis ejus pudor et modestia, monente etiam Capper. Si displiceat h. l. *sunt quæ... videntur... efficiunt*, indicativo modo, vide IV, 3, 16. — Nostri omnes *quæ sunt.* Ed.

1. *Id est, quæ.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf., *i. e. qua*, cum Goth. Apparet origo erroris per Camp. qui omittens aliqua sic: *reprensionem in qua.* — Solus Vall. lib., *quæ.* R. 7, *quia.* Cæteri *qua.* Ed.

2. *Duobus.* Turic. Flor. (a pr. m. uterq.) Ambr. 1, *duorum*, cum Alm.

3. *Ultima prioris.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp. inserunt *fine*, cum Alm. et edd. ante Ald. — Inserunt quoque *fine* nostri omnes. Ed.

4. *Deforme aliquod nomen.* Vide lib. VIII, cap. 3, §. 45.

5. *Qui quum accidit.* Diffido illi pronominis masculino, pro quo in Flor. et Turic. (hoc quidem a prima manu) est *quod.* Simile tali structuræ Taciti dictum Ann. XIII, 45, 4: «rarus... egressus *idque* » non *isque.* Vide §. 49.

6. *Planior;* sic Turic. Ambr. 1, Guelferb. Camp. cum Alm. Voss. 2, Goth. et edd. ante Ald. Hic *plenior*, conjiciente Regio, et sic reliqui. Rollinus malit *lenior.* Petrus Paullus Justus (vide VIII, 3, 39) locum Lucilianum e Charisio grammatico afferens (p. Putsch. 100), mihi suam non persuadet conjecturam, qua *plenius* pronunciari dicit *canes* quam *canis*, nominandi casu (sic enim Lucilius ibi) propter illam litteræ *E* plenitudinem. Majoris est auctoritatis, quo et ipso utitur, Ciceronis locus de Or. III, 12, ubi est *E plenissimum.* — Nostri omnes Codd., *E, planior.* Ed. — *E, planior.* Hæc quum sit constans veterum librorum scriptura, accedo equidem Gesnero *planam* censenti eam lit-

rius in his vitium : minus peccabit, qui longis[1] breves subjiciet, et adhuc, qui præponet[2] longæ brevem : minima est in duabus brevibus offensio; atque quum aliæ[3] subjunguntur aliis, perinde[4] asperiores erunt, prout oris habitu[5] simili, aut diverso pronunciabuntur. Non tamen id, ut crimen ingens, expavescendum est; ac nescio negligentia in hoc, an sollicitudo sit pejor : inhibeat enim necesse est hic metus impetum dicendi, et a potioribus avertat : quare ut negligentiæ est[6] pars

teram quæ « facilius media apertu- « ra oris exeat, nec pandendo illi, « ut *A*, neque contrahendo, ut *O*, « vel *U*, vim quasi afferat. » (Designantur enim *A O U cavo, aut patulo maxime ore.*) Hanc rationem præivit vetus interpres in Veneta subjiciens voci *planior* hæc : *lenior, facilior, non hians.* Solum, quod adjuvare possit, vocabulum novi *explanationem* I, 5, 33; XI, 3, 33; item *os... explanatum* XI, 3, 30. De litterarum harum natura apte conferri jubet Philander Dionys. de Comp., p. 76, τὸ ν... κάτω περὶ τὴν βάσιν τῆς γλώσσης ἐρείδει τὸν ἦχον ἀκόλουθον, ἀλλ' οὐκ ἄνω, καὶ μετρίως ἀνοιγομένου (τοῦ στόματος). P. 77, ἴσχατον δὲ πάντων τὸ ι· περὶ τοὺς ὀδόντας τε γὰρ ἡ πρότασις τοῦ πνεύματος γίνεται μικρὸν ἀνοιγομένου τοῦ στόματος καὶ οὐκ ἐπιλαμπρυνόντων τῶν χειλέων τὸν ἦχον. — Confer quoque nostratem *Molière, le Bourgeois gentilhomme*, act. II, sc. 4. Ed. — *Est; ideoque;* sic Turic. Flor. Guelf. Reliqui omittunt *est.*

1. *Qui longis.* Turic. (a sec. manu) Camp., *quod l.* — Solus R. 7, *quod.* Ed.

2. *Qui præponet.* Turic. (quamquam hic *quid*) Flor. Camp. (quamquam hic *præ.*) *quod proponet.* Equidem neutra illa *quod* recte se habere suspicor, quum aut neutrum aliquod in genere subaudiatur, velut *dictum*, aut id, quod præcedit, *vitium.* — Eadem nostri. Ed.

3. *Aliæ.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp., *alia*, cum Jens. Tarv. Sed Vall. nostrum. — Nostri omnes *alia*, exc. Vall. lib. a sec. m., qui dat *aliæ.* Ed.

4. *Perinde.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *proinde*, cum Alm. et editt. ante Ald. Sed Goth. et Vall. nostrum. — Eadem nostri. Ed.

5. *Habitu;* sic Turic. Florent. Ambr. 1, Guelf. cum Alm. marg. Basil. Reliqui *hiatu.* — Sic plerique nostri. Ed.

6. *Est pars;* sic Turic. Flor. (a pr. quidem manu uterque *neglegentia pars*) Guelf. Goth. Jens. (tacente Gesn.) cum Vall. et edd. posterr. ante Gryph. Sed Bad. uterque *pars* omittit obsecutus Regio, cui tamen se velle accedere negat in notis, cum Colin. Vidov. Gryph. (1536). *Est* contra omittit Ambr. 1. Reliqui *p. e.*, quorum et Camp., nisi dormitavi. An fuit *est pati hoc*, ut mox male sit iteratum *pati*, vel casu adhæserit ex sequentibus, quum jam *pati* corruptum esset in *pars.* Nam

hoc pati, ita humilitatis ubique perhorrescere; nimiosque non immerito in hac cura putant omnes Isocratem secutos [1], præcipueque [2] Theopompum. At Demosthe- 36
nes et Cicero modice respexerunt ad hanc partem: nam et coeuntes litteræ, quæ συναλοιφαὶ [3] dicuntur [4], etiam leniorem [5] faciunt orationem, quam si omnia verba suo fine cludantur [6]; et nonnunquam hiulca etiam decent, faciuntque ampliora quædam, ut, *Pulchra oratione acta omnino* [7] *jactare;* tum longæ per se, et velut opimæ

ubi ita usurparetur *pars*, sane nondum vidi. Alia est ratio VIII, 3, 42. Hæc *pars* aliquid simile habet ejus, quod est VII, 4, 24, *opus*, nisi forte ibi *eloquentia* cum Codd. est reponendum pro *eloquentiæ*. — Nostri *est pars*, nisi quod *est* omittunt RR. 10, 13. Ed.

1. *Isocratem secutos... Theopompum*. Demetr. Phal., §. 68, indicante Alm.: Ἰσοκράτης μὲν γὰρ ἐφυλάττετο συμπλήσσειν (τὰ φωνήεντα) καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ. Dionys. Hal., vol. VI, p. 786, Rsk.: Θεόπομπος εἰ ὑπερεῖδεν... τῆς συμπλοκῆς τῶν φωνηέντων γραμμάτων... πολὺ ἀμείνων ἂν ἦν αὐτὸς ἑαυτοῦ κατὰ τὴν φράσιν.

2. *Præcipueque;* sic Turicens. Florent. Guelferbyt. Camp. Goth. Jens. (tacente Gesnero) cum edd. ante Leid. Reliqui *præcipue*. — Sic quoque nostri. Ed.

3. Συναλοιφαί; sic Alm. (vide §§. 24, 41). CΥCΙλλΙΦΜ, Flor. Σιναλλο-ΓιφΑl, Ambr. 1. *Synaliphen*, Guelf. Reliqui συναλοιφή. — Grammatici συναλοιφὴν vocabant, quum duæ vocales in unam syllabam coalescebant: τούνομα pro τὸ ὄνομα. Roll.

4. *Dicuntur;* sic Turic. Florent. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Voss. 2, et edd. ante Basil. Reliqui *dicitur*, jubente Regio. — Eadem nostri. Ed.

5. *Leniorem*. Repositum a Regio pro *lev.*, sed addicunt Goth. Camp. Vall. — Eadem nostri. Ed.

6. *Suo fine cludantur*. Hoc apparet recte opponi *coeuntibus* in extremis vocabulis *litteris*.

7. *Omnino*. Turic. Flor. Ambr. 1, Camp., *oratio*, cum Goth. Voss. 2, Alm. Miror Guelf. a me non memoratum. Hanc scripturam ego veriorem censens (nempe *omnino*, *oratio*, *opinio* eadem plane nota signant quarumdam ætatum librarii) aliquam tento emendationem loci eo maxime obscurissimi, quod unde sumptus sit ignoramus. « P. « o. a. *orator* » (frequentissima *orationis* et *oratoris* confusio, etiam casu recto, velut IX, 3, 101) « jact. » Hunc infinitivum *jactare* historicum interpretor, ut dicatur « orator ali- « quis ea jactasse, quæ pulchra sua « oratione egerit. » Burm. pro *omnino* reponere velit aut *omnibus se*, aut *omni populo se;* recte monens ille nullum emendatori quærendum esse hiatum in vocabulo *omnino*, quum eum vocabula priora faciant satis vastum. — Vall. lib. RR. 8, 9, *oratio*. Cæteri *omnino*. Ed. —

syllabæ aliquid etiam medii temporis[1] inter vocales,
37 quasi intersistatur, assumunt. Qua de re utar Ciceronis[2] potissimum verbis, *Habet*, inquit, *ille tamquam hiatus et concursus vocalium molle quiddam, et quod indicet non ingratam negligentiam de re hominis magis, quam de verbis, laborantis:* cæterum consonantes quoque, earumque[3] præcipue, quæ sunt asperiores, in commissura verborum rixantur et *S*[4] ultima cum *X*

Tum. Non satis congruit vocula, malim *nam*. Dicuntur *opimæ* syllabæ magis proprio etiam significatu quam « *opima*, et quasi adi- « pata dictio, » Cic. Orat., c. 8; et « *pinguiora*... verba, » Nostro lib. XII, cap. 10, §. 35. — *Opimæ;* sic Obrechtus e conjectura. Priores eo omnes *optimæ*. — Omnes Codd. nostri *opimæ*. Ed.

1. *Medii temporis.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp., *mediis temporibus*, cum Goth. Voss. 2, Alm. et edd. ante Ald. Emendavit Regius.

2. *Ciceronis.* In *Oratore*, c. 23.

3. *Earumque;* sic Flor. Turic. (quamquam hic diremptim et per æ) Guelf. Camp. cum Alm. Sine *que* idem Goth. cum Voss. 2, et Jens. Tarvic. Sed transponunt hi post *præc.* Reliqui *eæque*. — Eadem nostri. Codd. Ed.

4. *Et S... studiorum.* Hic quidem sensus nec integer est, nec apertus. Primum facilis fuerit correctio, quam suadet Rollinus, ut ponatur *ut S.* pro *et. S.* Deinde malit Gesnerus transponi litteras, et scribi *X ultima cum S proxima*, ut respexerit Quint. verba composita, qualia sint *exspecto, exsolvo* (vide I, 7, 4). Ei rationi congruat Pithœi conjectura, qua inducere cupit *arx studiorum.* Sed obstat quod *binarum quæ collidantur* fit mentio; nec satis memores videntur ut omnes veteres, ita Quint. proprie, litteram *X* reapse *S* habere in fine. Igitur opus sane videtur esse concursu duarum *S;* quamquam ne sic quidem præceptis sufficiunt exempla, quoniam binarum *X* nullum hic vestigium. Illud *ars studiorum* vetustæ jam edd. videntur mutuatæ ex Diomede, qui, presse sequens profecto Nostrum, (« Quintilianum imi- « tatus ut simia hominem » ait annotator Cod. Vallensis, quem Badius Vallam putat ipsum, cui deinde hæc Diomedea sublegerit Regius. Sunt autem hæc omnia in annotatione Venetæ 1494) hoc ipsum dat, p. Putsch. 463: *Item ex consonantibus, quæ in se incidentes stridere et quasi rixari videntur, vitanda junctura est, ut Sextus Roscius* (recte Capp. transponi vult *R. S.*). *Ars studiorum, rex Xerxes, error Romuli.* Qui tamen jam Diomedis ætate dixerit hæc Quintilianea fuisse corrupta et mutila, me quidem non magnopere habebit refragantem. Saltem adeo sensu carentia vocabula, ut sunt *ars studiorum*, exempli causa posita a Quint. vix credo. Vide not. seq. — R. 12 a sec. manu, qui pro *et S* habet *ut S*, juvat conjecturam Rollini (vide ini-

proxima, quarum tristior etiam, si binæ collidantur, stridor est, ut, *Ars studiorum*[1]. Quæ fuit causa et[2] Servio, 38 ut dixi, subtrahendæ *S* litteræ, quoties ultima esset, aliaque consonante susciperetur: quod reprehendit [3]Lautium notæ). R. 7, *et si.* Cæteri receptam habent. Ed.

1. *Ut, Ars studiorum.* Turicens. Ambr. 1, Guelf., *vastudiorum*, cum Jens. Tarv. Sed Camp., *vas studiorum*, cum Goth. (err. Gesn. neque enim habet *ut*) Voss. 2. *Vastidiorum*, Flor., sed sublatum a sec. man., quod fit in Turic. quoque. Regius in quibusdam inveniri ait *vastus duarum.* Ego hoc in una lego Veneta, ascriptis hisce in annotatione, *dissonus duarum junctarum. Vastus hoc rentem* (sic, nam turbatum et omissum aliquid fuit a typotheta) *et asperum significat, ut Vasto rex Æolus antro.*— Vall. lib. a sec. manu, R. 9, *vas studiorum.* RR. 7, 8, 10, 12, *vastudiorum.* Vall. lib., *fastidiorum.* Ed.

2. *Servio, ut dixi.* Flor., *sermo*, cum Voss. 2, nisi quod abbesse *ut dixi*, non diserte narratur. Superscripsit ea verba in Flor. sec. manus. Obr., *sermoni ut dixi.* Vall., *sermo ut dixi*, sic quidem repente in notis Badii, quum in ipso textu sit recepta, nec quidquam de varietate scripturæ moneat editor. Mirandum est profecto nihil varietatis objici in Turic. Ambr. 1, ne in Goth. quidem, Menæchmo illo Vossiani 2 (vide §. 4). Si orthographiam solam spectat hæc subtractio litteræ *S*, potuit sane certus aliquis homo ejus auctor esse. — *Et Servio, ut dixi.* Nec Servium, qui litteram *S* subtraxerit, nec locum Nostri, ubi hoc jam dixerit, quisquam potest demonstrare. Hominis illius investigationem censeo plane omittendam, quia id ipsum ratione probabili caret omnino, quemquam unum Romanum hanc litteram subtraxisse; quum de orthographia hic quidem non agatur. Ergo hujus moris auctor non potest recenseri ullus, nisi vulgaris sermonis consuetudo. Cui rationi congruit sane, quod hic ponit Obrechtus, *et sermoni*, modo absint aliena illa *ut dixi.* Sed et criticam habet difficultatem hæc scriptura (vide not. init.) et fluctuat constructio, incerto dativi regimine, pendeatne a *subtrahendo*, an a *causa fuit*, cujusmodi orationis ἐπαμφοτεριζούσης vitium infra scriptorem nostrum positum fuerit. Nec sentias quidquam decedere vel vi, vel elegantiæ expunctis hisce *et Servio ut dixi.* Tanto minus hunc locum intelligere nobis videbimur, quum eam jacturam facere nemo prudentior sustineat, quamquam annotator ille Venetus id ipsum suadet, subjecta ratione, *nam ejus auctoris non meminit.*

3. *Lauranius.* Turic. Guelferbyt. Camp., *Luranius*, cum Venetæ annotatore (quamquam non in textu), addente *rhetor.* Flor., *Lausanius* a pr. manu. Goth., *Lunarius.* Voss. 2, *Junius.* Obr., *L. Afranius*, exprimente Gedoyno, ingeniose, sed parum ad rem, quum desideretur, id quod monet Burm., non vetus aliquis comœdiarum scriptor, sed Messalæ suppar criticus. Etiam *Granius* si tentes (I, 6, 36) non multum profeceris. *Laronius* Octaviani con-

ranius, Messala[1] defendit: nam neque[2] Lucilium putant uti eadem ultima, quum dicit, *Serenus*[3] *fuit*, et *dignus locoque*[4], et Cicero in Oratore plures antiquo-
39 rum tradit sic locutos. Inde[5] *belligerare*[6], *po'*[7] *meridiem*; et illa Censorii Catonis, *Diee hanc*[8], æque *M*

tra Sextum Pomp. dux est Appian. B. Civ. V, 112, 115; item *Laronia* apud Juvenalem II, 36, multi multæque in inscriptionibus. *Lauro* oppidum Hispaniæ a Sertorio excidit Appian. Civ. I, 109. Qui Floro III, 18, 6, est *Afranius*, Appiano Civ. I, 40, 47, audit *Lafrenius*. In inscrr. quidem *Lauranius* nullus, *Luraria* una apud Muratorium. — Nostri *Luranius*, exc. R. 7, qui *Lauranius*, et R. 9, qui *Lunarius*. Ed.

1. *Messala*. Vide I, 7, 23. Quod sequitur *putant*, etsi in omnibus ita libris scriptum, suspicor mutandum in *putat*, ut ad solum referatur Messalam.

2. *Neque.... et*. Vide IX, 3, 78. Ciceronis locus est Orat., c. 48.

3. *Serenus.... dignus*; sic Turic. Flor. Ambr. 1 (nisi quod *serinus*, cum priorum pr. manu), Guelferb. Camp. cum Goth. et edd. ante Ald. exc. Veneta. Reliqui *serenu... doctu*, suadente Regio, nisi quod Obr. etiam *servu'* pro *seren*. e conjectura. — Solus R. 12, *Serenu' fuit, et dignu' loco*. Cæteri *Serenus et dignus loco*. Ed.

4. *Locoque, et*; sic Turic. Flor. Ambr. 1. *Loco quod et*, Camp. *L. Quod etiam*, Jens. (nisi quod *joco*, cum aliquot vett. per errorem) cum edd. ante Ald. Reliqui *loco. Quin etiam*, jubente Regio.

5. *Inde*. Vide IX, 3, 66. Sic enim malim accipere quam *ex hac causa*.

6. *Belligerare*. Turic. Flor. (a pr. m. uterque) Ambr. 1, *pelligerere*. — *Belligerare... mollita*. Proba est Regii animadversio, omne hoc variandarum vocum genus originem habere ex *M* littera, quæ aut hauriatur in fine posita, aut sequens ipsa elidat antecedentem litteram aliam. Optime autem ejus eadem esse ratio dicitur quæ *S* ultimæ pereuntis. Jam hæc tam minuta et a vulgata scribendi ratione remota incorrupta ad nos pervenisse nemo peritior exspectabit; et est sane quod hæreas in istis, *M littera mollita in E*. Placuit autem Catonianam scripturam comminisci talem, ut fuerit *diee*, geminata *E*, quo ipso poterat videri *M* abiisse in alterum illud *E*. Ita sensisse videtur Badius, cujus tamen fabulam de nummo a se viso, cui incisum esset *e po*, et de Augusto tyrannidis occupationem sæpe sibi suasam repudiante per eam quæstionem, *e po*, i. e., *et post, quid tum postea?* nequaquam præstiterim, cæterum ablegans lectorem ad disputantem de ea Burmannum.

7. *Po'*. Turicens. Guelf. Camp., Flor. (a sec. manu) *per*, cum Goth. Voss. 2, Bodl. et edd. ante Ald. Sed Flor. Ambr. 1, *pro*. Ald., *pe* quasi pro *per*, ut indicat Regii nota. Vide III, 1, 14, ubi Guelf. Camp. Jenson. Tarv., *post meridiem*. — Eadem nostri, nisi quod nec *po'*, nec *post* habent. Ed.

8. *Diee hanc*. Turic., *di hac*; a

littera in *E* mollita[1]: quæ in veteribus libris reperta mutare imperiti solent, et, dum librariorum insectari volunt inscientiam[2], suam confitentur. Atqui eadem illa 40
littera, quoties ultima est, et vocalem verbi sequentis ita contingit, ut in eam transire possit, etiamsi scribitur, tamen parum exprimitur, ut, *Multum ille*, et, *Quantum erat;* adeo ut pæne cujusdam novæ[3] litteræ sonum reddat; neque enim eximitur, sed obscuratur, et tantum aliqua inter duas vocales velut nota est, ne ipsæ coeant. Videndum etiam, ne syllabæ[4] verbi prio- 41
ris ultimæ[5] sint primæ sequentis: id ne quis præcipi

sec. manu *dieæ hac*, et sic Ambr. 1. *Dictæ hac*, Flor. *Die et hac*, Guelf. Camp. Goth. (err. Gesn.). E Voss. 2, affertur *et hæc*, ita ut præcedat nihil. *Die. e. hanc*, Jens. cum reliquis ante Ald. Sed Venetus mira hic novat *dicem et faciem*. Vide I, 7, 23, aliena hinc. Reliqui *Die' hanc*. — Vall. lib. a sec. manu *die' hanc*. Cæteri *die et hac*. Ed.

1. *Æque M.... mollita*. Turic., *eque eom l... m.;* a secunda manu *eque o l... m.*, et sic Guelf. (quamquam fortasse *æq.*) Camp. Non sufficit quæ adhuc facta est emendatio, minus tamen Veneti illius audacia, *et o in u eque et u eque in o ac i in e m*. Obr., *æque M. l. emolita* (sic).

2. *Inscientiam;* sic Ambr. 1, Capper. cum Alm. Voss. 2 (nil tale Goth., vide §. 38). *Scientiam*, Turic. Flor. (a pr. manu uterque). Reliqui *inscitiam*. Vide XII, 11, 14; item Drakenb. ad Liv. XXII, 25, 12. — Nostri *inscitiam*, exc. R. 8, qui *inscientiam*. Ed.

3. *Pæne cujusdam novæ*. Quæ de litteræ *M* pronunciatione hic docentur, ut non sunt nostræ hodie consuetudini accommodata, ita sedulo attendenda sunt, si forte nostris quoque auribus percipi et judicari possint. Nimia hinc petere videtur J. H. Vossius Zeitmessung, p. 249. Vide §. 109.

4. *Syllabæ*. Turic. Flor. Guelf. Camp., *Syllaba*, cum Alm. Voss. 2, Goth. et edd. ante Ald. (nisi quod Ven. nostrum, ut et videtur Ambr. 1) acc. Obr. — Nostri *syllaba*.

5. *Ultimæ sint primæ*. Turicens. Flor. Ambr. 1, Guelf., *ultima et prima*. Camp., *ultima sit prima*, cum Goth. Voss. 2, Alm. (vide 36; item mox) et edd. ante Ald. acc. Obr. Probat singularem Liebius; frustra. Regius enim bonis argumentis defendit emendationem, velut quod de una jam egerit syllaba Noster, §. 33, ubi hoc quoque dicturus erat, si volebat. Sed hic maxime aliena bona involasse videri possit bonus Regius, nam Venetus ille, quem dixi, commentator ea ipsa et argumenta habet et exempla, nec aliter vult legi, quamquam in nostris quidem vocabulis operæ non paruerunt. Eadem fere disputat Victorius. — RR, 7, 10, 13, *ul-*

miretur, Ciceroni in epistolis excidit, *Res mihi invisæ visæ*[1] *sunt, Brute;* et in carmine,

O fortunatam natam me consule Romam.

42 Etiam monosyllaba[2], si plura sunt[3], male continuabuntur, quia necesse est, compositio multis clausulis concisa subsultet; ideoque etiam brevium verborum ac nominum vitanda continuatio, et ex diverso quoque longorum[4]; afferunt[5] enim quamdam dicendi tarditatem. Illa quoque vitia sunt ejusdem loci, si cadentia similiter et similiter desinentia, et eodem modo[6] decli-

tima et prima. Cæteri receptam. Ed. — *Syllabæ... primæ sequentis.* Hoc interdum consulto fieri docent, citantibus Burm. et Gesn., Turneb. Adv. VIII, 19. Vavassor de vi et usu quorumdam verborum, p. mihi 34, et Broukhus. ad Tibull. I, 1, 3. Contra disputat Victorius V. L. XVI, 9. Ciceronis est fragmentum, p. Ern. 1066, ut omnia harum epp. loca. Vide IX, 3, 58. Alterum Ciceronis decantatum est inter veteres. Vide lib. XI, cap. 1, §. 24. — *Id ne quis.* Turic., *idem ne quod ne q.* Flor., *id est neque q.* Ambr. 1, *idem nec quod me q.* Guelf., *idem neque ne q.* Alm., *Id neque ne q.* (vide modo; item 52).

1. *Invisæ.... natam.* Turic. Flor. Ambr. 1, omittunt cum Alm., sed prius modo Camp. Goth. (tacente Gesn.) Guelf. cum Alm. Voss. 2, Jens. Tarv. Rationem inserendi vocem eamdem, quam Regius reddit Venetus. — Nostri omnes omittunt *invisæ*, except. Vall. lib. a secunda manu. Ed.

2. *Monosyllaba.* Nihil agit optimus Gesnerus contra Isaac. Vossium defendens anglicæ et germanicæ linguarum monosyllaba, quasi insuavem compositionem non facientia. Burmannus ponit versum Virgilianum Æneid. XII, 833, *Do quod vis, et me victusque volensque remitto.* — Gallica lingua vulgo non admittit continuata monosyllaba; attamen apud optimos gallicos auctores reperimus continuata monosyllaba, quæ aures suavissime mulcent, quod apte inter se cohæreant; ut patet ex illo Racinii versu, *Phèdre*, act. IV, sc. 2, vers 79, « *Le « jour n'est pas plus pur que le fond « de mon cœur.* » Ed.

3. *Si plura sunt.* Turic. *si* omittit ab utraque manu, cum Alm.; sed Flor. a pr.; uterque a pr., *plures*, cum Alm. *Sunt* abest a Goth. Voss. 2. Utrumque *si* et *sunt* a Guelferb. Camp. Obr. — Nostri omnes *sunt* non habent. Vall. lib. RR. 7, 10, 13 *si* omittunt. Ed.

4. *Longorum.* Flor., *longiorum*, cum Voss. 2. — Eadem nostri. Ed.

5. *Afferunt.* Ambr. 1, *affert.*

6. *Declinata, jungantur;* sic Turicens. Florent. Guelferbyt. Camp. cum Gothano Voss. 2, Almelov. Bodl. Andr. Obrecht. Reliqui inse-

nata, jungantur. Ne verba[1] quidem verbis, aut nomina 43
nominibus, similiaque his continuari decet, quum virtutes etiam ipsæ tædium pariant[2], nisi gratia varietatis adjutæ. Membrorum, incisorumque junctura non[3] ea 44
modo est observanda, quæ verborum, quamquam et in his extrema ac prima[4] *coeunt;* sed plurimum refert *compositionis,* quæ quibus anteponas; nam et [5]*vomens*

runt *multa.* Dare videtur vocem Ambr. 1. — Hanc vocem non habent nostri. Ed. — *Declinata, jungantur.* Potest dubitari, an hic inserendum sit *multa,* quod sane multæ exhibent editiones. *Declinata* autem *eodem modo* a *similiter cadentibus* secernit Noster. Venetus quidem annotationem ad *declinata,* addito *multa,* hanc ponit, *plura quam tria derivata ut graviter, turpiter, nequiter.*

1. *Ne verba;* sic Turic. Florent. Ambr. 1, Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Basil. acc. Obr. Ex Alm., *Me v.* Reliqui *Nec v.* — Sic quoque RR. 10, 12. Reliqui *Ne verba quidem.* Ed.

2. *Pariant.* Turic. Flor. Ambr. 1 (sed in loco raso), Guelf. Camp., *patiantur,* cum Goth. Voss. 2, Jens. Tarv. Diserte nobiscum faciens memoratur Vall. Altera illa scriptura possit quidem se tueri græcismo, qualis est I, 2, 31; et maxime II, 13, 16. Sed nonnisi contortus ille fuerit et hinc alienus. — Solus Vall. lib. a sec. manu *pariant.* Cæteri *patiantur.* Ed.

3. *Ea... quæ;* sic Turic. Ambr. 1. *Eo... quæ,* Flor. Guelf. *Eodem.... quo,* Goth. Voss. 2. Reliqui *eo.... quo.* — Eadem nostri. Ed.

4. *Ac prima;* sic Turic. Florent. Ambr. 1, Guelf. Camp. Reliqui *et pr.* Abesse *et* ante *in his* a Goth. falso narrat Gesn. Sed Guelf. *et* inserit ante *extr.*

5. *Vomens.* Cic. Philipp. II, 25. *Saxa.* Idem pro Archia, c. 8. Quæ Rollinum offendit durities abruptæ nimis orationis, neque negligi debebat, ut fit a plerisque, et parum vindicatur supplemento, quod designat Capper., ut ad ea *et vomens et contra... Saxa* subaudiatur, *legimus in Cicerone,* vel *scripsit Cicero.* Equidem expleri orationem censeo, si utrobique scribatur *est* pro *et.* Ratio autem opponendi loca hæc Ciceronis bina satis explicata est a Rollino, in priori enim commodum præmitti *gremium suum toti tribunali,* in altero *saxa et solitudines* minus recte antecedere *bestias,* quas *commoveri* levius sit. Petrus quidem Victorius, indicante Capper., V. L. XIII, 16, ex eodemque Gesnerus monent bestias illas immanes cantu flexas et consistentes profecto majorem poeticæ artis vim probare, quam saxa voci respondentia, quibus nihil designetur, nisi quam echo vocemus. Alter fontem erroris putat, quod Quint. intempestive memor fuerit fabulæ de Orpheo non bestias modo, sed et saxa demulcente. Victoriana illa leguntur fere apud commentatorem Venetum, comparentem illum qua-

frustis esculentis[1] *gremium suum et totum tribunal implevit;* et contra (nam frequentius utar iisdem diversarum quoque rerum exemplis, quo sint magis familiaria), *Saxa atque solitudines voci respondent; bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur, atque consistunt;* magis insurgebat[2], si verteretur; nam plus[3] est *saxa,* quam *bestias, commoveri;* vicit[4] tamen compositionis decor.

45 Sed transeamus ad numeros: omnis *structura*, ac *dimensio,* et *copulatio vocum* constat aut numeris (numeros ῥυθμοὺς accipi volo), aut μέτροις[5], id est, dimensione quadam; quod etiamsi[6] constat utrumque pedibus,

46 habet tamen non simplicem differentiam: nam [7]*rhyth-*

tuor annis ante quam Victorius natus esset. Equidem in saxis si maxime significatur echo, personam tamen iis et sensum imponi video, sicque hoc ipsum fieri majus. Sed satis Ciceronem vindicat Quint., quia in re per se levi plus dederit auribus, quam morosæ alicui logicæ diligentiæ. Quare prorsus accedo Capper. neganti judicium hoc Victorii probandum esse. Restat ut ratio reddatur interjecti illius sensus *nam freq... familiaria.* Sufficit designare loca Nostri V, 11, 25; VIII, 3, 75; V, 10, 99; VIII, 4, 8; X, 16; VI, 68; hic §§. 23, 29. Aliquoties etiam in sequentibus usus est.

1. *Esculentis gremium;* sic Turic. Flor. Ambr. 1, Guelferb. Camp. cum Almelov. Ita et VIII, 6, 68. Reliqui inserunt *vinum redolentibus* e Cicerone.—Sic quoque nostri, exc. RR. 7, 10. Ed.

2. *Magis insurgebat;* sic Turic. Flor. Ambr. 1, Camp. cum Voss. 2, Goth. Alm. Primus a sec. manu *m. his surgebat,* et sic Guelf., nisi quod *urgebat.* Reliqui inserunt *id,* quorum et Jens. (err. Gesn.) — Eadem nostri Ed.

3. *Nam plus;* sic Turic. Florent. Ambr. 1, cum Goth. Voss. 2, Jens. Tarv. Venet. Ald. Basil. Capper. Gesn. Bip. Reliqui inserunt *etsi,* non quidem ex sola Regii conjectura, si recte tacui Guelf. Camp.

4. *Vicit... compositionis;* sic Flor. Ambr. 1, cum Goth. Voss. 2, Venet. Gesn. Bip., probantibus Burm. et Liebio. $\overline{Vic}$. affertur ex Alm. In Turic. Camp. est *compositionis* a pr. manu. Reliqui *inest... compositioni.* — Sic RR. 7, 10, 12. Cæteri receptam habent. Ed.

5. Μέτροις; sic Flor. (a sec. manu) Goth. (tac. Gesn.) Camp. Tarv. cum Ald. Metrous, Turic.; sed a secunda manu *metris.* Flor., METRETC. Reliqui *μέτρῳ.*

6. *Etiamsi.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp. omittunt *si,* cum Alm. et edd. ante Rusc. Inseruit Regius. — Eadem nostri. Præterea R. 12 dat *etsi;* et R. 13 *quamquam.* Ed.

7. *Rhythmi; id est, numeri.* Tu-

mi, id est, numeri, spatio temporum[1] constant; *metra* etiam ordine; ideoque alterum[2] esse quantitatis videtur, alterum qualitatis. Ῥυθμὸς est aut par[3], ut *dactylus*; unam enim syllabam parem[4] brevibus habet[5]: est quidem vis eadem et aliis pedibus[6], sed nomen illud[7] tenet (*longam* esse duorum temporum, *brevem* unius, etiam pueri sciunt); aut sescuplex[8], ut *pæon*, quum sit[9] ex longa et tribus brevibus; quique ei[10] contrarius, ex tribus brevibus et longa, vel alio quoquo[11] modo, ut tempora 47

ric., *plurimu numeri*. Flor. Ambr. 1, *plurimum n.*, cum Alm. Primus a secunda manu *rhitmi innumeri*. Guelf. Camp., *r. in numeris*, cum Jens. (err. Gesn.) Tarv. *R. in numero*, Goth. Voss. 2.

1. *Spatio temporum*. Et sane secundum philosophos tempus est mensura τοῦ motus. Motus est quantitas continua fluens, seu transiens. Hinc ῥυθμὸς a ῥέω, vel ῥύω, *fluo*. Capper.

2. *Alterum*. Id est, ῥυθμός. Ed.

3. *Est aut par*; sic Ambr. 1, Goth. (tacente Gesnero). *Æstua ut p.*, Turicens. Flor.; a sec. manu uterque *aut p.*, et sic Guelf. Camp. cum edd. ante Rusc. Reliqui *a. p. est*. — Eamdem rem (citante Rollino) sic paucis Tullius in Orat., n. 188: « Pes qui adhibetur ad numeros, « partitur in tria: ut necesse sit « partem pedis aut æqualem esse « alteri parti, aut altero tanto, aut « sesqui esse majorem: ita fit æqua« lis dactylus, duplex iambus, ses« quiplex pæon. » Ed.

4. *Parem brevibus*. Vox *duabus* Rollino videtur hic deesse. At sensus adeo manifestus est, ut vox illa otiosa omitti debeat. Ed.

5. *Habet*. Turic. Flor. Ambr. 1, omittunt, cum Alm. Sed hic cum Ambr. 1, *una... syllaba par est*.

6. *Et aliis pedibus*. Scilicet *anapæstis*, qui, quum duabus brevibus et una longa constent, quatuor omnino tempora, ut ipsi dactyli (quamvis ordine inverso), continent. Capp.

7. *Tenet*. Vide *H*, 1, 1. Periodi spondeis quoque et anapæstis constantes dactylicæ appellantur a rhetoribus, quorum omnium doctrina satis innotuit, Britannorum inprimis cura. Hujusmodi scriptis adjici poterit minus fortasse tritus libellus de Rhythmo Græcorum, quem Oxonii 1789, etsi suppresso nomine, edidit episcopus Cestriensis, Cleaverus.

8. *Aut sescuplex*. Dicitur *sescuplex*, quod alterum totum capit, et dimidium: quæ proportio vocatur *sesquialtera*, a Græcis ἡμιολία. Turn.

9. *Quum sit*; sic Ambr. 1. Reliqui *cujus vis est*. Flor. priora duo in raso loco. Ambr. 1, *pæoni*. Camp., *peonius*.

10. *Quique ei.... brevibus*. Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. omittunt cum Voss. 2.

11. *Quoquo*. Turic. Flor., *quo*. Camp., *aliquo*. Goth. (tac. Gesn.) *quoque*. Pro *alio quoquo* Guelf. *aliquo*.

tria ad duo relata sescuplum faciant[1]; aut duplex, ut *iambus*[2] (nam est ex brevi et longa); quique est ei con-
48 trarius. Sunt hi et metrici pedes; sed hoc interest, quod *rhythmo* indifferens est, *dactylusne*[3] ille priores habeat[4] breves, an sequentes: tempus enim solum[5] metitur, ut a sublatione[6] ad positionem idem spatii[7] sit: proinde[8] alia dimensio est versuum; pro *dactylo* poni non poterit *anapæstus*, aut *spondeus*; nec *pæon*[9] eadem

1. *Ut... faciant;* sic Turic. Flor. (posterius a prima manu uterque) Ambr. 1, cum Alm. in posteriore, in priore Goth. Voss. 2. Reliqui *faciunt*, omisso *ut*.

2. *Iambus.* Turic. (a prima manu) Flor. Ambr. 1, *iambos*.

3. *Dactylusne.* Turicens. Flor. Ambr. 1, *dactilicusne.* Primus a sec. manu *dactylone*, et sic Guelferbyt. Camp. — Eadem nostri. Ed.

4. *Habeat.* Turic. Ambr. 1, Guelf. Camp., *habet*, cum Goth. et editt. ante Ald. Correxit Regius. — Solus Vall. lib. a sec. manu *habeat*. Ed.

5. *Solum.* Turic. Flor. Guelferb. Camp., *sonum*, cum Bodl. et edd. ante Bad., quo acc. Obr. Burm. *Sono*, Ambr. 1. Nostrum Vall. Goth., et reliqui. — RR. 7, 10, *sonum*. Reliqui *solum*. Ed. — *Solum metitur*. Hujus sensus nullum aliud subjectum est quam *rhythmus*. Si *sonum* cum aliis legas, fit subjectum *tempus*. Neutrum ab omni parte placet. An aptius fuerit *sonus?*

6. *A sublatione ad positionem.* Hic agitur de pedis, vel manus sublatione et positione, ut mos est musicis tempora metientibus: non autem de vocis elatione, ut multi perperam interpretati sunt. Ed.

7. *Idem spatii sit;* sic Ambr. 1. *Idem spatiis*, Turic.; sed a sec. manu *isdem spatiis*, et sic Florent. Guelf. Camp. (nisi quod *hisd.* *iisd.*) cum Alm. Voss. 2, Goth. et edd. ante Bad. Reliqui *iisdem sit spatiis*.

8. *Proinde alia... versuum.* Turic., *p. a. ad dimensionem versum*, cum Alm. Voss. 2, Goth.; item Flor. Ambr. 1, Guelf. (nisi quod hi omnes *persuum*, sed Guelf. *in verso*). Camp., *p. a dimensione in versu*. Jens. (err. Gesn.) *p. alias ad dimensionem in versu*, cum edd. ante Bad. Reliqui, hoc conjiciente, *pedum*. *In versu*. Nostrum et ipsum ex conjectura. *Proinde* sane nihili est, neque enim ulla argumentationis consecutio. Audax fuerit, nec multum proficiat, qui in nostra ratione pro *idem sp.* scribat *pedum sp.* pro *proinde* autem *idem*.

9. *Pæon eadem ratione brevibus.* Turic. Flor., *pæne eamdem rationem b.*; a sec. manu *pænes eamdem* (Flor. *tandem*) *rationem a b.*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Bad. sec. exc. Veneta, quæ etiam mox *incipiens.... desinens*, conjiciente sic commentatore. Ambr. 1, *pæne eadem ratione b.* Nos omisimus præpositionem *a*, quæ est in reliquis. — Nostri *penes eamdem rationem*. Ed. — *Pæon eadem ratione*. Parum perspicue dicitur pæon in versu *non eadem ratione*

ratione brevibus incipiet ac desinet. Neque solum alium 49
pro[1] alio pedem[2] metrorum ratio non recipit, sed ne dactylum quidem, aut forte spondeum alterum pro altero: itaque si quinque[3] continuos dactylos, ut fit[4] in illo,

Panditur[5] interea domus omnipotentis Olympi,

confundas, solveris versum. Sunt et[6] illa discrimina, 50
quod *rhythmis* libera spatia, *metris* finita sunt; et his certæ clausulæ[7], illi, quomodo[8] cœperant, currunt usque ad μεταβολήν, id est, transitum in[9] aliud genus rhythmi; et quod *metrum* in verbis modo, *rhythmus* etiam in corporis motu[10] est. Inania quoque tempora[11] *rhythmi* 51

brevibus incipere ac desinere. Malis: *nec pœonis eadem ratio est brevibus incipientis ac desinentis.*

1. *Pro.* Turic. Flor. Guelf. (hic per compendium) *quod.*

2. *Alio pedem.* Nostri omnes *alio pede.* Ed.

3. *Quinque.* Omittunt Camp. Andr. Ed.

4. *Ut fit;* sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *ut sunt.* — Eadem nostri. Ed. — *Ut fit.* Refertur hoc ad *continuandum dactylos*, quod ipsum est in isto *continuos.* Vide §. 33.

5. *Panditur.* Virg. Æneid., lib. X, vers. 1. Ed.

6. *Sunt et.* Turic., *sit e.;* a sec. manu *sic e.*, et ita Guelf. Camp. cum marg. Basil.

7. *Certæ clausulæ.* Fines versuum singulorum designari puto, non pedum; neque enim video quomodo metrici pedes aliter claudantur quam rhythmi, nec major apparet similitudo in rhythmorum continuatione, quam in pedum, nisi si (id quod ipsum verum censeo) verbi, vel etiam sensus clausulam spectes in cujusque versus fine comparentem.

8. *Illi, quomodo.* Turic. Flor., *aliquo modo.* Ille a sec. manu *aliæ quo m.*, et sic Guelf. Camp. — Μεταβολήν. Hanc e rhetorum locis illustrat Capper. parum copiose excerptus ab Ernesto in voce. Ablegat ille ad Aristidem Quintil. et omnes in genere scriptores Meibomianos, item Martianum Capellam, qui sic finiat: *Transitus est alienatio vocis in figuram alteram soni.* Aristides quidem hoc modo: Μεταβολή ἐστι ῥυθμικὴ ῥυθμῶν ἀλλοίωσις, ἢ ἀγωγῆς. Hanc ipsam autem docet ita se habere: ἀγωγή ἐστι ῥυθμικὴ χρόνων τάχος, ἢ ῥᾳδύτης.

9. *Transitum in.* Turic., *transitus in id.* Flor. item, nisi quod *id in*, et sic Guelf. cum Goth. Nominativum et Jens. (tac. Gesn.) *tr. vel al.*, Camp. Reliqui ante Bad., *t. id est in.* Ambr. 1, *t. ad.*

10. *In corporis motu.* Eum, qui sit in corporis motu, rhythmum exhibet ars saltandi. Capper.

11. *Inania... tempora.* Quum syl-

facilius accipient, quamquam hæc et in metris accidunt: major tamen illic[1] licentia est, ubi[2] tempora

laba brevis est pro longa, succurrit defectui tali illud, quod vocant, inane tempus. Hoc quanto facilius contingat, ubi rhythmi modo quæruntur, non justi pedes, nemo non agnoscit. Rem, præter Capper. ad locum nostrum, liquido declarat Cleaverus l. c. adjuvante Tyrwhitto, quorum uterque cæsuræ vim ad producendum breve tempus sitam intelligit in hac ipsa observatione. Definitionem *temporis inanis* jam Capper. petiit ab Aristide Qu. κενὸς μὲν οὖν ἐστι χρόνος ἄνευ φθόγγου πρὸς ἀναπλήρωσιν τοῦ ῥυθμοῦ. Recte Capper. ablegat ad §. 108. Gesnerum designantem §. 89, non capio.

1. *Major tamen illic... percussiones.* Hæc ut plane intellecta mihi quidem videntur a nemine, ita satis leviter tractant interpretes. Gesnerus locis musicorum ad quos deduxit Capper. rem conficere studet. Neque tamen quæsivit, quo pertineret illud *illic*. Qui securus inspexerit locum, referet profecto ad *rhythmos*, unde mox avertet diligentior sensus investigatio. Turnebus ille personatus *metra* ipsa designari putat adverbio, et hunc secutus est Gedoynus. Capper. neutrum probans musicam, non metricam versuum rationem, quæ tractetur, agnoscit. *Illic* igitur non spectabit ad remotius eorum, quæ præcesserint, sed ad novum aliquid, quod sequatur. Possit videri adverbium natum ab errore geminantium male litteras *lic*. Sed nihil magnopere proficitur abjicienda vocula. Accedere sane libet Capperonnerio ob id maxime, quod comparet, vocabulum: « quibusdam « *notis* » quas recte Gesnerus interpretatur *musicas* (vide I, 12, 14). Quid autem est quod *illic* (in musica igitur) tempora metiuntur homines *etiam* animo? Gedoynus quidem ita expedit, ut addat « præ« terquam quod *verbis* metiantur » (*indépendamment des mots*). Venetus commentator in nota ponit, *Animo ipso: audiendi sensu*. Hoccine igitur in versu, aut oratione non fit? Gesnerus contra libros omnes post *signant* inseruit *et*, obsequentibus Bipp. Miror sane neminem hæsisse in hoc asyndeto: *ped. et dig. ictu quibusd. notis*. Sed aptius fuerit addere aliquid post *ictu*, sive *aut*, quod ductus litterarum magis commendant; sive *et*, hac structura: « ubi tempora *et* » (hoc repono pro *etiam*) « animo metiuntur et « pedum et » (malim sane *ac*) « digitorum ictu, et intervalla signant « quibusdam notis, etc. » *Percussiones* Gesnerus recte ait hodie vocari *pedes*, *tactus*. Egregie autem hallucinatur Gedoynus, post συντάσεων *percussiones* fieri dicens longe *tardiores* (sic enim accepit *longiores*), nec *deinceps* intelligens, quod est *eodem ordine*, *sic porro* (vide IV, 1, 31), ne cogeretur Noster percensere omnes horum temporum numeros, quæ perveniunt, auctore Aristide Quintiliano, p. 35, usque ad viginti quinque. Ad levigandam porro orationem profuerit scribere *unde* συντάσεων pro *inde* τ., quod invenusto hiat asyndeto.

2. *Est, ubi.* Turic. Flor. Guelf. Camp. inserunt *et*, cum Goth. Venetus diserte monet delendum. — Nostri omnes *et* habent. Ed.

etiam animo metiuntur, et pedum et digitorum ictu intervalla signant, quibusdam notis, atque æstimant, quot breves[1] illud spatium habeat: inde τετράσημοι[2], πεντάσημοι, deinceps longiores fiunt[3] percussiones; nam σημεῖον tempus est unum. In compositione orationis cer- 52
tior[4], et magis omnibus[5] aperta servari debet dimensio; est igitur in pedibus; et metrici[6] quidem pedes adeo reperiuntur in oratione, ut in ea frequenter non sentientibus[7] nobis omnium generum excidant[8] versus; [9]et

1. *Quot breves.* Turic., *quod b.* Ambr. 1, *quod breve.*

2. Τετράσημοι, πεντάσημοι· sic Gesn. Bip. Sed Flor. *tetrasemoæ et thascymoæ;* a sec. manu τετρασημίου πεντασημίου. Guelf., *tetrasemos pentasemos.* Camp., τετράσημοι πεντασημον. Tarv., *Terrasemone pentasemoe.* Jens. Locat. Rusc., *Tetrasmoe pentasmoe.* Veneta *Tetrasimion pentasimion.* Goth., τετρασημεῖον πεντασημεῖον, cum Vall. Reliqui τετράσημον πεντάσημον, quod et Regius voluit. Quod inserunt post πεντ. Obr. Gesn. Bip. *et* in nullo est libro, nisi quod *est* ejus loco habet Ambr. 1. Vulgo editi τελείᾳ στιγμῇ distinguunt ante *Deinceps.*—Τετρασημεῖον, πεντασημεῖον, Vall. lib. RR. 9, 12. Τετράσημον, πεντάσημον, R. 8. *Tethrasemoe, pentasemoe,* RR. 7, 10. Ed.

3. *Fiunt.* Ambr. 1, Goth. (tac. Gesn.) *sunt,* cum Voss. 2. — Sic quoque Vall. lib. RR. 8, 9, 12. Ed.

4. *Certior.* Guelf., *certa.*

5. *Omnibus.* Gallæus conjiciens *auribus* frustra est. Nec video quare idem desideret aliquid ante *est igitur.*

6. *Metrici... pedes.* Turic. Flor. (a pr. manu uterque) Ambr. 1, *metricis... pedibus,* cum Alm. Reponit nonnisi *pedes* Flor. sec. manus.

7. *Non sentientibus.* Turic. Flor. (a pr. manu uterque) *sementibus.* Alm., *sernentibus.* Gothan. (tac. Gesn.) *non servantibus,* cum Voss. 2. — Nostri dant alii *sentientibus,* alii *servantibus.* Ed.

8. *Excidant versus.* Facile est demonstrare, qui de hac re egerint. Addam iis, quos vulgo laudant, Morhofium de Patavinitate Livii, p. (Drakenb.) 79. Exemplorum affatim dat Noltenius in Antibarbaro, parte Syntactica, voce *versus.* Hoc tamen ipso liberalior, quem Gesnerus designat, Fabricius in Bibl. Lat. Vol. II, p. 389, edd. Ernestianæ. Vide §. 72, ubi Burm. et ipse auctores nominat, item Drakenb. ad Livii principium. De illo quidem Taciti versu omnium doctissime verissimeque disputavit I. H. Vossius opusculo Germanico, inscripto, *die Zeitmessung,* p. 249, 50. Vide §. 74. — Cicero in Oratore ad Brutum ait: « Orationem nostram magna ex parte iambis constare; itaque a nobis per imprudentiam fundi iambicos versus et Hipponactios. » Turn.

9. *Et contra;* sic Turic. Flor. et pleræque edd. ante Gesn. Ille ta-

contra nihil[1], quod prosa scriptum, non redigi possit
53 in quædam versiculorum genera, vel in membra[2]. Sed in adeo[3] molestos incidimus grammaticos, quam fue-

men a sec. manu *e c.*, et sic Guelf. Obr. Omittunt *et* Goth. Voss. 2, Gesn. Bip. Conjicit Gallæus *et certe*.

1. *Nihil... possit.* Turic., *n. q. p. s. r. possunt.* Flor., *n. q. est p. s. r. possunt.* Guelf., *n. est q. p. s. non r. posset.* Ambr. 1, *n. q. est p. s.* Reliqua non annotata. Camp., *n. est q. p. s. n. r. p.*, cum Voss. 2. (etsi Goth. nostrum) Vall. et edd. ante Ald. qui cum reliquis, Regio auctore, *quod* ponit post *scriptum*. Ex Alm. affertur hoc ipsum, nisi quod *prorsa* scribitur; (vide §. 41, 59.) Turic. Flor. (a sec. manu) *non r. possit.* A Qu. fuisse suspicor hæc: *nihil non p. s. r. p.* Sæpe turbas dant duæ istæ negationes *nihil non*, *nemo non*. Similiter *quod* et *non* sibi invicem videntur offecisse IX, 3, 78. — *Nihil... possit.* Locum Diomedis grammatici similem ostendunt Regius et Commentator Venetus; p. Putsch. 464.

2. *Vel in membra.* Hæc, quæ Regius marginalem glossam interpretabatur, ab Aldo inde omiserunt editi ante Capper. exc. Obr. Codd. quidem quos ego vidi nullus ignorat, et plerique Burmanniani habent, nec ullus non memoratus, nisi per negligentiam conferentium. Fateor cum Obr. libentius me cariturum præpositione *in* hic repetita. — Nostri omnes habent *vel in membra*. Ed.

3. *Sed in adeo molestos.* Turic. Flor. Ambr. 1, (nisi quod hic *sint*) *sunt ad in molestos.* Primus a sec. manu *sed adeo mol.*, et sic Guelf. Camp. *Sed tam immodestos*, Goth. cum Voss. 2, et Vall. qui *adeo* pro *tam*. — Eadem nostri. Ed. — *Sed in adeo... coegerunt.* Hic ego neminem censeo verum vidisse præter Burmannum et Gedoynum. *Molestum* et culpandum ullum esse grammaticum, qui lyricorum carmina in varias mensuras coegerit, nemini credam. Quidquid igitur corruptum est in hujus sensus scriptura (neque enim simplici medicina sanari posse existimo); verissime ante *lyricorum* inserit Burmannus *velut*. Quicumque durum hoc putabit, meminerit *velut* sæpe corrumpi in *vel* (Drakenb. ad Liv. XXVI, 37. 5.) hoc autem scribi simplici *l.* antecedente hic alterum *l.* Minus probo quod idem *membra* ponit post *qui*. Nanciscitur sane hoc modo accusativum, quo adhuc destituitur sententia, nisi forte liceat e prægressis repetere, aut *prosam*, aut *prosa scriptum*. Burmanni rationem secuti sic fere scribemus: *Sed et* (ipse vult *S. etiam*, aptum fuerit etiam *Sicut*. Tertia ratio possit placere, ut *Sed* abeat in *Si*, continuando sententiam priori: *redigi possit, si incidimus.*) *in molestos i. g. quorum fuerunt qui velut l. quorumdam* (hoc pronomen accipe: « quasi illi, quos « scandunt operose, oratores es- « sent lyrici *aliqui* ») *c. i. v. m. coegerint* vel *cogerent*. (Vide initium notæ). Hanc sententiam, ratione magis communi quam critica duce, expressit Gedoynus: nam quod Capper. errorem reprehendendi talem in grammatico diligentiam amo-

runt[1], qui lyricorum quædam[2] carmina in varias mensuras[3] coegerunt: at Cicero[4] frequentissime dicit, totum hoc constare *numeris*, ideoque reprehenditur a quibusdam, tamquam orationem ad *rhythmos* alliget: nam sunt numeri *rhythmi*, ut et ipse constituit[5], et 54
secuti eum Virgilius, quum dicit,

.....Numeros memini, si verba tenerem:

et Horatius,

.....Numerisque fertur[6]
Lege solutis.

Invadunt ergo hanc inter cæteras vocem, *Neque enim* 55
Demosthenis[7] *fulmina tantopere vibratura*[8] dicit, *nisi*

litur eo quia «lyricorum *quædam* « carmina» memorentur, velut dithyrambica et liberiora, id nequaquam sufficere arbitror. Neque enim novi ullum lyrici generis metrum, cujus nullæ certæ sint mensuræ. Multo minus exemplum tam *molesti* grammatici cum Gesnero agnoscam Marium Victorinum, Horatiana metra enarrantem, p. Putsch. 2609 seqq., aut scholiastas Pindaricos. Illud autem huc trahere non recusem, cujus idem Gesnerus mentionem facit, Dionysium Halic. nimium posse videri in talibus, ubi Demosthenicas periodos metitur, velut de Structura verborum, p. 119. Vol. V. Reisk. Quamquam ipse quidem hujusmodi ἀκρίβειαν spernere non ausim. Plurima in eam rem profert Cleaverus, quem supra dixi, de Rhyth. Græcc.

1. *Quam fuerunt.* Jens., *quorum f.*, cum edd. posterr. ante Gryph. exc. Venet. Bad. et hoc inveniebat Reg. qui et *quam* et *quia* legi narrat. — Eadem nostri. Ed.

2. *Quædam.* Turic. Guelf. Camp., *quorumdam*, cum Goth. Voss. (an 1, 2. 3?) Alm. Bodl. Andr. et inveniebat Venetus. — Nostri omnes *quorumdam*, excepto R. 7, qui dat *quædam*. Ed.

3. *Mensuras.* Flor. (a pr. manu) *figuras.*

4. *At Cicero.* Hanc esse argumentationem eorum, quos nimios in hoc genere judicet Qu., Gesnero facile credo. Index alienæ orationis est *at.* Designat locum Ciceronis exempli causa idem Orat. c. 60 extremum, ubi magnam numerorum vim testatur.

5. *Ut et ipse constituit.* Cicer. in Orat. c. 20, *numerus vocatur, qui græce ῥυθμὸς dicitur.* Virgil. Ecl. IX, 45. Horat. Carm. IV, 2, 11. *Neque enim Dem.* Cic. Orat. c. 70 extr.

6. *Fertur.* Turic. Flor. Ambr. 1, *referatur.* Primus a sec. manu *feratur*, et sic Guelf. cum Jens. Tarv.

7. *Demosthenis.* Tur. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp. nominativum dant cum edd. ante Obr. Nobiscum facere videntur Goth. Vossius, 2.

8. *Vibratura dicit;* sic Obr. *Vi-*

numeris contorta ferrentur[1]; in quo si hoc sentit[2], *rhythmis contorta*, dissentio; nam *rhythmi*, ut dixi[3], neque finem habent certum, nec ullam in contextu varietatem, sed, qua cœperunt sublatione ac positione[4], ad finem usque decurrunt; oratio non descendet[5] ad stre-
56 pitum digitorum. Idque[6] Cicero optime videt, ac testatur frequenter, se, quod numerosum sit, quærere; ut magis non ἄῤῥυθμον[7], quod esset inscitum atque agreste, quam ἔνρυθμον[8], quod poeticum est, esse compositio-

bratus adicit, Turic. Flor. cum Alm. qui per compendium *vibrat*. Ille a sec. manu *vibratus dicitur*, et sic Guelf. cum Jens. Tarv. Rusc. *Vibrasset diceretur*, Camp. *Vibrasse diceretur*, Veneta cum reliquis ante Obr. *Vibrata dicit*, Ambr. 1. *Vibrarent illa*, Burm. Capper. Gesn. Bip. quibuscum facere videntur Goth. Voss. 2. Sed *illa* ex Cic. post *numeris* inserit Camp., cum Andr. et aliquot apud Burm. edd.

1. *Ferrentur.* Turic. Flor., *ferentur*; a sec. ille manu *ferantur*, et sic Guelf. cum Jens. Tarv.

2. *Sentit;* sic Jens. (tac. Gesn.) cum posterr. edd. ante Basil. exc. Veneta, acc. aliquot apud Burm. *Senti*, Turic. Floric. (a pr. manu uterque) Ambr. 1. *Ferrentur... contorta* omittit Rusc. Reliqui *sentimus.* Conjicit Gallæus *sentiunt.*

3. *Ut dixi.* Vide §. 50. Agnoscit igitur, id quod recte monet Gesnerus, aliquam Qu. differentiam *rhythmi* et *numeri.* Omnis *rhythmus* est *numerus*, sed non item *numerus omnis*, *rhythmus.* Vide §. 57.

4. *Ac positione*, *ad finem.* Turic. Ambr. 1, *a p.* Ille a sec. manu *ad positionem*; et ab hac tantum, ni fallor, omittit *ad finem*: utrumque autem sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. *Ac positionem a. f.*, Jens. *Ac positione a fine*, Flor.

5. *Descendet;* sic Turic. (a prima manu) Ambr. 1. Reliqui *descendit.*

6. *Idque.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp., *et quæ*, cum Goth. Jens. et edd. ante Bad. sec. exc. Ald. qui *Atqui.* Voss. 2, *et quod.* Reliqui *Id quod* (vide §. 3). Nostrum e conjectura (vide IV, 2, 29). Pro *videt* Gallæus malit *vidit*, sine causa idonea. — Nostri *et quæ.* Ed.

7. *Magis non ἀῤῥυθμον.... quam ἔνρυθμον.* Sufficere arbitror, ut designetur locus Dionysii Halic. quem post Capper., non nominatum, ponit Gesnerus, De Structura verbb., c. 25, p. 196 seqq. Reisk., vol. V. Doctor enim græcus eamdem tenet viam, inter numeros poeticos et fortuitum rudemque verborum concursum mediam. Conferendos recte monent VV. DD. Cic. Orat., c. 65 extr., 68 extr.; quæ loca ante oculos habuit Noster, Aristotel. Rhet. III, 8.

8. Ἔνρυθμον; sic Ambr. 1, quamquam latt. litt. *enrythmum.* Turic., *quam rihtmum*, cum reliquis libris ante Ald. quo acc. Gesn. Bip., quod attinet ad alteram vocem. In priore

nem velit; sicut etiam quos palæstritas[1] esse nolumus, tamen esse nolumus eos, qui dicuntur ἀπάλαιστοι[2]. Verum ea, quæ efficitur e pedibus[3], æqua[4] conclusio, nomen aliquod desiderat: quid[5] sit igitur potius, quam 57

enim Turicensis compendio nostrum ipsum ex parte latere suspicor. Sincerum hoc mihi probat §. 77, ubi Turic. Flor. Camp., *enpiomon*, cum Goth. Vall. Voss. 2, Alm. (nisi quod quinque posteriores *emp.*) in quo nimis liquido apparet ΕΝΡΥΘΜΟΝ, quod ipsum, sed minusculis, est in Tarv. Loc. Rusc. *Empomion*, Guelf. Reliqui utroque loco (priore quidem de conjectura Regii) εὔρυθμον, exc. Capp. Gesn. Bip. (conjectante idem Liebio); hi enim ἄρρυθμον, primus utrobique. Scriptura hæc ut fluctuat apud Platonem et Dionysium Halic., ita nostra nec auctoritate, nec exemplo caret. Rem conficit et idonea exemplorum copia, et accurata explicatione Boekhius V. C. in Epistola ad F. A. Wolfium (Hal. S. 1806, 8.) in locum Plat. Legg. II, p. 653, E. Altera vox ante Capper. per simplex *r* solet scribi, et plerumque latt. litt. *arythmum*, exceptis solis Flor. qui *ad rihtmum*, et Jens. qui manifesto *arrhythmum*. Hoc quidem ex præceptis grammaticis corrigendum erat, ut diu factum in Platone, Aristotele, aliis.

1. *Palæstritas esse nolumus... nolumus.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp., *p. e. volumus... volumus*, cum Alm. Bodl. Voss. 2, Jenson. Tarv. Sed Goth. (vide modo) *p. e. volumus... nolumus*, et sic Veneta.

2. Ἀπάλαιστοι. *Verum.* Turic., *apalestro everum.* Flor., *apalestro. V.* IIe a sec. manu *a palestra. V.*, et sic Guelf. (nisi quod æ.) Camp. (qui et *ducuntur.*) cum Jens. Tarv. *A palæstri*, Goth. cum reliquis, nisi quod junctim et recentiores ἀπάταιστροι (cum Vall. margine), exc. Alb., qui ἀπάλαισται, et Bad., ἀπάλαιστραι. In Vall. textu *apalestræ.* Nostrum e Cic. suasit Gesnerus, (quum vicissim Ciceronem corrigere vellet Philander, eruditus alioqui homo) item Valken. in postumis ad Callimachum, pag. 96. Primum in Gryphii (1544) margine, mox in Stoer. Chouet. Leid. Gibs. edd. posita est scriptura ex male intellecta Regii annotatione conflata, *p. e. nolumus, peritos tamen palæstræ esse volumus, non* ἀπαλαίστρους. Et fateor elegantiorem multo videri mihi hanc rationem, quam præcisum illum nostri loci sermonem, in quo duplex istud *esse nolumus* dici non potest, quantum offendat (vide interim IX, 2, 73; item 77; IX, 3, 78). Inprimis autem miror nullam a me varietatem notatam ex Ambr. 1 ad illa *non* ἀπαλαίστρους.

3. *E pedibus;* sic Turic. Florent. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum editt. posterr. ante Basil. Reliqui *ex p.* Vide 95.

4. *Æqua.* Turic. Flor. Guelferb., *aqua.* — Vall. lib. RR. 8, 9, *æqua.* RR. 7, 10, *aqua.* R. 12, *a quo.* R. 12 a sec. manu simpliciter *conclusio.* Ed. — *Æqua conclusio.* Quæ tandem erit «æqua conclusio?» An *aliqua?* vel *apta?*

5. *Quid sit.* Regius *quod* scribi malit, et obtemperarunt ei aliquot editi. Durities tamen aliqua inest

numerus, et oratorius[1] numerus, ut enthymema rhetoricus[2] syllogismus? Ego certe, ne in calumniam cadam, qua ne M. quidem Tullius[3] caruit, posco hoc mihi, ut, quum pro composito[4] dixero *numerum*, et ubicunque
58 jam dixi, *oratorium* dicere intelligar. Collocatio[5] autem verba jam probata, et electa, et velut assignata sibi debet connectere; nam vel dure[6] inter se[7] commissa potiora sunt inutilibus: tamen et eligere quædam, dum ex iis, quæ idem significent, atque idem valeant, permiserim; et adjicere, dum non otiosa; et detrahere, dum non necessaria; sed et figuris[8] mutare et casus et

tali structuræ: « Quod nomen sit « potius quam *numerus?* » Si subaudis pro subjecto *conclusio*, non male se habebit nostra. — *Quam.* Turicensis, Florentinus, Guelferb. CAMP. omittunt cum Goth. Voss. 2, Alm. non Vall. ut narrat Burm. — Omittunt quoque nostri. ED.

1. *Oratorius.* Nostri *oratoris.* ED.

2. *Rhetoricus syllogismus.* Vide V, 10, 3.

3. *Ne... Tullius caruit.* « repre- « henditur » enim « a quibusdam. » Vide §. 53.

4. *Pro composito.* Pro hujusmodi locutione composita, *numerum oratorium.* CAPPER.

5. *Collocatio autem.* Cave hic aliquam collocationis definitionem exspectes, quem errorem fateri videntur editores, plerique diversis vocem hanc typis exhibendo. Id agit Quintil. ut agnoscant lectores ipsis vocabulis nihil posse vel accedere, vel decedere per compositionem, quam hic quidem *collocationem* appellat, quo manifestius sit nihil eam, nisi *locum* assignare vocibus (vide similem *litteraturæ* usum pro *grammatice* II, 1, 4). Ita nexus etiam apparet sequentium ad « *tamen* » ubi aliquid excidisse suspicabatur Gallæus ille suspiciosissimus homo (I, 5, 60). Nam, vetans in universum quidquam in ipsis vocabulis mutare compositionis causa, aliquam tamen permittit Noster singulorum quoque curam, dum nihil fiat eorum cum detrimento sententiæ, et sic existant *nugæ canoræ.*

6. *Dure;* sic Flor. a sec. manu. A pr. quidem *ducere;* et sic Turic. (a pr. manu) cum Alm. Reliqui *dura.* — Eadem nostri. ED.

7. *Se.* Turicens. Flor. Ambr. 1, Guelf. CAMP. omittunt cum Almel. Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. Regius se in aliquot libris nostrum vidisse testatur. Suspicor id ipsum latuisse in isto *ducere* per transpositionem *se inter* pro *inter se.* — Tè *se* omittunt nostri. ED.

8. *Sed et figuris.* Turic. Ambr. 1, Guelf. CAMP. omittunt *et*, cum Gothan. Voss. 2, et edd. ante Bad. quo acc. Basil. Inserunt Regius. Ambr. 1, *figuras*, cum Goth. Voss. 2. Mox ante *numeros* pro *et* Turic.

numeros, quorum varietas, frequenter gratia[1] compositionis ascita, etiam suo nomine[2] solet esse jucunda. Etiam ubi aliud ratio, aliud consuetudo poscet[3], utrum 59
volet, sumat compositio, *Vitavisse*[4], vel *vitasse*, *Deprendere*[5], vel *deprehendere*: coitus[6] etiam syllabarum non negabo, et quidquid sententiis, aut[7] eloquentiæ non nocebit. Præcipuum tamen in hoc opus est, scire 60
quod quoque loco verborum[8] maxime quadret; atque is optime componet, qui hoc solum[9] componendi gra-

Flor. Ambr. 1, Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Veneta *atque*. Suspicor fuisse *et figuris mutare casus atque numeros*. Et plane sic Veneta, nisi quod *et* inserit post *mutare*. — Nostri omnes omittunt *et*. Alii habent *figuris*, alii *figuras*. Ed.

1. *Gratia compositionis*. Eumdem positum, recedentem illum a communi usu, vide lib. VIII, cap. 6, §. 2; hic §. 144.

2. *Suo nomine;* sic Ambros. 1. *Suomine*, Turic. Flor.; nisi quod hic diremptim *suo mine*. A secunda manu uterque *sine nomine*, et sic Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesnero) cum Alm. Voss. 2, Bodl. Bal. Vall. et edd. ante Ald. Reliqui *sine numero*, ex conjectura, sed timida, Regii. — Nostri omnes *sine nomine*. Ed. — *Suo nomine*. Vide Cic. pro Clu. 32, « ipsa res *suo nomine*. »

3. *Poscet;* sic Ambr. 1. *Posset*, Turic. Flor. (uterque a prima manu hic a sec. *possit*). Reliqui *poscit*.

4. *Vitavisse, vel vitasse*. Vide I, 6, 17.

5. *Deprendere, vel deprehendere;* sic Guelf. utrobique *depreh*. Turic., *deprerendere, vel deprehendere*, Camp. Reliqui *depreh... depren*. Malui χιασμόν.

6. *Coitus*. Turic., *coitur*. Flor., *cogitur;* uterque a sec. manu nostrum. — *Coitus... syllabarum*. Capperonnerius synalœphas hic permitti putat a Nostro (vide §. 36) quæ fiunt in vocabulis duobus continuatis, quum Pseudo-Turnebus syncopen, quæ est unius, qualis sit in *perisse* pro *periisse*. Sane reconditius quid et insolentius isto *perisse* hic in animo habuisse Quintil. fit verisimile. Liebius conjiciendo nostris anteponens *nam*, prave astringit sententiam ad ea quæ modo dicta sunt de *vitavisse* et *vitasse*.

7. *Eloquentiæ non nocebit*. Flor., *elocutione n. n.*, cum Alm. (Turic. siletur. Vide §§. 52, 64). *Elocutione elucebit*, Ambr. 1, cum Gothan. Voss. 2, Vall. (apud hunc quidem repositum). *Eloquentiæ* displicet, et reponendum censeo *elocutioni*, in reliquis, etsi nec contemnendis, sequor tamen vetustissimorum auctoritatem. — Eadem nostri. Ed.

8. *Verborum;* sic Turic. Florent. Ambr. 1, Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Alm. et edd. ante Gryph. exc. Ald. Reliqui *verbum*. — Nostri omnes *verborum*. Ed.

9. *Hoc solum*. Miror neminem, præter Rollinum et Gedoynum, hic

tia facit[1]. Ratio vero pedum[2] in oratione est multo, quam in versu, difficilior: primum, quod *versus* paucis continetur; *oratio* longiores habet sæpe circuitus: deinde quod *versus* semper similis sibi est, et una ratione decurrit; *orationis* compositio, nisi[3] varia est[4], et offendit[5] similitudine, et affectatione[6] deprehenditur:
61 et in omni quidem corpore, totoque, ut ita dixerim, tractu, numerus insertus[7] est; neque enim loqui pos-

desiderasse *non*. Hic rectissime expressit negationem in vertendo, et facillime *non* inseritur post *hoc*, quamquam invitis omnibus, quos quidem viderim, libris. Rollinus pro negatione illa sua allegat locum §. 144, qui etsi non plane hujus, quam nunc legimus, est sententiæ, quod contra monet Harles V. C., satis tamen commendat mutationem per se necessariam. Quæ enim tandem ista est ratio, ut is qui operose explicat præcepta numeri oratorii, repente unum aliquod recte componendi artificium tradat? Neque, hoc si volebat, poterat non addere *vel* ante *hoc*. Etiam præcedentia per negationem tunc erat elocuturus, sic fere: « Neque non poterit optime componere, qui vel hoc solum... faciet. » Fortasse etiam reponas *atqui*. Præsens tempus in altero verbo *facit* prætulit Noster, quia designatur, non quid semel fiat alicubi, sed quod aliquis semper facere soleat, ubi optime coeunt *componet* (singulis oblatis occasionibus) et *facit*, constanti usu.

1. *Facit;* sic Turic. Flor. Guelf. cum Alm. Reliqui *faciet*. — Eadem nostri. En.

2. *Ratio... pedum*. Vide Cicer. Orat. cap. 38. Ed.

3. *Nisi*. Turic. Flor. (a sec. manu uterque) *nonnisi*, et sic Guelf. Camp. Illi quidem primitus *compositionis si*. — Solus R. 10, *nonnisi*. Ed.

4. *Est*. Omittunt R. 9, et apud Burm. Voss. 2. Non male. Ed.

5. *Offendit*. Tur. Flor. Ambr. 1, Guelf., *offendet*, cum edd. ante Ald. exc. Camp. Venet. Regius suadet nostrum, sed habent præter designatos Goth. Vall. — Solus R. 10, *offendet*. Ed.

6. *Et affectatione*. Flor. Ambr. 1, inserunt *in*. Plerique autem, fortasse MSS. omnes, syllaba *ta* truncant nomen, ante Locat. (vide IV, 1, 77). Ea ipsa vicissim superaddit ur in *tractu* ab iisdem, sed edito nullo. *Tractu* dat Goth. Nostrum tamen vindicat ea quæ præmittitur excusatio. Vide V, 8, 2; ad quem locum Burmannus agit de harum vocum confusione, adhibetque locum similem Ciceronis De Or. II, 13, *tractum orationis*. — Nostri Codd. *affectione*, excepto R. 13, qui dat *affectatione*. Ed.

7. *Numerus insertus;* sic Florent. Ambr. 1, cum Vall. Bod. pr. *Numerus inserta*, Turic. Sed a sec. manu *numeris inserta*, et sic reliqui, nisi quod Ald., *numeri est insertus*, prava sententia, si *versus* intelligitur, nulla, si eo non refertur *insertus*. Flor. a sec. manu *incertus*. —

sumus[1], nisi e syllabis brevibus ac longis, ex quibus pedes fiunt: magis tamen et desideratur in clausulis, et apparet; primum, quia sensus omnis habet suum finem, poscitque[2] naturale intervallum, quo a sequentis initio dividatur; deinde, quod aures, continuam vocem secutæ, ductæque velut prono decurrentis orationis flumine, tum magis judicant, quum ille impetus stetit, et intuendi[3] tempus dedit. Non igitur durum sit[4], neque 62
abruptum, quo animi velut respirant ac [5]reficiuntur: hæc est sedes orationis, hoc auditor exspectat, hic laus omnis declamat[6]. Proximam[7] clausulis diligentiam postulant initia; nam et in hæc[8] intentus auditor

Nostri habent alii *numeris inserta*, alii *numerus insertus*. Ed.

1. *Possumus*. Turic. Flor. Guelf. (hic et *nisi* omittit cum Bas.) Camp. Jenson. (tac. Gesn.) *possunt*, cum Gothan. Voss. 2, et edd. ante Ald. exc. Veneta. *Possum*, Ambr. 1. A Jens. (tac. Gesn.) inde ante Bad. edd. *ex* dant pro *e*. Fateor mihi insolens videri *loqui e syllabis*, et suspicor turbas datas ab istis ductibus tam similibus continuatis *musnisisi*, mox etiam subjecto « *ex* « quibus. » Expungam igitur *e*. Vide §. 48, unde *a* proscripsimus. — Nostri *possumus*, exc. Vall. lib. a sec. manu, qui *possunt*. Ed.

2. *Poscitque;* sic Ambr. 1. *Possit qua*, Turic. Flor. (a pr. manu uterque) cum Alm. Reliqui *possidetque*.

3. *Intuendi*. Tur. Flor. Ambr. 1, *intuendis*, cum Alm. Sed Guelf., *intuendum*. — Sic solus R. 10. Ed.

4. *Durum sit*. Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf., *d. sed*.—Sic quoque RR. 7, 10, 12. Ed.

5. *Reficiuntur*. Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *reficiantur*. Nusquam ostenditur *respirent*.—Nostri *respirant ac reficiuntur*. Ed.

6. *Laus omnis declamat*. Hærent non sine causa VV. DD. in verbo, quod hujus quidem loci non videatur. Tentat Rollinus *exclamat*, Burmannus *declamatoris* (nam quod idem et *omnibus declaratur*, nimis profecto hoc jacet), Gesnerus *et clamor* (vide IV, 2, 37). Censeo acquiescendum in vulgato, etsi ἅπαξ λεγομένῳ. Præpositio *de* in aliquot verbis desinendi index, velut *detonat*, *deferveo* (vide *depugnare* VIII, 5, 12), significare videtur in clausulis illam plaudentium laudem se summo cum strepitu totam effundere. Hoc tenuit, eleganterque expressit Gedoynus. Burmannus structuram minus latinam suspicans, suam mihi *κρίσιν* non persuadet. Difficultas est in significatione verbi, in structura quidem nulla.

7. *Proximam*. Turic. (a pr. manu) *proximâ*, cum Goth.

8. *In hæc;* sic Turic. Florentin. Ambr. 1, Guelf. Goth. (tac. Gesn. Camp. Veneta cum Almel. Voss.

63 est: sed eorum facilior ratio est; non enim cohærent[1], sed ita præcedentibus serviunt, ut exordium

Reliqui *ad h.* — Sic solus R. 7. Ed. 1. *Cohærent, sed;* sic Turicens. Flor. Guelf. Camp. Coth. (errante Gesn.) cum Alm. Voss. (an omnibus?) Vall. *Sed* etiam Ambr. 1. E conjectura transponens Bad. pr. *coh. præcedentibus sed.* Jens., *c. aliis s.*, cum edd. ante Ald. Rell. *c. aliis nec*, postremum de Regii conjectura. *Aliis* omitti in Ambr. 1 non notavi, per errorem profecto. — Nostri habent receptam. En.—*Non enim... severiora.* Vides duas simul paragg. a me hic enarrari, in quibus quum multum sane mihi sumpserim, ad notas seqq. te amandabo. Majorem clausularum, quam initiorum diligentiam commendaturus, quamlibet clausulam excipi posse a bono initio ait; contra nisi recte composita præmittantur clausulæ, ipsam, vel artificiosissime structam, nihilo magis placere. Initia igitur sensuum, comprehensionum, *ita* demum *serviunt*, id est, subjunguntur, applicantur, *præcedentibus*, ut possint incipere, quidquid tandem præcesserit in fine prioris sensus. Clausulæ plane diversa est ratio, et refert quam plurimum, qua *via, rupta*, an strata et munita, ad eam pervenerimus. Hoc exemplis et Demosthenicis et Ciceronianis declarat. Hi quum iisdem uterque pedibus sensus duos quosdam finierint, tamen Cicero laudem Græci adeo non æquavit, ut ne reprehensionem quidem effugerit. Loca Demosthenis sunt partim ex oratione pro Ctesiphonte, initio, pag. Rsk. 225 (de quo egit et Dionys. Halic. de Structura, p. Rsk. 205, sed brevius ille) partim e Philippica III, p. 115. Ciceronis alter est e Cœliana, cap. 26; alter designatur esse Verrin. V, 27. Sed hujus quidem posterioris non nisi unam vocem eamque extremam protulisse censendus esset Quint., quod ipsi argumentationis consilio repugnat. Nempe docendum erat, iis, quæ præcederent, corrumpi numerosam alioqui clausulam. Neque aliter contingit iis ad partes vocare locum Verrinarum, quam ut voces has « non *minus* » (sic enim scribunt) « dura » assignent ipsi Nostro, qui *dura* hæc Ciceroniana putari referat. Sed ita perit structura, et opus est saltem *duro* legere, cum Gesnero; ingrata mutationis necessitate, nec multum proficiente struendi lenitate, si jungas hoc modo: « carpant in his... et » *in illo* (hoc enim subaudiendum erit) « non mi- « nus duro. » Et fuerit tum eodem ausu reponendum *archipirata*, ut fiat masculinum *duro*. Præterea si maxime reprehenditur hæc Ciceronis clausula, non protinus *dura* appellabitur, quum potius justo sit mollior. Malim igitur redire ad Rollini illam confessionem, qui se hæc in Cicerone invenisse negat, quamquam ipse demonstrans eumdem, quem cupide arripiunt, locum. Interim typis, ut factum ante Burm., distinxi etiam ea quæ præmittuntur *archipiratæ*. Ratio autem in tam simili compositione laudandi Demosthenis, culpandi Ciceronis ostenditur esse talis, ut quæ apud Græcum antecedant clausulam (ea enim sunt *priora*) severius sint structa, quam quæ apud Romanum. *Severitas*, quæ hic expenditur, compositionis, pos-

sumant[1] cum clausula[2] qualibet[3]; sit tamen[4] composita ipsa[5]; gratiam perdet[6], si ad eam rupta via ve-

sit in genere accipi *diligentia*, ἀκρίβεια, qua regulis obtemperatur, sed congruit sane magis intelligere castam aliquam et a *puerilibus crepitaculis* (§. 66) abhorrentem structuram verborum. Ea maxime appareret vocibus apud Demosthenem præmissis clausulæ, quæ aut creticis decurrunt, aut spondeis, quum Cicero plures breves syllabas continuet. Sic et mox (§. 65) mollitiæ haud obscure incusat hanc clausulam, sed ab alia causa. Est quidem error aliquis Quintiliani in citando loco Cœlianæ, ubi in nostris Ciceronis libris legimus *facta erat* pro *cœperat esse*, sanctiore haud dubie compositione. Sed eo non adducor, ut in Verrinarum exemplo tantopere lapsam arbitrer rhetoris nostri memoriam. Judicium hoc de numeris Ciceronianis in loco nostro memorat Erasmus de pronunciatione, p. Haverc. 110, sed nihil ad enarrandum profert. De *archipirata* vide et Diomed., p. Putsch. 465. Ubi Brutus improbaverit locum Demosthenem e Philippicis, nunc quidem ignoramus. Integra hæc constitutio loci nostri ut ad sententiam ferri sane potest (neque enim singula verba præstiterim), ita illud habet incommodi, quod *initiorum*, quæ proximam clausulis diligentiam postulabant, statim omittitur mentio, relapsa ad clausulas oratione, unde mox transit ad *media* (§. 66). Qui ergo intercidisse hic aliqua suspicetur, ei non equidem repugnabo. Nam si forte locum priorem Demosthenis initii non clausulæ gratia positum statuas, reliqua exempla ita ad clausulas spectant omnia, ut illam rationem interpretandi plane excludant. Eam tamen expressit Gedoynus, multum sibi licere ratus in tota hac ῥήσει. — *Ita*. De meo addidi.

1. *Serviunt, ut exordium sumant.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp. Jens. (tac. Gesn.) *s. exord. s.*, cum Vall. Alm. Voss. (nisi quod ex his *sumunt*, perperam profecto) et edd. ante Ald. Reliqui *s. sed novum e. sumunt*, e conjectura Regii. *Ut* nos inseruimus.

2. *Clausula.* Turic. Flor. Guelf. Camp. Jenson. (tac. Gesn.) *ea*, cum Gothan. Voss. 2, et edd. ante Bad. Reliqui *illa*. Sæpissime *causa* abit in *ea*, nos inde extudimus *clausula*. Saltem ferri nequit structura recepta, in qua vox hæc intelligitur modo, singulari numero, ex eo quod longius præcessit *clausulis*. — Nostri omnes *cum ea*. Ed.

3. *Qualibet;* sic Goth., si modo neque Gesnerus, neque ego erravimus. Reliqui *quamlibet*. — Nostri *qualibet*, except. RR. 8, 12, qui *quamlibet*. Ed.

4. *Tamen*. Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp. Jens. (tacente Gesn.) *enim*, cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. Reliqui omittunt. Nos mutavimus. — Nostri omnes *enim*. Ed.

5. *Ipsa;* sic Turic. Flor. Ambr. 1, Camp. Jens. (tac. Gesn.) cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. Reliqui *ipsam*. Sed et mox *gratia* Turic. (a pr. manu) Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2.—R. 7, *ipsa gratiam*. R. 10, *ipsa gratia*. R. 8, *ipsam gratia*. Vall. lib. RR. 9, 12, *ipsam gratiam*. Ed.

6. *Perdet;* sic Turic. Flor. Ambr.

nerimus[1]: quo fit[2], ut quum Demosthenis[3] severa videatur compositio, πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις· et illa, quæ ab uno, quod sciam, Bruto minus probatur, cæteris placet, κἂν μήπω βάλλῃ, μηδὲ
64 τοξεύῃ[4]· Ciceronem carpant in his, *Familiaris cœperat esse balneatori*, et, *non nimium*[5] *dura archipiratæ;* nam *balneatori* et *archipiratæ* idem finis est, qui πᾶσι καὶ
65 πάσαις, et qui μηδὲ τοξεύῃ· sed priora[6] sunt severiora[7]: est

1, Guelf. Jenson. (tac. Gesn.) Loc. Rusc. *Perdent*, Camp. cum Gothan. Voss. 2, Tarv. Ven. Reliqui *perdat* e Regii conjectura.—Plerique nostri *perdent*. Ed.

1. *Venerimus;* sic Ambr. 1. *Veniremus*, Turic. (a pr. manu) Flor. Ille a sec., *veniemus*, et sic Guelf. Camp. Jens. (tac. Gesn.) cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Bad. Reliqui *veniamus*. — Nostri *veniemus*. Ed.

2. *Quo fit, ut quum*. Turicensis, Ambr. 1, *namquo cum fit ut*. Flor., *nam cum quo sit ut*. Ille a secunda manu *namque cum f. u.* Hic *namque cum q. s. u.* Gothan. Voss. 2, Vall., *namque cur sicut*. Guelferb., *namque cum sit vel*. Bad. pr. Capper., *namque cur fit ut cum*. Reliqui *namque cum fit ut*. Apud Rufinum rhetorem (Capper. ed. p. 348) citante Burm. legitur *nam eo fit ut*. Nos expunximus *nam*, reliqua transposuimus.

3. *Demosthenis... videatur*. Turic. (nisi quod *demonsthemus*) Ambr. 1, *d. vera videatur*, cum Bad. pr. Ille a sec. manu *demostheni vera videtur*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Vall. et edd. ante Ald., nisi quod hi omnes *Demosthenis;* et Venet. Rusc. etiam *severa*. Ald., *videatur Demosthenis severa*. Reliqui *videtur severa Demosthenis*, exc. Capper. qui *videatur*.—Nostri omnes *Demosthenis vera*. Sed alii habent *videtur*, alii *videatur*. Ed.

4. Τοξεύῃ· *Ciceronem;* sic libri ante Ald. omnes acc. Bad. pr. Reliqui inserunt ex Regii conjectura *non desunt qui*, et quidem Ald. Bad., *nec*. Capper., *desint*. In Goth. nihil de his omissis notatum, sed spondet Voss. 2.

5. *Nimium;* sic Ambr. 1. Reliqui *minus*. An forte alius hoc orationis, quam promittit quasi Verr. V, 30 extr.? Saltem loci nostri sententia qualis esse potuerit, facilis est conjectura, si præcesserit *conditio, sors*, vel tale quid. *Neque* enim *nimium dura* conditio erat suppositicii illius apud Centuripinos *archipiratæ* Verr. V, 27 extr. — Nostri *minus*. Ed.

6. *Priora;* sic Ambr. 1, cum Gothan. Voss. 2, Vall. Alm. (vide §§. 59, 68) et edd. ante Stoer. acc. Roll. Capper. Sed Turic., *propiora*, cum Camp. Flor. Bodl. nisi quod hi *propr*. Reliqui *propria*. — Eadem nostri. Ed.

7. *Severiora*. Turic. Flor. Guelf., *sed veriora*, cum Almel. Vall. *Ideo veriora*, Camp. Goth. Voss. 2. Conjicit Rollin. *in eo severiora*. Reliqui *ideo severiora*. Nostrum ipsum Ambros. 1. Græca corrupta quidem

in eo quoque nonnihil, quod hic singulis verbis bini pedes continentur, quod etiam in carminibus est permolle[1]; nec solum ubi quinæ syllabæ nectuntur, ut in his[2], *Fortissima*[3] *Tyndaridarum;* sed etiam ubi quaternæ[4], quum versus cluditur *Apennino*, et *armamentis*, et *Orione*[5]. Quare hoc quoque[6] vitandum est, ne 66
plurium[7] syllabarum his verbis[8] utamur in fine: mediis quoque non ea modo[9] cura sit, ut inter se cohæreant, sed ne pigra, ne longa sint; ne, quod nunc[10] maxime

quam maxime in MSS. sed unde facile eruatur recepta.

1. *Permolle.* RR. 7, 10, Camp. Andr., *præmolle.* Ed.

2. *Ut in his.* Hæc voci *quinæ* statim subjiciuntur in Turic. Florent. Ambr. 1, Guelf. Camp. Nec commendatione caret ista ratio, quum intelligi possint Ciceroniana exempla, quorum mentio pæne necessaria, nec durum valde existimo, si clausula Horatiana *δευτέρως* ita continuetur, quamquam facile etiam erat *ut* aspergere post *nectuntur.*

3. *Fortissima.* Turic. Flor. Ambr. 1; Guelf. Jens. (tac. Gesn.) *fortissime*, cum Tarv. Venet. Quid si male memor Quint. ipse, quum genitivum videret masculinum, vocativum potius masculini quam feminini nominativum loco tribuit? Vide not. Bentl. ad Horat. — *Fortissima Tyndaridarum.* Hor. Serm. I, 1, 100. *Apennino.* Pers. Sat. I, 95. Ovid. Met. II, 226. *Armamentis.* Ov. Met. XI, 456. *Orione.* Æn. III, 517. Lucan. I, 665; IX, 836. Ultimum nomen maluit contra etiam quam ipsi poetæ fecerant sexto casu finire, quo elegantius intraret orationis suæ structuram. Vide I, 5, 60, (nostræ ed. pag. 142, not. 1 extr.)

4. *Ubi quaternæ.* Turic. Florent. Ambr. 1, Guelf. Camp. *ubi* omittunt cum Gothan. Voss. 2, et edd. ante Bad. qui nec monet lectorem. Non puto salva elegantia abesse.— Nostri quoque *ubi* non habent. Ed.

5. *Orione;* sic Camp. cum Jens. et edd. ante Bad. *Oreione*, Turic. Ambr. 1, Guelf. *Oreiona*, Florent. Reliqui *Oriona.*—Eadem nostri. Ed.

6. *Hoc quoque.* Turic. Florentin. Ambr. 1, Guelf. Camp., *hic q.*, cum Gothano Voss. 2, et edd. ante Gryphium, excepto Bad. utr. — Nostri *hic quoque.* Ed.

7. *Plurium.* Turic. Flor. Camp., *plurimum*, cum Jens. Ven.— Nostri *plurium.* Ed.

8. *His verbis;* sic Turic. Florent. Ambr. 1, Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Alm. et edd. ante Aldum acc. Bad. pr. Reliqui, Regio jubente, omittunt *his.*—*His verbis.* « *His*, « id est, hujusmodi. » Badius. Vide §. 76.

9. *Modo... pigra, ne.* Turicens. Flor. (hic a pr. manu) Guelf. Camp. omittunt cum Alm. — Sic quoque RR. 7, 10. Ed.

10. *Maxime;* sic Turic. Flor. cum Goth. Voss. 2. Reliqui *maximum.* — Eadem nostri. Ed.

vitium est, brevium contextu resultent, ac sonum red-
67 dant pæne puerilium crepitaculorum[1]. Nam ut initia clausulæque plurimum momenti habent, quoties[2] incipit sensus, aut desinit; sic in mediis quoque sunt quidam conatus, qui[3] leviter insistunt[4], ut currentium pes, etiamsi non moratur, tamen vestigium facit: itaque non modo membra atque incisa bene incipere atque cludi[5] decet, sed etiam in iis, quæ non dubie contexta sunt, nec respiratione utuntur, illi[6] vel occulti
68 gradus. Quis enim dubitet, unum sensum in hoc[7] et unum spiritum esse, *Animadverti*[8], *judices, omnem accusatoris*[9] *orationem in duas divisam esse partes?* ta-

1. *Crepitaculorum.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) Guelf., *crepitaculo.* Vide V, 10, 91.

2. *Quoties.* Miror neminem hæsisse. Ubi igitur sunt *initia clausulæque*, in quibus *non* incipiat, aut desinat sensus? Malim *quatenus.*

3. *Qui.* Turic. (a pr. manu) *que* enclitice. Ambr. 1, *iique*, nec male.

4. *Insistunt;* sic Turic. Florent. Guelf. Camp. Jens. (tac. Gesn.) cum Goth. Voss. 2, Badl. Alm. et editt. ante Ald. acc. Obr. Reliqui *intersistunt*, jubente Regio. Vide §. 18. Continuo *ut* omittunt Turic. Flor. Guelf. Camp. proque eo *con* sequenti verbo junctum Goth. (err. Gesn.) Voss. 2. — Nostri *insistunt.* Iidem omittunt *ut.* R. 9 habet *concurrentium.* Ed.

5. *Cludi.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp., *includi*, cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. acc. Bas. Correxit Regius. — Nostri *includi.* Ed. — *Atque cludi.* Quid si *apte* (vel *apteque*) *e.* ut evitetur recurrens *atque?* Affertur e Voss. 2 *alte* pro nostro.

6. *Illi vel occulti gradus.* Turic., *illi* (a sec. manu *illis*) *v. occulta g.* Flor., *il* (a sec. manu *illis*) *v. occulta g.* Guelf. Camp., *illius v. occulta g.* Mirum femininum, nec potest reponi *nisi occulta*, quia tunc destituuntur *gradus.* Suspicor fuisse *illi sunt occulti gradus.* Spectant ii ad « leviter insistentes clausulas, « quæ tamen vestigium faciunt. » Hæc ipsa verba (nisi quod *velut*) Voss. 2, Goth. Vall. reponunt §. 68 inter *num. habent* et *sicut;* nostro autem loco exhibent *spiritum sustinemus.* Quos sequuntur Gesn. Bip. — Nostri omnes *spiritum sustinemus*, exc. RR. 7, 10, qui *illius vel occulta gradus.* Ed.

7. *In hoc et unum spiritum;* sic Ambr. 1, Turic. Flor., *ins' et unus spiritum.* Ille a sec. manu omittit compendium *ins'.* Reliqui *et unius spiritus.* Ex Almel. affertur *sed et unius spiritus* (vide §§. 64, 72).

8. *Animadverti, judices.* Principium orationis pro Cluentio.

9. *Accusatoris.* Turic. Flor., *accusationem*, cum Almel. Illorum

men et duo prima verba, et tria[1] proxima, et deinceps duo rursus, ac tria, suos quasi numeros habent, spiritum sustinentes[2], sicut apud *rhythmicos* æstimantur. Hæ 69
particulæ, prout sunt *graves, acres, lentæ, celeres, remissæ, exsultantes;* proinde id, quod ex illis conficitur, aut *severum,* aut *luxuriosum,* aut *quadratum,* aut *solutum* erit. Quædam etiam clausulæ sunt claudæ atque 70
pendentes, si relinquantur: sed sequentibus suscipi ac sustineri solent; eoque facto, vitium, quod erat in[3] fine, continuatio emendat: *Non vult*[4] *populus romanus*[5] *obsoletis criminibus accusari Verrem:* durum, si desinas; sed quum est continuatum iis, quæ sequuntur, quamquam natura ipsa divisa sint, *Nova postulat, inaudita desiderat,* salvus est cursus. *Ut adeas*[6], *tantum dabis,* 71

uterque a sec. manu *accusationum.*

1. *Tria.* Flor. (a pr. manu) Ambros. 1, *tris.*

2. *Sustinentes, sicut... æstimantur.* Turic. Florent., *sustinemus sic apud rihtmis æ.;* a sec. manu uterque *rihtmos,* et sic Guelf. Gothan. (tac. Gesn.) Voss. 2 (quamquam hi a *sic* modo inde), Camp. *Sustinemus sicaputrimas,* Ambros. 1. Ex hisce eruo *habent, et spiritum sustinebimus, si caput rhythmis æstimatur.* Opus esse futuro videtur in verbo, ut *si* habeat quo referatur, neque *et* copula carere potest oratio. *Caput* autem brevissimum aliquod erit incisum, quod hic non quidem sensu, sed rhythmis æstimatur. Vide §. 73, « primum... *caput* cludit. » Ita, Burmannus monet, *capita* legum breviores etiam portiones dictas, de qua significatione agunt lexica. Diremptio nostra, qua interpungitur τελεία στιγμῇ post æst. et novus sensus incipit *Hæ... prout,* cum apodosi *proinde,* est a Gesnero, cui præiverat saniora suadens in ordinanda oratione Rollinus. Antehos omnia turbata, ut nemo quidquam proficeret, aut se extricaret. — Nostri hic ponunt *illi velut occulti gradus,* exc. RR. 7, 10, qui rursus scribunt *spiritum sustinemus.* Vide sup. §. 67, not. 6 extr. Ed.

3. *Quod erat in fine.* Id est, quod fuisset in iis si desinerent. Pro *eoque facto* an forte *eoque pacto?* Quamquam locutio ista, Ciceroni frequentata, non memini ubi a Nostro usurpetur.

4. *Non vult.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp., *nondum,* cum Almel. et Jens. Tarv. *Nollet,* Goth. Voss. 2, et Vall. sed hic repositum. — Nostri *nollet,* exc. RR. 7, 10, qui *nondum.* Vide Verr. V, 44. Ed.

5. *Populus romanus;* sic Turic. cum Alm. in altera voce. Reliqui per compendium *P. R.*

6. *Ut adeas.* Cic. Verr. V, 45. Ed.

male cluderet; nam et trimetri versus pars ultima est; excipit, *ut cibum*[1] *vestitumque introferre liceat, tantum;* præceps adhuc, firmatur ac sustinetur ultimo[2], *nemo*
72 *recusabat*[3]. Versum[4] in oratione fieri, multo fœdissimum[5] est, totum; sed[6] etiam in parte, deforme; utique[7] si pars posterior in clausula deprehendatur, aut rursus[8] prior in ingressu: nam quod est[9] contra, sæpe etiam decet, quia et cludit[10] interim optime prima pars versus, dum intra paucas syllabas, præcipue senarii at-
73 que octonarii: *In Africa fuisse*, initium senarii est[11], et primum pro Quint. Ligario caput cludit: *Esse videa-*

1. *Ut cibum.* Turic. Flor. Guelf., *divum.*

2. *Ultimo.* Hoc dedi ex conjectura, quum libri omnes *ultima.* Vocem omittunt Goth. Voss. 2.

3. *Nemo recusabat;* sic Camp. Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 2, et Cic. *Ore cusabat,* Turic. *Ore accusabat,* Flor. (Ex hac ratione repeto *o* litteram, quam pro *a* reddo voci proximæ). Uterque a sec. manu *recusabat* solum, et sic Guelf. cum Alm. Reliqui *recusabat nemo*, numeris minus aptis.

4. *Versum.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *Verrem,* cum Alm. Voss. 2, Goth. Omittunt vocem Jens. (err. Gesn.) Tarv. Sed perhibetur nostrum dare Vall. Vide VI, 2, 52. — Nostri *Verrem*, exc. Vall. lib. a sec. manu, qui *versum.—Versum... fieri.* Vide §. 52.

5. *Fœdissimum.* Turic. Florent. Camp., *fidissimum*, cum Jens. Tarv. Vide VI, 3, 32.

6. *Sed;* sic Florent. (a pr. manu) cum Jenson. et edd. posterr. ante Bad. *Sunt,* Turicens. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Reliqui *sicut* e Vall. Regius malebat *est.* — Nostri omnes *sunt.* Ed.

7. *Utique.* Turic. Flor., *utque.*

8. *Rursus.* Turic. Flor. Guelferb. Camp., *visus*, cum Gothan. *Versus,* Jens. cum edd. ante Ald. Correxit Regius. Nostrum affertur ex Alm. (vide §§. 68, 76).

9. *Quod est.* Turic. Flor. Guelf. Camp. Jens. (tac. Gesn.) *quidem,* cum Goth. Vall. Voss. 2, et editt. ante Ald. Correxit Regius, nimis ille gravatus structuram. Facilius erat transponere *contra quidem.*

10. *Et cludit interim.* Turic. Flor. Camp., *et c. et i.*, cum Jens. et edd. ante Bad. Guelf., *c. et i.*, cum Gothan. Prius omittere et Voss. 2 dicitur. *Claudit* et hic et mox in plerisque Codd. multis etiam iisque vetustissimis edd. Vide 75.— *Quia et cludit.* Ad *et* hoc refer quod satis quidem longe sequitur « *et* ultima » §. 74. Fortasse præstabat uncis parentheticis eximere reliquis ista *dum intra... pœne principium.*

11. *Est et primum.* E conjectura Burmanni inseruimus *et*, contra omnes quidem libros.

tur[1], jam[2] nimis frequens, octonarium inchoat: [3]talia sunt Demosthenis, πᾶσι καὶ πάσαις· καὶ πᾶσιν ὑμῖν· ὅσην εὔνοιαν[4],

1. *Videatur.* Burm. Gesn. Bip. mira erroris communione *videtur.* —*Esse videatur.* Notissima et valde frequentata Ciceroni clausula. Vide X, 2, 18; item nos in nota ad VI, proœm. 3 (pag. 383 hujusce editionis). Designat Burmannus peculiarem hanc Ciceroni compositionem testatum Probum Putsch., p. 1491; item Manutium de eadem disputantem ad Epp. fam. I, 8. Hic tamen animadvertendum est a Qu. *octonarium* usurpari de tetrametro trochaico, cujusmodi versum Cicero Tuscul. disp. I, 44, *septenarium* vocat; Gellius II, 29, *quadratum*, monente Hermanno de metris, p. 119. Simili ratione Aristoteles Rhet. III, 8, 4; Poet. V, 15, p. Buhl. 204, τετράμετρα nullo adjecto trochæos vult intelligi. Diversus ab hoc usus fuit Varronis, teste Diomede, pag. 514, *octonarium* dicentis « quum « duo iambi pedes iambico metro « præponuntur. » In nostro quidem exemplo, quod ex ipso communi sermone petitum est, alium fieri ictum, quam ut acuatur prior vocis *esse* syllaba, nemo metrorum peritior sibi persuaderi sinet, unde efficitur tetrametri trochaici cæsura penthemimeres, *Esse* | *videa* | *tur* |. In altero cæsura est hephthemimeres iambica, *In A* | *frica* | *fuis* | *se*. De senario trochaico alia res est §. 140. Vide Atilium Fortunatianum, ubi agit de scazonte (p. Putsch. 2674). Is enim est tetrameter trochaicus, cujus septima sedes pro trochæo habet spondeum, sed et sexta interdum. Apparet quaternarium metrorum numerum et octonarium pedum vulgo conjungi cum trochaico metro, non iambico. Vide §. 140.

2. *Jam.* Goth. (tac. Gesn.) *nunc* (modo recte notarim), cum Obr. Gesn. Bip. Reliqui *nam*. Nostrum e conjectura Burm., frustra reclamante Capper. qui meliorem diremptionem, ab Obr. profectam, suis monitis Rollino perscriptis vindicat.— Nostri omnes *nam*. Ed.

3. *Talia.* Turic. Flor. Guelferb. Camp., *alia*, cum Gothan. Voss. 2. Fortasse nec multum refert, quum *alia* hic possint intelligi *ejusmodi*. In utraque tamen ratione videtur deesse *et*, quod cum *al.* ponam ante hoc ipsum, cum *tal.* post *sunt*. — Nostri omnes *alia sunt*. Ed.

4. Ὅσην εὔνοιαν. Hæc absunt a Flor. Guelf. Camp. Loc. Rusc. Goth. E Turic. quidem nihil varietatis notatur, nec quidquam ipse monui de Ambr. 1, quem, nisi negligentior fui, lacuna aliqua hic laborare suspicer, pertinente fere a §. 71, ad 91. Male sane transponuntur hæc græca, quorum postremum antecedit secundo apud Dem. Neque alienum sit hunc errorem corrigere, qui vix potuerit esse ipsius Quintil. Capper. tamen temerarius hæc ponens in textu: πρ. κ. πρ. ὅσην εὔνοιαν... πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν. Nostra verba si posuit Quint., putandus est in iis quoque ipsis aliquod caput orationis agnovisse, qualia brevissima habuimus §. 68, in principio Cluentianæ; nec potuit ita, nisi per memoriæ lapsum, quum ἴσχυε, quod sequitur continuo regens illum accusativum εὔνοιαν, sejungi ab hisce plane nequeat. Quare pronior sum in eam rationem, qua omittuntur ὅσην εὔνοιαν. Neque altero exemplo

74 et totum pæne principium [1]. Et ultima versuum initio conveniunt orationis, *Etsi vereor* [2], *judices;* et, *Animadverti, judices;* sed initia initiis [3] non conveniunt: T. Livius hexametri exordio cœpit, *Facturusne operæ pretium sim;* nam ita edidit, estque melius [4], quam quo modo
75 emendatur: nec clausulæ clausulis; ut Cicero, *Quo* [5] *me vertam, nescio,* qui trimetri finis est: trimetrum [6] et promiscuo [7] dicere liceat; sex enim pedes, tres percus-

numeri iambici indigebamus; est enim hic in καὶ πᾶσιν ὑμῖν, trochaicus in πᾶσι καὶ πάσαις.

1. *Principium* orationis pro Ctesiphonte. Vide §. 63; sed et not. superiorem.

2. *Etsi vereor.* Initium Orat. pro Milone. *Animadverti.* Principium Orat. pro Cluentio. Ed.

3. *Initia initiis.* Id est, *initia* versuum *non conveniunt initiis* periodorum. Ed.

4. *Estque melius... emendatur.* Satis compertum est nobis, quomodo emendaverint locum Livianum veteres ipsi, quum MSS. plerique, teste Drakenb., dent ejus talem constitutionem, qua vitatur initium heroi versus, *Facturusne sim operæ pretium.* Etiam minus bene sic procedere, quam ut nunc legimus, Quint. maxime monstrante, *Facturusne operæ pretium sim*, facile sentitur, quamquam difficilius docetur. —Vid. Liv., tom. I, p. 1, Ed. nost. Ed.

5. *Quo me vertam, nescio.* Pro Ligar. cap. 1; sed et pro Cluent. 1, ut recte monet commentator Venetus. Paulo aliter Verr. III, 71, *Quo me igitur vertam.*

6. *Trimetrum... percussiones habent.* Vide not. seq. Similem denominationis explicationem recte Pithœus designat apud Horatium ad Pison. 252, 253. Vide et Bentleii Schediasma.

7. *Promiscuo;* sic Flor. (a sec. manu) Capper. cum margg. Vascos. Steph. Basil. Gryph. (1545). *Pro misceo,* Turic. Flor. Guelf. Reliqui *pro misero.* Plerumque verba hæc *Pro misero dicere liceat* accipiuntur pro novo desinentis in trimetrum periodi exemplo. Quam rationem qui tenent, debebant ii locum demonstrare auctoris, et quidem Ciceronis, ubi hæc ipsa legerentur. Sed ne Gesnerus quidem, qui solus in Ligarianæ c. 1, hæc reperire sibi videtur, quidquam egit: nam per totam illam orationem frustra quæsieris. Deinde nullus contingit modus jungendi hæc cum istis *Trimetrum* et mox *Sex enim... habent.* Id qui vidit, Gesnerus uncis criticis coercuit eas, quas posui, voces, ratus glossam esse, « quam ascripserit aliquis eo tempore, quo docendi erant talia lectores Fabii. » Qui si levi, quod aiunt, brachio rem egit, reliqui ne attenderunt quidem. Capper. recte monet usum promiscuum *trimetri* (vocabuli) pro altero *senarii* (ut §§. 73, 74) excusari a Fabio et defendi ratione denominandi a percussionibus (§. 51) id est, dipodiis, vel metris. Sed restat scrupulus. *Promiscuo* nusquam

siones habent: pejus cludit[1] finis hexametri; ut [2]Brutus in epistolis, *Neque illi*[3] *malunt habere tutores, aut defensores, quamquam sciunt*[4] *placuisse Catoni.* Illi minus[5] sunt notabiles, quia hoc genus[6] sermoni proxi- 76

in scriptoribus objicitur, semper *promiscue.* Sed et *promisce* (vide Drakenb. ad Liv. III, 47, 7). An tentaveris *promisce hoc?* Præterea *et* post *trim.* alienissimum est. Pro eo quidem reponam *enim* (confusa hæc vide apud Drakenb. ad Liv. XXXIV, 50, 7), nihil moratus quod protinus sequitur *sex enim* (vide VI, 5, 4). Talia negligenter solent efferri, quo citius defungamur (vide VI, 3, 52). Denique scribam, *Trimetrum enim in promiscuo*, nec quidquam loco aut deesse, aut superesse putem. Gesneri rationem eo quoque laborare existimo, quod in ea alterum illud exemplum extra ordinem et structuram subjicitur. Etiam supervacuum erat, iambicarum clausularum exempla cumulare, quum ex una Ligariana illa vel plurima passim occurrant.

1. *Cludit;* sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *claudit.* Vide 72. — Nostri *cludit,* exc. R. 13, qui *claudit.* Ed.

2. *Brutus.* Vide IX, 3, 58. Nam et hoc inter fragmenta.

3. *Neque illi;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Reliqui inserunt *enim.* — Omittunt nostri. Ed.

4. *Quamquam sciunt.* Turicens. Flor. Guelf. Camp., *quam constituunt,* cum Goth. Voss. 2. Ex Almel. nonnisi *constituunt* affertur pro *sciunt* (vide §§. 72, 78). In marg. Basil. pro *sciunt* est *constiterat.* Valde impedita dijudicatio; neque enim aliunde ostenditur hoc fragmentum. Clausula quidem hexametri manifestior in MSS. ratione, quum *sciunt* legendo dirimatur ab insequenti *placuisse*, eoque modo non exeat justa illa clausula, quæ tribus minimum pedibus absolvitur, paucioribus non item. Vide tamen §. 102. In hac vetere scriptura habes quatuor pedes. Sententia sane valde obscura in eadem. An eo tendit: « non tam illi exigunt tutores, « aut defensores, quam asseverant « rem ita Catoni placuisse? » *non malunt habere quam constituunt,* id est, malunt constituere (id est, asseverare, pro imperio affirmare) quam habere. Sentio parum auctoritatis ab exemplis habere hanc aliquot vocabulorum interpretationem. Si forte nostra verba, ingeniose sane, ab erudito quodam sunt correcta, mirum ne a Campano quidem factum, sed primum in Jens. quamquam de Andreana nihil innotuit. De Ambr. 1, vide ad §. 73. — Nostri *quam constituunt placuisse Catoni.* Hæc omittit R. 10. Ed.

5. *Illi minus;* sic Florent. Guelf. cum Ald. Basil. Sed Turic., *illi n imis;* a sec. manu, ut et Flor., *illi nimis,* et sic Camp. Goth. Jenson. (err. et tac. Gesn.) cum Voss. 2, et edd. ante Ald. Reliqui *Illic minus,* quorum nemo quæsivit quo referrentur *notabiles,* masculino, vel feminino genere. Prius est a Regio. — *Illi notabiles.* Pronomen, quamquam duriuscule, refertur ad *pedes* §. 75, nempe senarii, vel trimetri.

6. *Hoc genus* item est iambicum

mum est: itaque et versus hi fere[1] excidunt[2], quos Brutus ipso componendi ductus[3] studio sæpissime facit, non raro Asinius, sed etiam Cicero nonnumquam, [4]ut in principio statim orationis[5] in Lucium Pisonem, *Pro*
77 *dii immortales, quis hic*[6] *illuxit dies?* Non minore au-

metrum, quod *sermoni proximum* certatim agnoscunt veteres, velut Cic. de Orat. III, 47; Orat. 56, 57; Aristot. Poet. cap. 5, p. Buhl. 204; Rhet. III, 8, 4, ubi post Vincentium Madium (in Annott. ad Poet. Arist.) Tyrwhittus rectissime monet legendum τῶν... ῥυθμῶν ὁ μὲν ἥρῳος σεμνὸς καὶ λεκτικῆς ἁρμονίας δεόμενος. Perperam vulgo ab interpretibus *hoc genus* accipitur epistolare, ubi versus integri et clausulæ hexametri minus notentur. Id autem contra est. — *Sermoni.* Turicens. Flor., *sermones.* Ille a sec. manu *sermonis*, et sic Guelf. cum Goth. Jens. et edd. posterr. ante Ald. *Sermonum*, Camp. Correxit Regius, sed Commentator Venetus in nota nostrum interpretatur. — Nostri *sermonis*, except. Vall. lib. a sec. manu, qui dat *sermoni.* Ed.

1. *Hi fere.* Turic. Flor., *hic fere.* Ille a sec. manu *hic fere*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Alm. et edd. ante Ald. acc. Bad. pr. — *Hi.* Id est, hujusmodi. Vide §. 66. Ad *versus* autem intellige *integri.*

2. *Excidunt... Cicero.* Daniel ab Hoven (Prolusio Campis 1758, 4.) malit legi: « *exciderunt*... non raro « *Asinio*, s. e. *Ciceroni.* »

3. *Ductus.* Turic. Flor., *duris*, cum Almel. Illi a sec. manu *durus*, cum Goth. Voss. 2, probante Liebio. Sed fortasse Flor. sec. manus *durius*, et ita conjecit Burm. Rectissime ille. — RR. 10, 11, 12, *ductus.* Cæteri *durius.* Ed.

4. *Ut.* Turic. Guelf. Camp. omittunt. Flor. transponit post *principio.* — Omittunt quoque *ut* RR. 7, 10, 11, 12. Ed.

5. *Orationis in Lucium Pisonem.* Mutilum ad nos venisse hoc ipsum principium, nemo ignorat. Hæc quidem verba prima esse orationis satis ostendit Diomedes grammaticus, p. Putsch. 464. Ait enim *a trimetro cœpisse* in L. Pisonem Tullium. Vide not. seq.

6. *Quis hic dies?* Turic. Guelf., *qui hic*, omisso *dies*, cum Almel. Sed Flor., *qui*, omissis duobus reliquis, verum a sec. manu repositis, et sic Guelf. Camp. cum Gothan. Voss. 2, et edd. ante Ald. Demonstrat Burm. fragmm. editores *qui* dantes, Diomedem *quis.* Opus est integro trimetro, sicut apparet opposito mox exemplo, quod ἴαμβος modo dicitur, quum habeat quinque senarii pedes. Talis ut exeat, legendum fortasse: *Pro dii immortales qui hic nunc illuxit dies.* Supervacuum sane *nunc.* Sed quod maxime blandiebatur, ut ipsa codd. scriptura servaretur, *qui* autem citra elisionem finiret iambum tertium, stare non potest, si veræ sunt, quas Bentleius ponit regulas elisionis vitandæ in metris iambicis et trochaicis. Vide Schediasma, p. 17, ed. Terent. Bentlei. Lipsiensis. Dicas tamen, Quint. non adeo dili-

tem cura vitandum est, quidquid ἔνρυθμον [1], quale est apud Sallustium [2], *Falso queritur de natura sua:* quamvis enim vincta [3] sit, tamen soluta [4] videri debet oratio; atqui Plato [5], diligentissimus compositionis, in Timæo,

gentem metricarum deliciarum judicem, in versu præsertim subitario, hoc potuisse minus curare et trimetrum agnoscere etiam cum hiatu illo. — Nostri omnes *qui hic.* Τὸ dies. omittunt RR. 7, 10, 11. Ed.

1. *Quidquid* ἔνρυθμον. Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tacente Gesn.) inserunt *est,* cum Voss. 2, et edd. ante Rusc. quo acc. Ald. Habes *est* ter hoc modo. Vide §. 62. Sic et mox *statim* bis. Vide 56.

2. *Apud Sallustium.* Initio belli Jugurthini. Quinque sunt trimetri pedes ultimi. Possit aliquis jungendo, id quod continuo infertur, *genus* integrum senarium efficere apud Sallustium. Sed ea calumnia fuerit, quum verba *genus humanum* reapse juncta sibi ipsa diremptaque paululum a reliquis, versum legenti plane obscurent. Ita ne in Livio quidem integrum hexametrum agnoscebat Noster §. 74, quamquam vulgo eruunt annumerantes etiam hæc: *s' a primordio.*

3. *Vincta;* sic Vall. lib. R. 12, Jens. ab emend. Ald. *Juncta;* sic RR. 8, 9, 11, Camp. Andr. et apud Burm. Voss. 3. *Victa,* R. 10, Jens. *Vita,* R. 7. Ed.

4. *Soluta.* Turic. Guelf., *si lota.*

5. *Plato... in Timæo.* Non adeo difficile est hosce modos eruere ex initio Timæi Platonici (Steph. ed. Vol. III, p. 17). Insunt omnes in primis statim verbis: Εἷς, δύο, τρεῖς· ὁ δὲ δὴ τέταρτος ἡμῖν, ὦ φίλε. Habes initium hexametri in choriambo usque ad τρεῖς, vel, si hoc non sufficit, ad δή. Anacreontion ab ὁ δὲ ad ἡμῖν, trimetrum a δύο ad φίλε, penthemimeres ab initio ad δή. Et postremum quidem quod sejunxerit ab initio hexametri, mirum potest videri. Sed suspicor designari illud versuum genus, quod Horatius subjungit hexametris Carm. IV, 7, *Arboribusque comæ.* Vide Scholia in Hephæstionem, p. 83. In Anacreontio novi equidem magnam esse finiendi varietatem et inconstantiam apud grammaticos; ad quorum Corpus Putschianum interim ablegabo lectorem, qui et Hephæstionem poterit consulere, hisque omnibus dantem jura Hermannum de metris II, 47, p. 343. Quod ipse prætuli, est tritissimum in nostris quidem Anacreonticis, et a rhetore Demetrio agnitum: φέρ' ὕδωρ, φέρ' οἶνον, ὦ παῖ. Vide §. 5, p. Schn. 4. Trimeter in secunda sede anapæstum facile tolerabit. *Cola* hic appellata existimo versus integros, qua ratione strophas grammatici appellant aut μονοκώλους, aut τετρακώλους, vel τρικώλους. « Hæc omnia » autem « in *tribus verbis* » fieri, proverbiali locutione dixit pro eo: *in paucissimis.* Hanc, quum dubitasset Gesnerus, ipse in Thesauro firmavit testibus iisdem quibus et Forcellinus, qui paulo copiosior, et succurrit maxime locus D. Hieronymi, qui, citante in Adagiis Erasmo (III, 4, 84), in Dialogo Luciferani et Orthodoxi sic: « Tribus, *ut* « *aiunt,* verbis. » Loca Ciceroniana pro Cluent. cap. 18. Epp. fam. IX,

78 prima statim parte, vitare ista non potuit: nam et initium hexametri statim invenias, et Anacreontion[1] protinus colon efficias, et si velis trimetron, et quod duobus pedibus et parte, πενθημιμερὲς[2] a Græcis dicitur; et hæc omnia in tribus verbis; ut Thucydidis[3] ὑπὲρ ἥμισυ[4] Κᾶρες ἐφάνησαν, ex mollissimo[5] rhythmorum genere[6] excidat.

17, tria ipsa forte habent verba, ut possit proprie locutus videri. Sed sufficiunt Plautina et Terentiana. Sic Cic. Verr. I, 39 init. « Audistis « quæstoriam rationem *tribus* versi- « culis relatam. » Vide c. 14 init. « Primum *brevitatem* cognoscite. » Non opus igitur conjectura in Leid. proposita per se improbanda sive Pithœi, sive J. Fr. Gronovii (VI, 2, 11) *versibus* pro *verbis*.

1. *Anacreontion*. Flor. Guelferb. Camp., *Anacretion*. Alm., *Anacreticon* (nihil e Turic. vide §§. 76, 87). Goth., *Anacetion*. Voss. 2, *Anaccetion*. — Eadem nostri. Ed.

2. Πενθημιμερὲς. Multa hic turbata in ipsis Codd. quorum tamen plerique habent ρὲς in fine, pro quo ρὶς est in Flor. et edd. a Jens. ante Obr. omnibus. Rectam formam demonstrant lexica, quam h. l. Capper. tædii plenissima loquacitate inculcat. Notabilis est societas erroris in Goth. et Voss. 2, qui pro nostro dant ἥμισυ δίπους. Vide §. 56. — Vall. lib. a sec. m. R. 8, πενθυμεμερίς. Vall. lib. RR. 9, 12, ἥμισυ δύπους. Ed.

3. *Ut Thucydidis*. Turic. Flor. Guelf., *et T.*, cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Basil. exc. Camp. Ven. Ald. Solus quidem Camp., *Tuchides*, ut nominativum dare voluerit. —Nostri omnes *Thucydidis*. Ed.— *Thucydidis... excidat*. Locus est I, 8. Legendum autem censeo, *et* (vide not. init.) *Thucydidi* (dativum e conjectura expressit etiam Veneta) *istud ὑπὲρ... excidit*. Facile post conjunctivos *invenias*, *efficias* librarius aberrabat ad *excidat*. Refertur autem hoc exemplum Thucydideum ad prius illud Platonicum (§. 77) *Plato... vitare ista non potuit... et Thucydidi... excidit*. Postremam vocem Venetus quoque Commentator recte interpretatur de improvisa componendi ratione, quam parum caverit scriptor græcus. Est hoc ipsum Thucydideum profecto *ex mollissimo rhythmorum genere*, quum accedat proxime ad Galliamborum voluptarium languorem, post anapæsti brevem impetum prolabens in binos pæonas secundos, qui sunt instar ionicorum a minore. Gesnerus mirifice hallucinatur, reliqui tacent. Sententiam satis expressit Gedoynus.

4. Ὑπὲρ ἥμισυ. Guelf., περιμαισι. Camp., υπερι μαισι. Nostrum e Gothan. (qui omittit Κᾶρες, tac Gesn.) et Voss. 2 restituerunt Capper. et Gesnerus, seqq. Bipp. Reliqui εν ἐρύμασι, contra quam est in Thucydide.

5. *Ex mollissimo rhythmorum*. Turic. Guelf., *illis timor et morum*. Voss. 2, *illis trioremorum*. Gothan. Camp., *illis timor et* (hoc unum tac. Gesn.) *ex m*. Sed mox pro *rhythmorum* solus Gothan. *morum*. In Guelf. ultimum græcum εφανησανεμο. — Eadem nostri. Ed.

6. *Excidat*; sic MSS. et edd. om-

Sed quia orationem omnem[1] constare pedibus[2] dixi, 79
aliqua de his[3] quoque; quorum nomina quoniam[4] varia traduntur[5], constituendum est, quo quemque appellemus: et quidem[6] Ciceronem sequar (nam is eminentissimos[7] Græcorum est secutus), excepto quod[8] pes mihi[9] tris syllabas[10] non videtur excedere; quamquam

nes ante Ald. qui, e Regii conjectura, *excidant*, cum reliquis præter Gesn. Bip. — Nostri omnes *excidat*. Ed.

1. *Orationem omnem*. Turicens. Flor., *omni oratoriam*, cum Alm.; a sec. manu uterque *omnem oratoriam*, et sic Guelferb. Camp. Jens. (tac. Gesn.) cum Goth. Vall. Voss. 2, Tarv. Venet. *Orationem oratoriam*, Loc. et reliqui ante Basil. Hic *orationem jam*, cum posterr. ante Obr. acc. Roll. — *Orationem omnem... dixi*. Vide §. 52. Suspicor autem legendum, *compositionem oratoriam*, teste eadem §.

2. *Pedibus*. Turic. Flor. Guelf. omittunt cum Alm. Goth. Voss. 2, Jens. Tarv. Nostrum jam Camp. habet. An forte ex emendatione? — Τὸ *pedibus* omittunt quoque omnes nostri Codd. Ed.

3. *His;* sic Turic. Flor. Guelferb. Goth. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *iis*. — *Aliqua de his quoque*. Est ellipsis similis illi V, 12, 23; V, 14, 32; et mox 122. Vide et 19, 22.

4. *Quoniam*. Turic., *quod*. Flor., *quia;* a sec. manu *quæ*, et sic Goth. Voss. 2. *Quam*, Guelf. cum Vall. (a sec. quidem hic manu, ut videtur, *quæ*) et edd. ante Ald. exc. Camp. Venet. qui omittunt. Badius *quam* pro *perquam* dictum suspicatur. Nostrum dedit Regius de suo. — Eadem nostri. Ed.

5. *Varia traduntur;* sic Jenson. (tac. Gesn.) cum edd. posterr. ante Basil. exc. Venet. Sed Turic. inserit *est;* a sec. manu *essē*, et sic reliqui omnes. Nimis displicet h. l. *esse*. Mox post *constit*. Goth. omittit *est*.

6. *Et quidem*. Vide IV, 1, 43. Ciceronem sequitur maxime in Oratore, c. 64, 65.

7. *Is eminentissimos*. Turicens. Guelf. inserunt *emissos*, cum Gothano, Voss. 2. Compendium cum explanatiore scriptura conjunctum recte suspicatur Gesnerus. — Eadem nostri. Ed.

8. *Pes*. Turic. (a secunda manu) Guelf. Camp. Jens. (tac. Gesn.) *pedes*, cum edd. ante Burm.

9. *Mihi;* sic Turic. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Camp. cum edd. ante Burm. Reliqui omittunt. — Nostri omnes servant. Ed.

10. *Tris syllabas;* sic Turic. Flor. (nisi quod conjunctim) Vall. *Trisyllabus*, Flor. (a sec. manu). *Trisyllabos*, Turic. (ab ead.) Guelferb. Τρισύλλαϐος, Goth. (err. Gesn.). *Trisallabos*, Camp. *Trisyllabos*, Jens. (err. Gesn.) cum edd. ante Burm. quamquam aliquot perperam *triss.* (vide I, 5, 31). Reliqui *tres syllabas*. Vulgata, *pedes mihi trisyllabos non videtur excedere* poterat defendi sic, ut *videtur* esset pro *placet*. Vide V, 10, 5; item Drakenb. ad Liv. VI, 26, 2. Sed obscurior erat, unoquoque *videtur excedere* tracturo ad Ciceronem, non ad id quod

ille *pœone*[1] *dochmioque*[2], quorum prior in quatuor, secundus in quinque excurrit, utatur. Nec tamen ipse dissimulat quibusdam *numeros* videri, non *pedes;* neque immerito[3]; quidquid enim supra tris syllabas[4] id est ex pluribus[5] pedibus: ergo quum constent[6] quatuor pedes[7] binis, octo ternis; *spondeum* longis duabus; *pyrrhichium*, quem alii *pariambum*[8] vocant, brevibus; *iambum* brevi longaque; huic contrarium e longa et

statueret Quint. Et satis nostræ addicit vetustissima scriptura. Eadem *tris* scriptura §. 80 est, nam Turic. Flor., *trisyllabis*. Ille a sec. manu *trisyllabas*, et sic Guelf. Voss. 2, Camp. Jens. Tarv. nisi quod aliquot una *s*. Ab Aldo *treis s*. Ab Obr., *tres syllabas*.

1. *Pœone*. Secundam syllabam *a* faciunt Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth., ut et §. 89; iidem, aliisque locis, etsi nec omnes omnibus. Aristoteles et Dionysius habent *a*, Demetrius, et Hephæstio, et Cicero, ut nunc est, *o*. — Nostri habent alii *o*, alii *a*. Ed.

2. *Dochmioque;* sic Jens. Tarv. Capper. Bip. Satis superque hanc scripturam commendavit Ernestus et in Fabric. Bibl., et ad Cic. MSS. quidem et reliqui editi variæ corrumpunt vocabulum, plerique *dochimum* pedem grammaticis inauditum effingentes. Verum Ambr. 1, §. 97.

3. *Neque immerito;* sic Florent. Guelf. Camp. cum edd. ante Gryph. Reliqui *nec i*. Vide VI, 3, 109; item hic 89. — Nostri omnes *neque immerito*. Ed.

4. *Syllabas, id;* sic Turic. Flor. Guelferb. Camp. cum Alm. Goth. Voss. 2, et edd. ante Gryph. Reliqui inserunt *habet*, nullo auctore. — Omittunt nostri omnes. Ed.

5. *Id est, ex pluribus;* sic Turic. (a pr. quidem manu *idem ex p.*, cum Alm., ut videtur) Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Gryph. Reliqui *id ex pluribus est*. — Nostri omnes Codd. receptam habent. Ed.

6. *Constent*. Turic. Guelf. Camp., *constet*.

7. *Pedes*. Guelf. Camp., *pedibus*, cum Goth.

8. *Pariambum;* sic Turicensis, (quamquam *par iambum*) Florentinus, Steph. Capperonnerius. Reliqui *periambum* (et hoc in lexica venit), nisi quod Jenson. (tacente Gesnero) *periiambum*. Tarv., *persiambum*. Basil., *piriambum*. Mox §. 87 annotat Venetus *pœona* et *periambum* vocari, perperam ille et sine auctore. — Nostri omnes *periambum*. Ed. — *Pariambum*. Vide Schol. Hephæst., p. 11; Diomed., p. 460 (excerpto ex Quintil. loco), 471. Marius Victor., 2486, « Pyrrhichius.... appellatur.... par« iambus ideo, quod minus habeat « unum tempus ab iambo: παρὰ « enim Græci minus dicunt. » Alius eodem nomine pes Diomed., p. 475; item quem vide ad Nostr. lib. I, cap. 8, §. 6 (p. 202 et seqq. hujusce editionis, not. 4).

brevi, *choreum*[1], non[2] ut alii *trochæum*, nominemus. Ex his[3] vero, qui ternas syllabas habent, *dactylum* longa 81
duabusque brevibus; huic temporibus parem, sed retroactum[4], appellari constat *anapæston;* media inter longas brevis faciet *amphimacrum*; sed frequentius ejus nomen est *creticus;* longa inter breves, [5]*amphibrachys;* 82
duabus longis[6] brevem[7] sequentibus, *bacchius;* totidem longis brevem præcedentibus[8], *palimbacchius* [9] erit;

1. *Brevi, choreum.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) *breviorum,* cum Alm. *Brevi hunc,* Guelf. Camp. cum edd. ante Ald. exc. Tarv. qui *br. cum.* Bad. pr., *b. nos choreum.* Alter *b. hunc ch.,* cum edd. ante Gesn. Nobiscum faciunt Goth. Voss. 2, Ald.

2. *Non.* Guelf. Camp. Jens. (tac. Gesn.) *nos,* cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Obr. acc. Capper. Sed Burm. Gesn. Bip., *nos non.* — Nostri *nos,* exc. R. 11, qui *non.* Ed.

3. *His;* sic Turic. Flor. Guelferb. Camp. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Gryph. exc. Bad. Reliqui *iis.*

4. *Sed retroactum.* Turic. Flor. (hic a sec. manu) Guelf., *si r.*

5. *Amphibrachys.* Turic., *brachios;* a sec. manu *ambrachios,* et sic Flor. Guelf. Sed Goth. (tacente Gesn.) *ambrachys.* Camp., *amphibrachos.* — Eadem nostri. Ed.

6. *Amphibrachys; duabus longis.* Turic. Flor., *a. huic causis l.* Guelf., *a. huic d. l.* Goth. (err. Gesn.) *a. huic bis l.,* cum Voss. 2. *A. huic binis l.,* Camp. *A. huic contrarius l.,* Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Bad. exc. Ven. quæ *a. huic contrarius binis l.,* ubi annotatur ad *huic* deesse *contrarius,* nempe in MS.

7. *Brevem... totidem longis.* Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) omittunt cum Voss. 2, et edd. ante Bad. qui nostrum reposuit e Vall.

8. *Præcedentibus palimbacchius;* sic Turic. Flor. Camp. cum Goth. Voss. 2. *Baechius cui contrarius* inserunt Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Bad., annotante Veneto deesse (a MS.) *bacchius huic contrarius.* Reliqui *pr. huic contrarius p.*

9. *Erit.* Turic. Guelf., *erat,* cum Goth. Voss. 2. In omni hoc loco Alm. miras turbas dare narratur. Mihi quidem liquet a Quint. hæc fuisse: *longa inter breves amphibrachyn* (quamquam hoc ego non præstem vocabulum, quum minus addicant scripturæ; sed necesse erat ut sic scriberetur, neque enim pluralis *amphibrachoas, amphibrachos,* propior ille, ferri potest), *huic contrarium.* Ita verba: *longa... amph. huic contr.* referentur ad proxima *Media... amphim.* Illa autem *sed freq... cret.* per uncos parentheseos eximentur cæteris. Latet nostrum in ipsa Turic. Flor. scriptura. Dein novus sensus incipiet a *Duabus.* In recepta ratione ingratissimum est, quod *longa... amphibrachys* jungitur cum *erit,* ut prius fiat ablativus, quum modo *media... brevis* nominativus fuerit. Quo diligentius scriptoris nostri manus

tres breves *trochæum*[1], quem *tribrachyn* dici volunt, qui choreo *trochæi* nomen imponunt; totidem longæ
83 *molosson* efficiunt. Horum pedum nullus[2] non in orationem venit, sed quo quique[3] sunt temporibus pleniores, longisque syllabis magis stabiles, hoc[4] graviorem faciunt orationem; breves celerem ac mobilem: utrumque locis[5] utile; nam et illud, ubi opus est velocitate, tardum et segne, et hoc, ubi pondus exigitur, præceps
84 ac resultans, merito damnetur. Sit in hoc quoque[6] aliquid fortasse momenti, quod et longis longiores, et brevibus sunt breviores syllabæ; ut, quamvis neque plus duobus temporibus, neque uno minus habere videantur[7] (ideoque in metris omnes breves [8]longæque inter se obsessæ[9] sunt pares), lateat tamen nescio quid,

ubique servetur, tanto magis appareat mirum ejus in variandis hisce technicis artificium.

1. *Breves trochæum.* Goth., *b. choreum*, solus, sed Hephæstio, designante Capper., p. 10, τρίβραχυς ὁ καὶ χορεῖος, et p. 82 Schol., ὁ χορεῖος ὁ καὶ τρίβραχυς κ. τ. λ. Vide et Dionys. Hal. de Struct., p. 106. —Nostri dant alii *breves trochæum*, alii *b. choræum*. Ed.

2. *Nullus... orationem.* Turic., Flor., *nullius* (hoc quidem a pr. manu uterque)... *rationem.* Guelf., *n... oratorem.*

3. *Quo quique... mobilem.* Vide dicta nobis, I, 8, 6 (p. 202 et seqq. hujusce editionis, not. 4).

4. *Hoc graviorem.* Turic. Flor., *his g.*, cum Alm. *Iis g.*, Gothan. Voss. 2. *Hi g.*, Guelf. cum Jens. et edd. posterr. ante Ald. (Tarv. *ii*) exc. Venet. — Eadem nostri. Ed.

5. *Locis.* Turic. Flor. Guelf., *longis*, cum Alm. —Eadem nostri. Ed.

6. *Sit in hoc quoque... syllabæ.* Structuram vide ad §. 65. Ad rem quod attinet, sufficit designare loca Dionysii Hal. V, 5, p. 85 seqq.; item Marii Victorini, p. 2481, de hisce amplius disputantium; quamquam Gesnerus post Capper. posuit multa ex iisdem.

7. *Videantur.* Turic. Guelf., *videatur.* — Sic quoque nostri. Ed.

8. *Longæque.* Turic. (a pr. manu) Flor., *quæ longæ*, cum Kapp. Goth. 2. Non exputo quid latere possit, nisi forte transpositio sola.

9. *Obsessæ.* Kapp. Jens., *ob sese.* Goth. 2, *obesse.* An *ipsæ?* Gesnerus tentat, *inter sese censentur pares.* Werlhofius aliquid hariolatur de vinculo metri, quo inclusæ teneantur syllabæ, quo minus possint evagari. Regius in omni se loco hærere testatur; Venetus interpretationis causa aspergit *ob se ipsas*, ex illa Jensoniana profecto scriptura; Badius simile quid Werlhofianæ ra-

quod supersit, aut desit; nam versuum[1] propria conditio est, ideoque in his quædam etiam communes. Veritas 85

tionis exponit, sed obscurius. Reliqui tacent. Mox *sunt* mirum, pro quo in uno Flor. invenio *sint*, pendens illud a *quamvis*. Neque enim sufficere videtur parenthesis ad reliquæ structuræ eximendum hoc comma. — *Lateat... aut desit.* « Insit tamen latens aliquod vitium, ubi « aliqua syllaba, sive brevis, sive « longa, habeat aut nimiam, aut « non justam vel brevitatem, vel « longitudinem. » — *Quid, quod.* Turicensis, Florentinus, *quicquid*, cum Almelov., nisi quod *quidquid*. Florent. a sec. manu *si quicquod*. Turic. ab eadem *si quicquam*, et sic Camp. cum Goth. Voss. 2, Kapp. et edd. ante Gryph. *An quicquam*, Guelf. Reliqui *quid si quidquam*. Nostrum e conjectura, vide §. 110. — Τὸ *quid* male omittunt nostri. Ed.

1. *Nam versuum.... communes.* Non est facile dictu, qua vi *nam* positum sit hoc loco. Blandiri potest, si accipiatur pro figura transeundi, ut toties, ubi id quod modo docueras protinus etiam certiore vel argumento, vel exemplo confirmas, velut II, 21, 9. Sic igitur, post eam de supervacuo extra mensuram syllabarum spatio disputationem, fuerit subjuncta altera de syllabis etiam *communibus*. Sed fortasse artius vinculum inest conjunctioni, quia mox inde quoque probationem petit supervacui illius, quod possit brevis syllaba alteri brevi aliquid impertire. Quam autem dicit *communem* syllabam? Gesnerus cum Badio et Gedoyno ancipitem agnovit, quæ nunc brevis esset, nunc longa. Werlhofio placuit hic jam sequenti disputationi accommodatam accipere vocem, ut esset syllaba, quæ aliquam sui partem cum altera communicaret. Mihi prius sufficere videtur; tenendum vero censeo, id quod sæpe usu venit in grammaticis, veteres operosius fere tractare ejus generis quæstiones, ut et hic nihil in animo habuisse dixerim Quintilianum, nisi illam in muta cum liquida positionem, quæ quidem solis poetis permittitur (vide I, 5, 28). Egredi sane videtur hanc quæstionem natura syllabæ *gre*, quæ non per mutæ cum liquida concursum producitur, ergo nec citra versum debuisset corripi. Sed hanc ille nunc de industria non tractat, verum totus convertitur in *a* vocis *agrestem*, quod soli poetæ longum esse poterat, ut minus attenderet ea, quæ ad hoc declarandum non facerent. Tam perfunctoriam et supinam in hisce grammaticis diligentiam cum Fabio meo imputo, nihil videor committere neque in dignitatem ejus, neque in morem adhuc cognitum. Id plurimi puto referre, ne hic de positione omni agatur, sed de ea modo, quæ versui sit propria, nec locum habeat in oratione. Ita quidquid vel difficultatis in hoc Quint. præcepto invenerunt, vel licentiæ inde arripuerunt VV. DD. negantes positionem in pedestri oratione producere syllabas, haud ægre diluitur. Vide enim disputata ad Longinum a Fabro, Dacerio, Pearcio, quibus saniora addidit Cleaverus de Rhythmo Græcorum, cap. 5, págin. 67 seqq.

vero, quia patitur æque[1] brevem esse vel longam vocalem, quum est sola, quam quum eam consonantes[2] una, pluresve præcedunt; certe in dimensione pedum syllaba, quæ est brevis, insequente vel brevi[3] alia, quæ tamen duas primas consonantes habeat, fit longa; ut,

Agrestem[4] tenui musam meditaris avena.

1. *Quia patitur æque.* Turicens. Flor., *qui pariturve quæ;* a secunda manu *quid pariter æque;* et *pariter,* Goth. quoque cum Voss. 2. Kapp., *breviter* quoque cum Goth. 2. — Vall. lib. a sec. manu, R. 12, *quia patitur.* Cæteri *quia pariter.* Ed.

2. *Una, pluresve præcedunt; certe.* Turic. (a pr. manu) *una etreve p. c.*, cum Alm. (conjicit Burm. *una alterave*). *Una et breves p. c.*, Flor. Sed a sec. manu *u. plures breves p. c.* Recte in hoc loco solus quidem Gesnerus hæret, et gravatur *quia*, cujus nexum non capiat. Malit *Veritas* (quam recte cum Badio aliisque interpreteris naturalem sermonem, extra versum, etiam ipsam rei naturam; sic *veritas fori* in alio loco opponitur fictionibus scholarum) *igitur quum patiatur.* Equidem id quoque refugio, quod positionis hic ea explicatur ratio, ubi vocalem prægressæ consonantes producant eamdem. Conatus sum igitur utrique desiderio succurrere, hæc reponendo: *V. utique* (*vero* sæpe est *u* solum et *qui* habeo in vetere manu) *patitur... quam quum* (omitto *eam*) *consonantes binas* (modo liceat distributivum jungere cardinali) *treve* (adest et hic vetus scriptura; nec fetri potest *una*, quæ ad positionem nusquam quidquam) *præcedit; cæterum.* (Postremum plane pro *sed*, ut sæpe apud hujus ævi scriptores, et vide V, 14, 33. Sic *sine dubio... cæterum* Tacit. Annal. I, 6, 3.)

3. *Vel brevi alia;* sic Flor. Reliqui *u. v. b.* — Sic quoque omnes nostri, exc. R. 11, qui habet *alia sequente vel brevi.* Ed.

4. *Agrestem... gre brevis.* Turic., *a. tenuimus a. μ.* a. *vabreves gres brevis.* Flor., *a. tenuimus. a. m.* a. *n.* a. *breves tres breves;* a sec. hic manu *brevis gres brevis*, et in margine ad litteras illas *tenui musam meditaris avena.* Guelf. post versum integrum *brevis gres.* Goth. Voss. 2 itidem post versum *brevem gre brevis.* Camp., *Agr... av. nam brevem. gre. breves.* Nostra constitutio est in Jens. et edd. ante Ald. qui, Regio jubente, dat *Agr... av. nam licet gre brevis sit*, cum reliquis, nisi quod præter Basil. omittunt *sit*, parum latine. Badius, referente Burm., a Quint. ipso nonnisi duo prima versus verba posita censet, quod contra esse ostendunt MSS. Ex his ego eruo *Agr. tenui musam*, ut hæc ita memoriter junxerit Quint. parum attendens ordinem poetæ ipsius. Remanentes post has voces litteras *a. n. a* non quidem fragmina credo vocabuli *avena*, sed turbata aut ex ipsis nostris, ut plus semel in eadem ineiderit librarius, aut ex hisce, *A enim brevis*, etc. Alm. hic meras turbas narrant. For-

A brevis, *gre* brevis, faciet[1] tamen longam[2] priorem; 86
dat igitur illi aliquid ex suo tempore; quo modo, nisi habet plus[3], quam quæ brevissima, qualis ipsa[4] esset detractis consonantibus[5]? nunc unum tempus accommodat priori[6], et unum accipit a sequente[7]; ita duæ natura breves, positione[8] sunt temporum quatuor. Mi- 87
ror[9] autem in hac opinione doctissimos homines fuisse, ut alios pedes ita eligerent, aliosque damnarent[10], quasi ullus esset, quem non sit necesse in oratione deprehendi: licet igitur[11] *pæona*[12] sequatur Ephorus, inven-

tasse poteram sequi MSS. *gres* dando. — *Agrestem.... avena.* Versus, qualis hic comparet, invenitur nullus, sed alter orsus a voce *Silvestrem*, continuatis reliquis nostris Virg. Ecl. I, 2; alter principio nostro reddens hæcce extrema, *meditabor arundine musam*, Ecl. VI, 8. Vide not. initium.

1. *Faciet;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum edd. ante Ald. qui *fecit*, cum Basil., Regio jubente. Reliqui *facit.*

2. *Longam priorem;* sic Flor. (a pr. manu). *Longa priore*, Turic. Guelf. Reliqui *l. A p.* Vide I, 7, 28, — Attendendum hic diligenter, non agi de brevitate litteræ, seu vocalis *e* (qualis est in *quiesco* apud Gell. VI, 15), sed de syllabæ, qualis nequaquam potest agnosci in plena positione.

3. *Habet plus;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Basil. Reliqui *habeat p.* — Nostri omnes *habet plus.* Ed.

4. *Esset.* Turic. Flor. Camp., *esse.* — Sic solus R. 11. Ed.

5. *Detractis consonantibus.* Quæ sunt *s* et *t* in τῷ *stem.* Capper.

6. *Accommodat priori.* Priori syllabæ, quæ prima est τοῦ *Agrestem.* Capper.

7. *Accipit a sequente.* A sequente syllaba, quæ postrema est τοῦ *Agrestem.* Capper.

8. *Positione.* Goth. Voss. 2, *compositione;* nequam consortium. Vide §§. 38, 116. Sed mox Guelferb. nostrum ipsum pro *opinione.* — Nostri *positione*, exc. R. 9, qui *compositione.* Ed.

9. *Miror.* Flor. (a pr. manu) *miseror*, cum Alm. (vide §§. 78, 92).

10. *Aliosque damnarent;* sic Turic. Flor. Goth. (tac. Gesn.) cum Alm. Voss. 2. Reliqui *alios d.*

11. *Igitur;* sic Turic. (a pr. quidem manu *gi*) Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Reliqui *enim.* — Nostri omnes *igitur.* Ed.

12. *Pæona.* Turic., *pena;* a sec. manu *penaum.* Flor., *pœna.* Guelf. Camp., *periambum*, cum Goth. (*per Jambum*, tac. Gesn.) Voss. 2. *Pæonem periambum*, Veneta. Reliqui *pœonem.* — Vall. lib. a sec. manu, RR. 7, 11, *pœonem.* R. 8, *pœanem.* Reliqui *periambum.* Ed. — *Pæona... dactylumque.* Hoc de ephoro narrat Cicero Orat., c. 57. Numerum pæonicum Thrasymacho usur-

tum a Thrasymacho, probatum ab Aristotele, *dactylumque*, ut temperatiores[1] brevibus ac longis; [2]fugiat
88 *spondeum* et *trochæum*, alterius tarditate[3], alterius celeritate[4] damnata; *herous*[5], qui est idem *dactylus*,

patum demonstrat probatque Aristoteles Rhet. III, 8, 4, 5. Vide Cic. de Orat. III, 47, 48. Locum Demetrii Phal. huc facientem indicat Gesn. §. 39, p. Schn. 21.

1. *Temperatiores.* RR. 7, 11, *temperatores.* R. 10, Jensonius, Ald., *temperatos.* Vallæ lib. RR. 8, 9, 12, Campanus, Andr. Voss. 2, *temperatum.* Ed.

2. *Fugiat... trochæum.* Turic., *f. rocheum;* a sec. manu *f. trocheum*, et sic Guelf. cum Goth. Voss. 2, Alm. Jens. et edd. posterr. ante Ald., qui *f. spondeum trochæumque.* Mox Bad. pr., *f. molosson trochæumque*, suadente Regio. Nostrum jam in Camp. inserto *et* post *fug.* Et poterat indicare Cicero l. c. — Nostri omnes *fugiat trochæum*, omisso *spondeum.* Ed. — *Fugiat spondeum... nomen imponat.* Non unus est librariorum error in hisce, pedum maxime nominibus. Qui enim contulerit Aristotelem loco aliquoties et modo citato, simulque Nostri rationem nominum imponendorum attenderit (§§. 80, 82), facile agnoscet pro *trochæum*, si minus bis, semel certe reponendum esse *choreum*, quod posteriore loco recte vidit Regius, intempestive ille correptus a Burmanno, quum P. Victorius ad Aristotelem idem testatus esset. Nec quidquam proficit idem Burmannus, quamquam sequentibus rationem suam probans, quum tuetur tamquam recte appellatum « iambum *humaniorem.* » Refert hoc ad naturam iambi aptiorem sermoni vulgari, sicut *humane loqui* et *poetice* opponatur apud Petronium, c. 90, p. 437. Quum igitur Badius gravetur hanc pedis appellationem, unice, id quod jam in eo erat ut faceret Burm., accedendum est Pithœo corrigenti *humilior.* Sed et *cordacis* illud per Aristotelem vix licet retinere, in quo tamen quum jam Cicero (Orat., c. 57) præiverit errorem, abstinendum ab emendatione videtur, nec attingere lubet Ciceronem, qui isto quidem loco in *trochæo*, quem profecto accipit *tribrachyn*, Aristotelem minime est assecutus: neque enim non potuit de *choreo* agere rhetorum princeps græcus, quum tetrametri mentionem faciat. Durior sane ratio Meursii de Orchestra, p. (Thes. Gron. VIII) 1265, E, apud utrumque et Cic. et Quint. *cordacem* expungentis et *cordacicum* inferentis. Malim certe *cordacium*, *cordacii* (quorum prius apud Ciceronem solum (mire) ipse Meursius).

3. *Tarditate, alterius.* Turicens. Flor. Guelf. Camp. inserunt *et enim*, cum Goth. Voss. 2 (quamquam ex hoc affertur modo *enim*), et edd. ante Ald. Quid lateat, non exputo. Fortasse error natus ex *te* et *a*, quorum posterius pro *n* acceptum.

4. *Celeritate.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) Guelf., *caritate*, cum Alm.

5. *Damnata; herous.* Turic. Flor., *damnatæ;* a secunda manu uterque *damnat et h.*, et sic Guelf. Camp.

Aristoteli amplior, *iambus* humanior videatur; *trochæum*[1] ut nimis currentem damnet, eique [2]*cordacis* nomen imponat; eademque dicant Theodectes[3] ac Theophrastus, similia post eos Halicarnasseus Dionysius; irrumpent[4] etiam ad invitos[5], nec semper illis [6]*Heroo*, 89
aut *Pæone* suo, quem, quia versum[7] raro facit, maxime laudant, uti licebit: ut sint tamen aliis alii crebriores, non *verba*[8] facient, quæ neque augeri, nec minui[9], nec

(nisi quod hic *d. Et est h.*) cum Goth. Nostrum Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Ald. exc. Venet. Reliqui inserunt *et*. Pro *herous* Goth. Voss. 2, *choreus*, quorum uterque *et* habet.

1. *Videatur; trochæum*. Flor., *v. tropheum*. — Nostri omnes *trochæum*. Ald., *choreum*. Ed.

2. *Cordacis;* sic nostri, exc. R. 7, qui *mordacis*. Ed.

3. *Theodectes ac Theophrastus*. Vide III, 1, 14, 15; item Ciceronem l. c. Dionysii doctrina in libro de Structura verborum copiosissime explicatur. Huc maxime faciunt quæ habes capp. 17, 18, p. Rsk. 106 seqq.

4. *Irrumpent etiam ad invitos*. « Pedes isti, damnati, tamen vel « invitis et repellentibus sese ob« trudent scriptoribus. » Structuram *irrumpendi* eamdem habes II, 1, 2. Est etiam apud M. Senecam, p. 197, et Sallust. Catil., c. 46; Tell. Deesse aliquid dicas ad explendam justam structuram post illud *Licet*, cujus apodosis satis longe sequitur, ordiens illa a voce *irrumpent*. Optes talia fere, *irr. tamen ii etiam a.*

5. *Ad invitos;* sic Ald. Bad. pr. Cervic. Basil. Obr. Capper. cum Gryph. (1536), Vidov. et aliquot margine. *Adjutos*, Turic. Guelferb. Camp. cum Goth. Voss. 2. (Ex Alm., *advitos*.) *Adjunctos*, Flor. cum Jens. et edd. ante Ald. Reliqui *ad vicinos*. — Nostri habent alii *ad vitos*, alii *adjutos*. Ed.

6. *Heroo*. Turic. Flor. Guelferb., *vero*, cum Alm. (*ů*).

7. *Versum;* sic Flor. (a pr. quidem manu *verso*, ut et *quoniam*) Camp. cum Goth. Voss. 2. Reliqui *versus*.

8. *Non verba... sed transmutatio et collocatio*. Commodum Dionysii Halic. verba ponit Gesnerus: (p. Rsk. 112), Τὰ... ὀνόματα ἴγκειται τοῖς πράγμασιν ὡς ἔτυχεν· οἰκονομεῖν αὐτὰ χρὴ φιλοτέχνως, καὶ διακλίπτειν τῇ χάριτι τῆς συνθέσεως τὴν ἀνάγκην, ἄλλως τε καὶ πολλὴν τὴν ἄδειαν ἔχοντας· οὐδὲ γὰρ ἀπελαύνεται ῥυθμὸς οὐδὲἰς ἐκ τῆς ἀμέτρου λέξεως, ὥσπερ ἐκ τῆς ἐμμέτρου. Vide Nostrum §. 87; item §. 58.

9. *Nec minui, nec sicuti;* sic Turic. Flor. Guelf. cum Goth. (sed hic et *nec aug.* deterius, vide §. 80) Jens. et edd. ante Gryph. Reliqui *neque m. neque s.* Etiam *sicut* omnes ab Jens. inde. Nostrum priores (tacente Gesnero). — Omnes nostri Codd. receptam habent, excepit. R. 12, qui pro *nec* priore dat *neque*. Ed.

sicuti modulatione[1] produci, aut corripi possint[2]; sed
90 *transmutatio* et *collocatio*. Plerique enim ex commissuris eorum, vel divisione fiunt pedes; quo fit, ut iisdem verbis alii atque alii versus fiant; ut memini quemdam non ignobilem poetam ita lusisse[3],

Astra tenet cælum, mare classes, area messem.

Hic retrorsum sit *sotadeus*[4]: itemque *sotadeo*[5] adjuret retro trimetros,

1. *Sicuti modulatione.* Fateor me optare *s. modulationes*, quem pluralem vocis habemus §. 139. *Verba* non sicut *musicæ notæ* (vide §. 51) possunt tractari. Ablativum parum assequor, et *veluti* in ea ratione dicendum arbitror, non *sicuti*.

2. *Possint.* Malim *possunt*. Neque enim video justam rationem conjunctivi ponendi.

3. *Ita lusisse.* Turic. Flor., *tat clarasse* (nisi forte ille *elarasse*) cum Alm.; a sec. illi manu *ita declarasse*, et sic Guelf. cum Goth. Voss. 2. Quid lateat non exputo. Neque enim vel placet, vel sufficit *inter alia* (vide V, 10, 9) *clamasse*, vel *declamasse*, vel *recitasse*. Nostrum a recentiore manu secundæ illi in Flor. scripturæ allinitur ita, *vel lusisse*. Ante *ign.* omittunt *non* Turic. (a pr. manu) Flor. cum Alm. *Ita* quidem displicet post *ut*. — Nostri *ita declarasse*. Ed.

4. *Sit sotadeus*; sic Goth. solus, ut videtur. Reliqui *fit s.* Rectissime probat, quamquam non receptum, Gesnerus. Solus conjunctivus convenit sequenti. — *Sit sotadeus.* Hoc modo, *Messem areą, classes mare, cælum tenet astra.* Ed.

5. *Adjuret retro trimetros.* Turic. Flor. Guelf., *a. rorimetros*, cum Voss. 2 a pr. manu; a sec. enim nostra ipsa. Sed Flor. a sec. manu *a. retro metros*, et sic Goth. (vide §. 86). *Adjuret retrometros*, Camp. *Adiit retro trimetros*, Ambr. 1. *Adjungat r. t.*, Ald. et edd. posterr., exc. Bad. — Nostri omnes *adjuret*, exc. Vall. lib. a sec. m., qui *adjutet*. RR. 8, 9, 11, 12 (hic a sec. manu) *retro metros*. Vall. lib. RR. 7, 10, 11 (hic a sec. manu) 12, *rorimetros*. Solus Vall. lib. a sec. manu antiqua *retro trimetros*. Ed. — *Adjuret.* Hanc quidem locutionem veteres (Venetus et Badius) conantur explicare, quasi pro eo positam: « adjungat se « tamquam jurejurando » ubi fortasse obversabatur locus Horatianus (Ep. ad Pis. 410, 11) « alterius « sic Altera poscit opem res et con« jurat amice. » Sed neque ullo exemplo hunc verbi usum defendi video; et ipsi doctus errorem hic versatum manifesto ostendunt. Subit igitur mutare nostrum in *adludat* (vide III, 11, 18). Inest voci elegans similitudinis et quidem per jocum petitæ significatio, quæ huc megnopere facit. *Trimetros* nominativus est, ut recte vidit Badius. Fortasse modo pro *Hic* melius legas *Hinc*, quoniam nullum versus nomen diserte præcessit. De Sota-

Caput exeruit mobile pinus repetita.

Miscendi ergo sunt, curandumque, ut sint plures, qui 91
placent[1], et circumfusi bonis deteriores[2] lateant: nec vero in litteris syllabisque natura mutatur, sed refert, quæ cum quaque[3] optime coeat[4]: plurimum igitur auctoritatis, ut dixi, et ponderis habent *longæ*, celeritatis *breves:* quæ[5], si miscentur quibusdam longis, currunt; si continuantur, exsultant. *Acres,* quæ[6] ex brevibus 92
ad longas insurgunt; *leniores,* quæ a longis in breves descendunt: optime incipitur a longis, recte aliquando a brevibus; ut, *Novum*[7] *crimen:* lenius, ut, *Animadver-*

deo, vide I, 8, 6. Ejus versus exemplum habe hoc ex Hephæstione (p. 37): Ἤρην φωτὶ | φασὶν, Δία | τὸν τερπικέ |ραυνον. Hoc facile agnoveris vel in altero, qui hic comparet, versu, si memineris *Caput exeru* | esse anapæstum cum pyrrhichio pro ionico a majore. Minus manifestum sotadeum supra ad §. 6, ponit Ægius ex Hephæstione (p. 8): Σείων μελίην Πηλιάδα δεξιὸν χατ' ὦμον. Retro legenda, i. e., ἀντιστρέφοντα, vide in Brunkii Analectis, vol. II, p. 382 seq., sed quæ intra disticha consistant. Item apud Marium Victorinum, indicante Capperonn., p. Putsch. 2561, 62, plane ad Quintiliani modulum. Mox nemo attentior, qui sint *miscendi, versus* intelliget, sed *pedes* (§. 90).

1. *Placent;* sic Turic. Florent. Guelf. cum Jens. Tarv. Venet. Ald. Reliqui *placeant.*

2. *Deteriores;* sic Vall. lib. RR. 8, 9, 11, 12 (hic a secunda manu) Camp. Andr. Jensonius, Ald. Reliqui *anteriores.* Ed.

3. *Cum quaque;* sic Turic. (a pr. quidem manu *c. quamque*) Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Alm. Bodl. et edd. ante Bad. acc. Basil. Reliqui *c. qua*, jubente Regio. Vide VII, 2, 64. — Nostri Codd. *cum quaque*, exc. R. 12, qui dat *quæcumque quaque.* Ed.

4. *Coeat.* RR. 7, 10, *coeant.* Ed.

5. *Quæ.* Omittunt RR. 7, 10. Ed.

6. *Acres, quæ.... leniores, quæ.* Turic. Flor. Camp., *a q... leviores-que.* Guelf., *acresque.... leviores.* Goth., *acresque... levioresque*, cum Voss. 2, Jens. (tac. Gesn.) Tarv. *Acresque... lenioresque,* Venet. Diomedes, p. Putsch. 463, nostrum excerpens *alacresque... lenioresque.* Legendum censeo *Acres, qui... leniores, qui.* Nisi enim ad *pedes* hæc referantur, sententiam nullam exsculpo. Quæ tandem sunt *syllabæ,* « quæ ex brevibus » (syllabis) « ad « longas » (syllabas) « insurgunt... « descendunt? » Neque obstat quod mox « a longis « intelliguntur syllabæ rursus. Res ipsa docet. — Nostri *acresque... levioresque,* exc. R. 11, qui *acres, quæ... leviores, quæ.* Solus R. 7 habet *deniores.* Ed.

7. *Novum crimen... Animadverti,*

ti[1], *judices*[2]: sed pro Cluentio recte etiam, quod initium
93 ejus[3] partitioni simile est, quæ celeritate gaudet. Clausula quoque[4] e longis firmissima est; sed cludent etiam breves[5], quamvis habeatur indifferens ultima: neque enim ego[6] ignoro in fine[7] pro longa accipi brevem, quod[8] vi-

Cic. pro Lig. et pro Cluentio init. — *Crimen: lenius*; sic Turicens. Flor. Guelf. cum Alm. Voss. 2, Jens. (tac. Gesn.) et edd. posterr. ante Bad. Reliqui inserunt *C. Cæsar.* — Omittunt omnes nostri. Ed. — *Lenius.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp., *levibus*, cum Goth. Voss. 2 (quamquam ex hoc *lenibus* refertur) et edd. ante Ald. Hic *levius*, cum edd. ante Gryph. Diomedes l. c., *lenius a duabus*, cum Capper. — Nostri *levibus utamur.* Ed. — *Lenius.... gaudet.* Quod interjicit ad defendendum Ciceronem, tum demum intelligemus, si priora emendata fuerint. Suspicor legendum, *brevi* (pro *brevibus*) *ut N. c. vel duabus* (intellige *brevibus*, et vide not. initium) *ut A. sed*, etc. Exemplum Ligarianæ est unius syllabæ brevis in initio positæ; duarum autem poterat videri vitiosum, sed defenditur eo, quod « *ejus* ora- « tionis pro Cluentio *initium parti-* « *tioni simile est*, etc. »

1. *Ut, Animadverti.* Guelf. Camp., *utamur A.*, cum Goth. Voss. 2, Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Ald.

2. *Judices: sed... recte... quod*; sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Gryph. exc. Venet. quamquam levi in singulis edd. fluctuatione, ut ex Alm. quoque affertur *lenius ut A. j. pro Cluentio q.* (vide §§. 87, 93). Reliqui, quorum Venetus *delenda* ait *verba illa intermedia*, expungunt *sed... recte.* Ægre fero nihil mihi ex Ambr. 1 notatum.

3. *Initium ejus partitioni*; sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Goth. Voss. 2, et edd. ante Gryph. exc. Venet. Reliqui omittunt *ejus*, Veneto et Regio proscribentibus. Frustra mox Obr. *simul* pro *simile.* — Nostri habent *initium ejus partitioni* (quidam vero *partitionis*) *simile est.* Ed.

4. *Clausula quoque.* Itaque Aristoteles suadebat ut *periodum* terminaremus pæone posteriore, cujus ultima syllaba longa est. Turn. — Hic agitur de clausulis non *periodorum* solummodo, sed *membrorum* etiam, et *incisorum.* Ed.

5. *Sed... breves.* Turic. Flor., *se cluent et in b.* Guelf., *se c. et in b.* Camp., *s. cadent et in b.* Præpositionem inserunt edd. ante Ald. Reliqui *s. c. et b.* Nos pro *et* scripsimus *etiam.*

6. *Neque enim ego.* Gothanus omittit *enim.* Placet, etsi possit ferri conjunctio. Sed gratius mox legetur, si hic abest. Vide lib. III, cap. 8, §. 53. Diomedes, l. c., omittit *ego.*

7. *In fine pro longa.* Vide Cic. Orat. 64: *Nihil enim interest, dactylus sit extremus, an creticus: quia postrema syllaba brevis, an longa sit ne in versu quidem refert.* Gesnerus.

8. *Videtur.* RR. 9, 10, Camp. Andr. Jens. ab emend., *videatur.*

detur aliquid vacanti tempori[1] ex eo, quod insequitur, accedere: aures tamen consulens meas, intelligo multum referre[2], verene longa sit, quæ cludit, an pro longa: neque enim tam plenum est, *Dicere*[3] *incipientem*[4] *timere*, quam illud, *Ausus est confiteri*. Atqui si 94
nihil refert, brevis, an longa sit ultima, idem pes erit; verum nescio quo modo sedebit hoc[5], illud subsistet: quo moti quidam longæ ultimæ tria tempora dederunt, ut illud tempus, quod brevis ex longa[6] accipit, huic quoque accederet: nec solum refert, quis claudat[7], sed quis antecedat. Retrorsum autem neque plus [8]tribus 95

Vall. lib. R. 8, *videntur*. Reliqui *videtur*. Ed.

1. *Vacanti tempori;* sic Ambr. 1, Flor. (a sec. manu) Leid. marg. Chouet. *Vocantis tempori*, Turic. Flor. Guelf. Reliqui *vacantis temporis* (de Goth. err. Gesn.) cum Diomede. — Eadem nostri. Ed.

2. *Referre, verene;* sic Flor. (a sec. manu). *Referret vene*, Turic. (a pr. manu). *Referret verene*, Flor. *R. vere*, Alm. (vide §§. 92, 95). Reliqui *r. utrumne*. — Sic quoque omnes nostri. Ed.

3. *Dicere incipientem timere.* «Ex « initio Milonianæ. *Ausus est confi-* « *teri* ex Ligarianæ principio. » Gesnerus.

4. *Incipientem*. Vall. lib. RR. 7, 8, 9, 10, 11, 12, Camp. Andr. Goth., *Inopinate*. Ed.

5. *Sedebit hoc, illud subsistet.* Egregia opponendi et eloquendi diligentia! Cujusmodi et illa §. 139. — *Sedebit hoc.* Id est, ultima syllaba τοῦ *confiteri sedebit*, stabilior erit, ideoque longior. Sic paulo post de *pæone*, qui una longa tribusque brevibus constat: *nam et primam stabilem, et tres celeres habet.*, etc. — *Illud subsistet.* Hoc est, ultima syllaba τοῦ *timere* stabit, ideoque promptior ad motum erit, quam si sederet. Ergo et aliquanto minus longa. Capper.

6. *Ex longa.* Ambr. 1 videtur a pr. manu dedisse *e. longo*. Hinc eruo *ex loco* (vide §. 83; item 125), quo exitur difficultas, quam solus rectissime sensit Gesnerus. Is «sunt- « ne hæc sana?» ait. « Equidem « magis intelligam, si legatur *ex* « *fine*, vel *ex clausula*, vel quid si- « mile. » — *Ex longa.* Hanc autem rationem, qua tres moræ tribuuntur longæ in fine positæ, Ciceronis ipsius esse suspicatur Victorius ad Aristot. Rhet., p. 612.

7. *Claudat, sed quis.* Turicens., *claudam tem quis*. Flor., *c. et q.* Guelf., *claudantem q.* Suspicor fuisse, *c. pes sed q. claudentem antec.* Nec voce *pes* carere posse locum credo, neque expresso eo, quod antecedatur.

8. *Neque plus.* Turic. Florent., Guelf. Camp., *quæ p.* (posteriorum uterque et *aut*) cum Goth. et edd. ante Bad. qui nostrum e suâ conjectura. — Nostri omnes *quæ plus*

(iique si non ternas syllabas habebunt, repetendi[1] erunt; absit tamen[2] poetica observatio[3]), neque minus duobus; alioqui *pes* erit, non *numerus*: potest tamen vel unus esse *dichoreus*, si unus est, qui constat e duobus[4] cho-
96 reis: itemque *pæon*, qui est ex choreo et pyrrhichio, quem aptum initiis putant; vel contra, qui est e[5] tribus brevibus et longa[6], cui clausulam assignant: de quibus fere duobus scriptores[7] hujus artis[8] loquuntur; [9] alii

tribus. Ed. — *Neque plus tribus.* Cic. Orat., c. 64, *Hos quum in clausulis pedes nomino, non loquor de uno pede extremo; adjungo (quod minimum sit) proxime superiorem, sæpe etiam tertium.* Gesnerus.

1. *Erunt;* sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Obr. Reliqui *sunt.* — Eadem nostri. Ed.

2. *Absit tamen.* Turic., *sit tam;* a sec. manu *sit tamen*, et sic Guelf. *Si tamen*, Flor. (a pr. manu). Nil nisi *sit* dare Alm. narratur (vide §§. 93, 99). Mox pro *pes erit* Venetus e conjectura *versus e.* — Nostri *absit tamen*, exc. RR. 10, 12, qui *sit tamen.* Ed.

3. *Absit... observatio.* Parum assequor, quomodo jubeatur abesse ista observatio. Rectius, puto, legeris *sit enim p. o.* (vide not. super.). Sic interjectum hoc respondebit alteri *alioqui... numerus;* cujusmodi concinnitate inprimis delectatur Noster. Vide v. c. I, 7, 7. *Sit* (pro *fuerit*) variatum est pro futuro indicativi *erit.* Aliquid veræ rationis suboluit Gedoyno, etsi erranti. « Si « ultra tres continuentur et consul- « to aptentur pedes, diligentia, i. « e., *observatio* fuerit poetæ conve- « niens, non oratori; si minus duo- « bus, *pes* modo sentietur, non *nu- « merus* aliquis æquabiliter fusus. « Illud nimium erit, hoc parum. »

4. *E duobus;* sic Turic. Florent. Guelf. Camp. Reliqui *ex d.* Vide 57. Modo Jens., *constet* (err. Gesn.) cum edd. posterr. ante Basil.

5. *Est e tribus.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *est t.* Flor. a sec. manu *a.* Goth. (tac. Gesn.) *est ex t.* Suspicor abfuisse *est.*

6. *Brevibus et longa.* Turic. Flor. Guelf. omittunt *et.*

7. *Scriptores hujus artis.* Significantur præceptores eloquentiæ; *alii*, qui deinde nominantur, sunt metrici, vel rhythmici doctores. Exemplo autem est Aristoteles Rhet. III, 8, de hisce solis pæonibus præcipiens (vid. et Cic. de Orat. III, 47); cui accedit Demetr. Phal., §. 39.

8. *Artis.* Turic. Guelf. omittunt.

9. *Alii;* sic MSS. et edd. ante Ald. acc. Bad. pr. Reliqui, nullo auctore, *alios.* Ambr. 1 non notavi. — Nostri omnes *alii.* Ed. — *Alii... appellant.* Hæc quum sint mirifice inquinata, sententiam habent tamen satis manifestam. Indicantur pæones alter et tertius, qui eodem quo illi rhetorici, primus et quartus, nomine a quibusdam magistris appellentur. Sed hoc quomodo ex verbis ipsis elicere contingat, nondum video: neque enim ferri po-

omnes, quotcunque sint temporum[1], quæ[2] ad[3] rationem pertineant[4], *pæonas* appellant. Est et[5] *dochmius*, qui fit 97
ex *bacchio* et *iambo*, vel *iambo*[6] et *cretico*, stabilis in clausulis, et severus: *spondeus* quoque, quo plurimum

test, ut interesse negetur, quod temporum sit pes aliquis; quod contra unice spectandum est, nec tamen sufficit ipsum, quum alioqui creticus et bacchius cum palimbacchio fuerint appellandi pæones. At nemo sic. Nisi forte Dionysii Halic. rationem huc trahas. Is enim p. Rsk. 204, 5 (de Structura), τὸν Κρητικὸν memorat ῥυθμόν· εἶτ' ἄρα σταιάν τις βούλεται αὐτὸν καλεῖν· διοίσει γὰρ οὐδὲν τῶν ἐκ πέντε συγκειμένων χρόνων. Simile quid agnoscit Cicero de Orat. III, 47. Sed hoc parum est. *Rationem* autem hic esse *proportionem* facile apparet comparando Aristotele, qui loco illo toties laudato, §. 4, ἔστι δὲ, ait, τρίτος ὁ σταιὰν καὶ ἐχόμενος τῶν ἀριθμῶν· τρία γὰρ πρὸς δύο ἐστίν· ἐκείνων δὲ ὁ μὲν [ὁ ἡρῷος s. dactylus] εἷς πρὸς εἷν· ὁ δὲ [ὁ ἴαμβος, quamquam et trochæus] δύο πρὸς εἷν· ἔχεται δὲ τῶν λόγων τούτων ὁ ἡμιόλιος· οὗτος δ' ἐστὶν ὁ σταιάν. — *Quotcunque*. Turic. Flor. Guelf., *ut quocunque*. Camp., *ut quotc.*, cum Gothano. — Eadem nostri. Ed.

1. *Sint temporum*. Flor. inserit *quoque*.

2. *Quæ ad*. Turic., *quod a*. Goth., *qui a*. Ex Voss., *quod a*. (vide §. 90). Guelf., *que* enclitica ad *temp*. — Eadem nostri. Ed.

3. *Rationem;* sic Turic. Florent. Guelf. cum Jens. et edd. posterr. ante Bad. sec. Reliqui *orationem*, quod ipsum e Camp. per errorem notasse videor. — Nostri *ad rationem*, exc. R. 12, qui solus habet *ad orationem*. Ed.

4. *Pertineant*. Turic., *pertinea;* a sec. manu *pertineat*, et sic Flor. Non mihi satis facio hæc reponens: *alii omnes, quotcunque sint quinque temporum, quæ ad rationem pertineant eamdem*. Displicet quod nulla ratio habetur particulæ *ut* (nemo enim probet *ut quicunque* pro *ut quique*); male habet etiam contorta extremorum structura, quam rursus transponendo sanare durum fuerit. In *quocunque* etiam veri quid latere dicas, modo *loco* ostendatur alicunde. Refert enim memorari, quod hi negligunt, *quo loco* sit longa syllaba in pæone. Sed unde hoc eruas? In vulgata quidem constitutione malim *quotcunque sunt* præ *q. sint*.

5. *Est et... severus*. Minus, opinor, rationem teneas Nostri, si *est* tamquam copulam logicam jungas cum *stabilis severus*, tamquam prædicatis. Rectius tribues hoc de *dochmio* illi præcepto, quo unum pedem in clausulis sufficere negarat, cujusque exceptionem fecerat istiusmodi pedes duplices: *dichoreum*, *pæonem*, postremo *dochmium*. In *severo*, vide §§. 63, 64, nota extrema.

6. *Vel iambo*. Jensonius omittit cum editionibus posterioribus ante Aldum. Habet præter alios Vall. *Vere iambo*, Florentinus. — Tà *vel iambo* omittunt quoque RR. 7, 11. Cæteri servant. Ed.

est Demosthenes usus, moram[1] semper per se habet: optime præcedet eum[2] *creticus*, ut in hoc, *De qua*[3] *ego nihil dicam, nisi depellendi criminis causa:* illud[4] est, quod supra[5] dixi, multum referre, unone verbo [6]sint duo pedes comprehensi, an uterque liber: sic enim fit forte, *Criminis causa;* molle, *Archipiratæ;* mollius,
98 si tribrachys[7] præcedat, *facilitates, temeritates.* Est enim quoddam[8] in ipsa divisione verborum latens tempus, ut

1. *Moram.* Turic., *neodem.* Flor., *ne eodem.* Uterque a sec. manu *in eodem*, et sic Guelf. cum Alm. Jens. Tarv. *In Midiam*, Goth. Voss. 2. Sanam esse nostram nequaquam credo, neque acquiesco sequentibus istis, quæ vel patientissimas aures lædant; *semper per se.* Nihil proficiunt Camp. Gothan. Voss. 2, dantes *præ se.* Debebat ostendi, quam aptus esset, in clausulis spondeus, ubi satis jejuna est observatio *moram* in eo agnoscentis, quamque *per se semper habeat.* Nec ferri potest asyndeton illud: « Sp. mo« ram habet, optime præcedet eum « creticus. » Sed de hoc continuo. Diu meditatus, quid lateret in illo *neodem*, nihil extundo. Hoc autem invento facile erit reliqua ordinare, sive *per se* reseces, sive *se* retineas, quod struatur cum *habet*, ut aliquo modo *se habeat* spondeus.

2. *Eum creticus.* Turic. Flor. (a pr. manu uterque) *e. cretio.* Ille a sec. manu *cum cretico*, et sic Guelf. *Creticon*, Jens. (tac. Gesn., quamquam sine *n* et apice super *o* posito) Tarv. *Creticos*, Loc. Rusc. Lege *præcedente eum cretico.* — Nostri omnes *eum creticus.* Ed.

3. *De qua.* Turic. Flor. (a sec. manu uterque) Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *D. quo*, cum edd. ante Capper. acc. Bip. Nostrum in primis duobus, quamquam et *hac* pro *hoc* a pr. manu. — Nostri omnes *De quo.* Ed. — *De qua ego.* Cic. pro Cœl., c. 13.

4. *Illud.* Turic. Flor. Guelferb., *nihil*, cum Alm. Sed illi a pr. manu *causam* quoque.

5. *Supra dixi.* §. 65.

6. *Sint duo pedes;* sic Turicens. Guelf. Sed Camp., *duo pedes sint.* Turic. a pr. manu *s. d. p. sint.* Reliqui *p. s. d.*

7. *Tribrachys.* Turicens. Florent. Guelf., *tribrachi.* Goth., *tribachius.* Camp. (pro *mollius, si t.*) *si molossus tribracum.* Tarv., *molossus tribrachum.* Venet., *mollius. Molius si molossus tribrachum.* Turicens. etiam *molus sit t.* Immissum hic ab imperitis *molossum* recte exagitat Regius. — *Tribrachys.* Quidni *trochæum* appellat? Vide §§. 82, et 105, 135.

8. *Quoddam in ipsa.* Turic. Flor., *quod ad i.* Uterque a sec. manu *quod ab i.*, et sic Guelf. *Quoddam ab i.*, Camp. cum Venet. Ald. Præpositionem omittunt Jens. (tacente Gesn.) cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Bad. Etiam §. 108. Turicens. Flor. Guelf., *quod ad producimus* pro *quodam p.* Camp. autem *quidem p.* Goth., *quoad p.*

in pentametri medio spondeo, qui nisi alterius verbi fine, alterius initio constat[1], versum non efficit: potest, etiamsi minus bene, præponi anapæstus, *Muliere*[2] *non solum nobili, verum etiam*[3] *nota.* Tum anapæstus[4] et 99
creticus, iambus quoque, qui est in utroque[5], sed illis[6] minor: præcedet enim tres longas brevis[7]; et spondeus iambo recte præponitur[8], *Iisdem in armis fui:* tum spondeus et bacchius; sic enim fiet ultimus dochmius[9], *In armis iisdem fui.* Ex iis, quæ supra[10] probavi, 100
apparet, molosson quoque clausulæ convenire, dum habeat ex quocunque pede ante se brevem, *Illud scimus*[11], *ubicunque sunt*[12], *esse pro nobis.* Minus gravis 101

1. *Constat;* sic Turic. Flor. (a pr. manu uterque). Reliqui *constet.* — Sic solus R. 11. Ed.

2. *Muliere non solum.* Cicero pro Cœlio, cap. 13. Ed.

3. *Verum etiam.* Guelf., *sed e.*, et sic Cic.

4. *Tum anapæstus... quoque.* Attendenti facile persuadebo legendum: « Tum *ut* a. e. c. *ita* i. q. » Vulgata sensu caret.

5. *Est in utroque;* sic Camp., ut et refert e vetusto Codice Pseudo-Turn., quamquam *utrisque* scribens. Reliqui *in* omittunt. — Eadem nostri, nisi quod *utrisque* non reperimus. Ed.

6. *Sed illis.* Turic., *si illi.*; a sec. manu *etsi* pro *si.* Guelf. Camp., *et si illis*, cum Goth. Voss. 2. Reliqui *syllaba.* Suspicor in nostra ratione excidisse *syllaba.* — Nostri omnes *etsi illis.* Ed.

7. *Brevis; et spondeus.* Turicens. Flor. Guelf. Camp., *b.; sed s.*, cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. Reliqui *b.; sed et s.* — Nostri omnes *brevis; sed spondeus.* Ed.

8. *Præponitur, Iisdem in armis;* sic Flor. Camp. cum Goth. Voss. 2, Alm. (nisi quod hic omisso *in*, vide §§. 95, 109) et edd. ante Gryph. (qui, sequente uno Capper., etiam *in* expungit). Reliqui omittunt *Iisdem.* — *Iisdem... fui.* Cic. pro Ligario, cap. 3 extr. Ed.

9. *Dochmius, In armis iisdem fui.* Turic. Flor. Guelf. omittunt *iisdem*, cum Goth. et edd. ante Bad. sec. Reliqui *d., Iisdem i. a. f.* Nos ordinem expressimus, quem verissima conjectura suasit per litteras Grotefendus V. C. Meibomium ille in notis ad Aristid. Quint., p. 267, hunc Nostri locum plane non intellexisse testans. — Nostri omnes *In armis fui*, omisso *iisdem.* Ed.

10. *Quæ supra probavi.* Non longius remittimus quam ad §. 99, *præcedet enim.*

11. *Illud scimus.... nobis.* Hoc quum unus commentator Venetus esse ex Miloniana dixerit, erravit. Reliqui non quæsiverunt, neque ipse inveni.

12. *Ubicunque sunt;* sic omnes.

erit spondeus, præcedente pyrrhichio[1], ut, *Judicii Juniani*[2]; et adhuc pejus[3] priore pæone, ut, *Brute, dubitavi;* nisi potius hoc esse volumus[4] dactylum et bacchium: duo spondei non fere jungi[5] patiuntur; quæ in versu quoque notabilis[6] clausula est, nisi quum[7] id fieri potest ex tribus quasi membris, *Cur de perfugis nostris copias comparat is*[8] *contra nos?* una syllaba,

nostri Codd. Sed Camp. Andr., *ubicunque sint.* Ed.

1. *Præcedente pyrrhichio.* Turic. Flor. (hic quidem *pyrrice*). Guelf. (hic *pyrrhice*) *præcedentibus et pyrrice.* Alm. item, sed extremo incorrupto. Mox Flor. a sec. manu *præcedente se pyrrichio,* et sic Camp. cum Goth. Voss. 2, Vall. et editt. ante Ald., nisi quod Tarv., *pulcherrimo* pro *pyrrh.*, et mox Bad. uterque *bene* pro *se.* Suspicor fuisse *præcedentibus iambo et* (vel *aut*) *p.* — Nostri habent alii *præcedente se,* alii *præcedentibus.* Ed.

2. *Juniani.* Guelf., *humani.* — Sic quoque RR. 7, 10, 11. Reliqui *Juniani.* Ed. — *Ut, Judicii Juniani.* Vide Cic. pro Cluent., c. 1. Mirum profecto, si Quint. ignoravit quantitatem nominis *Junii* (in quo recte, sed solus, hæsit Pseudo-Turnebus), nec quidquam est reprehendendum in clausula, quæ plane sit eadem illi laudatæ *confiteri*, §. 94. Neque tamen licet dubitare de scriptura, quia ipsum hoc exemplum est initii illius, toties hic ad partes vocati, Cluentiani. Alioqui in Cod. Florentino comparet litura primæ in voce *Juniani* litteræ. Una ratio videtur relinqui, accusandæ etiam hic memoriæ Quintiliani, cui aliud nomen hæserit, primam habens illud brevem, quod autem ita, ut scriptum erat a Quint., mox cesserit vero, ubi non erat eadem compositio. *Brute, dubitavi;* Orat., c. 1. *Cur de perfugis;* ibid., c. 66, ubi est *comparant contra* minus aptis ad hanc disputationem numeris, et suspicor errorem illatum libris Ciceronianis; quæ videtur etiam Petri Victorii esse opinio Varr. Lectt. IV, 1. Egregie autem hoc exemplo utitur J. H. Vossius loco ad §. 52 designato.

3. *Pejus.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) Guelf., *pes.*

4. *Volumus;* sic Camp. cum Goth. Voss. 2. *Voluimus,* Turic. Florent. Ille etiam *hos* pro *hoc.* Reliqui *velimus.*

5. *Fere jungi.* Turic., *fer est j.*; a sec. manu *fer conjungi.* Flor., *ferem j.* Reliqui *f. conjungi.*

6. *Notabilis.* Turic. Flor. Guelf. Jens. (tac. Gesn.) Tarv., *nobis,* cum Alm., quamquam hic per compendium. *Nobilis,* Camp. cum Goth. Voss. 2. — Eadem nostri. Ed.

7. *Nisi quum.* Turic. Flor. Guelf. (nisi forte *hic tum*) *ne cum.* Goth., *nec tunc,* cum Voss. 2. *Nec cum,* Camp.

8. *Comparat is.* Goth., *comparant,* cum Voss. 2. — RR. 10, 11, Camp. Andr. Jenson., *comparatis.* R. 7, *comparationis.* Cæteri *comparant.* Ed.

duabus, una[1]. Ne dactylus quidem spondeo bene præ- 102
ponitur, quia finem versus damnamus in fine orationis: bacchius et claudit[2], et sibi jungitur, *Venenum*[3] *timeres;* vel[4] choreum, et spondeum ante amat, ut, *Venenum timeres;* contrarius[5] quoque qui est[6], cludet, nisi si[7] ultimam longam esse volumus; optimeque habebit ante se molosson, *Civis romanus sum*[8]; aut bacchium, *Quod*

1. *Una... una.* Hæc omnia omittunt Camp. Andr. Ed.

2. *Claudit;* sic Turic. Flor. Guelf. Gothan. (tac. Gesn.) Camp. Reliqui *cludit.* Vide §. 75. — Nostri omnes *claudit,* exc. R. 11, qui *cludit.* Ed.

3. *Timeres.* Turic. Flor. Guelf., *timere,* cum Goth. Voss. 2, Jens. Tarv. Ven. (hic quidem per sphalma videtur dare). — Nostri omnes *timere.* Ed. — *Venenum timeres... Venenum timeres.* Locus est Cœliane, c. 14. Rectissime voces *vel choreum* alienas hinc judicat Regius; fiat enim hoc modo, quod ipsum reprehenditur, finis hexametri. Durum sane ejusmodi jacturam facere. An potuit Noster *choreum* appellare pedem, qui positione sola fieret *spondeus?* Desinentem enim in *um* syllabam brevem et ipse (velut mox §. 103, *sum*) et omnes agnoscunt. Tum *aut sp.* scribas pro *et sp.* Idem Regius *se* ante *amat* necessario videtur inserere. Fluctuare interdum numeros, prout vel plures, vel pauciores syllabas tribuere velis clausulæ, exemplo eo apparet, quod mox (§. 103) proponitur. Restat altera medicina verbis nostris adhibenda, ut priore loco tollantur ista *venenum timeres,* quæ et turbant structuram, et facile potuerunt ab oculo librarii vagante occupari.

4. *Vel... timeres;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. (hic quidem *spondeus*) cum Goth. Voss. 2, Alm. et edd. ante Bad, (nisi quod Ven. e conjectura *velut*). Reliqui *vitat c. spond. autem a., ut non venena timeres, sed virus timeres,* conjiciente Badio, qui, satis quidem modeste, « neque « glorior, ait, me bonum sensum « invenisse, verum malui aliquid « quam nihil dicere. » — Nostri omnes receptam a Spald. lectionem habent. Ed.

5. *Contrarius.* Turic. (a sec. manu) *contrarios.* Guelf. Camp., *contrario,* cum Goth. Voss. 2, Vall. Bad. Basil. — Nostri *contrario,* exc. R. 11, qui solus *contrarius.* Ed. — *Contrarius.* I. e., palimbacchius.

6. *Qui est.* Turic. Flor., *quis est.* Guelferb. Camp., *quis,* cum Goth. Voss. 2, Vall. Bad. — Hæc omittunt nostri, exc. R. 11. Ed.

7. *Nisi si ultimam.* Turic., *n. s. ultima si ultimam.* Flor., *n. ultima sȳ ultimam.* Guelf., *n. sit ultima si ultimam,* cum Voss. 2, Goth. (tac. Gesn.) Sed Camp., *n. ultima sit? si ultimam.* — Nostri habent *nisi si ultima; si ultimam,* etc. Vall. lib. pro *si* posteriore dat *sed.* Ed.

8. *Civis romanus sum.* Turicens., *cibis r sum;* a sec. manu *cibis rursum.* Flor., *cibis r̄ sū.* Guelf., *cibis rursus.* Flor. a sec. manu *cibis res-*

103 *hic potest, nos possemus*[1]. Sed verius [2]erit [3]claudere choreum præcedente[4] spondeo : nam hic potius est numerus, *nos possemus*, et *romanus sum:* claudet et dichoreus, id est, pes sibi[5] ipse[6] jungetur, quo Asiani[7] sunt usi plurimum ; cujus exemplum Cicero ponit, *Patris*
104 *dictum sapiens temeritas filii comprobavit.* [8]Accipiet

persum, et sic Camp. cum Goth. Voss. 2, Vall. et editt.. ante Bad. Reliqui de hujus conjectura *ut Et spinis respersum*. Tentat idem et *verrucis*, ut alterutro modo exeat molossus. Ambr. 1, etsi in vicinis memoratus, hic a me siletur. Nostrum et ipsum e conjectura nostra. — Nostri omnes *cibis respersum*. Ed. — *Civis romanus... nos possemus*. Prius Verr. V, 62. Alterum pro Ligar., cap. 4.

1. *Possemus*. Turic. Flor. Guelf. Camp., *possumus*.

2. *Sed verius erit*. Hic nihil aliud præcipi existimo, nisi ut diremptio clausulæ a reliquis fiat talis, per quam sit in fine utriusque exempli spondeus cum choreo, non in Ligariano bacchius et palimbachius *potest nos | possemus |* ; in Verrino autem molossos et palimbacchius *Civis ro | manus sum |*. Congruit huic sententiæ *verius*, significatione pervulgata, non insolentiore illa, qua valet *rectius*. Neque enim *claudere* est legentis, vel orantis, sed ipsius numeri, ut accusativus *choreum* non regatur a verbo, sed cum infinitivo ejusdem conjunctim efficiat structuram. Sic revincitur Badius, qui *verius* interpretatur « magis ex arte » sicut et supra (§. 64) *veriora* maluerit præ *severioribus*. Quod enim idem negat hic legendum *Severius*, recte quidem ille, sed non justa causa commotus.

3. *Claudere ;* sic Turic. Florent. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tacente Gesnero) cum edd. ante Gryph. Reliqui *cludere*. Iisdem auctoribus mox §. hac, 105 (hic edd. ante Bas. modo), diphthongum restitui. Alibi minus constanter et fere edd. modo eamdem habent. Vide §. 102. Voss. 2, *eludere*. Non credo. Vide §. 96.

4. *Præcedente spondeo : nam*. Turic. Flor., *præcedentes pondetinam ;* a sec. manu uterque *præcedentis* (hoc solus Turic.) *pondere n.*, et sic Guelf. Camp. Reliqui *præcedenti sp. n.* — Nostri *præcedentis pondere*, exc. R. 12, qui pro *præcedentis* dat *præcedentibus*. Ed.

5. *Id est, pes sibi*. Turic. Camp., *idem p. s.* Guelf., *pes* (solum) *s.* Jens., *p. idem s.*, cum edd. ante Ald. *Idem idem p.*, Flor. *Idem pes idem s.*, Goth. (err. Gesn.) cum Voss. 2. Eodem redit cum Flor. *Id est idem p. s.*, Ambr. 1. Bene, sed *idem* inest in *ipse*. Reliqui *si p. idem s.*, Regio suadente.

6. *Ipse ;* sic Turic. (a pr. manu) Flor. Ambr. 1. Reliqui *ipsi*. — Sic quoque omnes nostri. Ed.

7. *Asiani*. Vide VIII, procem. 17. Exemplum a Cicerone positum est Orat., c. 63. Sed mox, *Omnes.... superabat*, unde sit ignoro.

8. *Accipiet ;* sic Vall. lib. Jens. *Vel acc. ;* sic RR. 8, 9, 12, Camp. Andr. *Ut acc. ;* sic RR. 7, 10, 11. Ed.

ante se choreus et pyrrhichium, *Omnes prope cives virtute, gloria, dignitate superabat;* cludet et dactylus, nisi eum observatio ultimæ creticum facit, ut, *Muliercula*[1] *nixus in littore;* habebit ante bene creticum et iambum, spondeum male, pejus choreum. Cludit amphibrachus, *Q. Ligarium in Africa fuisse;* si non eum malumus esse bacchium: non optimus est trochæus, si ultima[2] est brevis, quod certe sit necesse est; alioqui quomodo claudet, qui placet plerisque, dichoreus? illa observatione ex trocheo fit anapæstus: idem trochæus præcedente longa fit pæon, quale est, *Si potero*[3], et, *Dixit hoc Cicero, Obstat invidia;* sed hunc[4] initiis dederunt: cludet[5] et pyrrhichius choreo præcedente; nam sic pæon est[6]: sed[7] omnes ii, qui in breves excidunt, minus erunt stabiles; nec alibi fere satis apti, quam ubi cursus orationis exigitur, et clausulis non intersistitur. Creticus et initiis[8] optimus, *Quod precatus a diis immortalibus*

105 106 107

1. *Ut, Muliercula.* Turic. inserit *de ultimæ syllabæ pes una;* item Flor., nisi quod *pro* cum Alm. A sec. manu uterque *ultima syllaba*, et sic Camp. cum Voss. 2 (ex Goth. *unica* pro *ultima*). Abesse hæc videntur ab Ambr. 1. Glossam Gesnerus interpretatur; ego miro quodam errore huc tracta suspicor verba infra (§. 109) posita: *duæ ultimæ syllabæ pro una.* — *Muliercula.* Cic. Verr. V, 33. Ed.

2. *Si ultima.* Ambr. 1 inserit *ulla est*, omisso mox *est* ante *brevis.*

3. *Si potero... invidia.* Hæc ficta sint e vestigio, an petita alicunde, et ex quo potissimum oratore, quærere non vacat. Primum quidem suspicor esse Porcii Latronis. Vide lib. IX, cap. 2, §. 91. Attende autem litteram o hic vulgo correptam, et vide ad lib. VIII, cap. 6, §. 73.

4. *Hunc.* Turic. (a prima manu) Flor., *huc.* Reliqui *hoc.* Nos mutavimus. Ita §. 119. Goth. (tac. Gesn.) *huc* pro *hunc.* — *Hunc.* I. e., pæonem primum.

5. *Cludet;* sic Turic. (a pr. manu) Flor. Reliqui *cludit.*

6. *Sic pæon.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *si p.*, cum Goth. Voss. 2, et editt. ante Ald. Correxit Regius. Ambr. 1, *et si p.*

7. *Est: sed;* sic Turic. Ambr. 1, cum Alm. Ille a sec. manu *esset*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. *Est si*, Flor.; a sec. manu *est et si.* Reliqui omittunt *sed.* — Omittunt quoque nostri. Ed.

8 *Et initiis;* sic Turic. (a prima manu) Flor. Reliqui *est i.* — Solus R. 11, *et initiis.* Ed. — *Quod preca-*

sum; et clausulis, *In conspectu*[1] *populi romani*[2] *vomere postridie:* apparet vero, quam bene eum præcedant, vel anapæstus, vel ille, qui videtur fini aptior[3], pæon: sicut[4] et se ipse sequitur, *Servare*[5] *quam plurimos;* sic melius[6], quam choreo præcedente[7], *Non turpe*[8] *duceret?* si ultima brevis pro longa[9] fit: sed fingamus[10] sic, *Non turpe*[11] *duceres*[12]: sed hic est illud inane, quod

tus. Cicero pro Murena, initio. Ed.

1. *In conspectu.* Cicero, Philipp. II, 25. Ed.

2. *Populi romani.* Turic. Flor., *populis;* a sec. manu uterque *populi,* et sic Goth. (tac. Gesn.). Camp. cum Voss. 2. Inest *romani* illi veterum *s.* — RR. 7, 10, 11, 12, *populi romani.* Tò *romani* omittunt cæteri. Ed.

3. *Fini aptior.* Turic., *sine aptios.* Flor., *fine aptios.* Uterque a sec. manu *fine aptior,* et sic Guelf. Goth. Voss. 2, Jens. (tac. Gesn.) Tarv. In Guelf. priores verbi *videtur* syllabæ omittuntur, lacuna fere nimia. Suspicor a Quint. fuisse *judicatur.*

4. *Sicut;* sic Camp. cum Goth. Voss. 2. Sed Turic. Guelf., *sunt.* Reliqui *sed.* — Eadem nostri. Ed.

5. *Servare.* Cicero pro Ligario, extr. Ed.

6. *Sic melius.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. Ven., *sit m.,* cum Gothano, Voss. 2. Correxit Regius, sed in notis etiam Venetus. — Nostri omnes *sit melius.* Ed.

7. *Præcedente, Non;* sic Turic. Flor. Guelferb. Camp. cum Goth. Voss. 2, Alm. Reliqui inserunt *Quis.* Mox tamen, §. 108 iterum, omnes habent pronomen. — Nostri omnes inserunt *Quis.* Ed.

8. *Non turpe duceret.* Est ex eodem Philippicæ II loco, unde *postridie.* Creticum ita demum efficit, si extremam vocis *duceret* longam sumpserit, quod ni concedatur, fingere jubet *duceres.* Suspicor autem pro hisce *si ultima... Sed* legendum esse *sive u... Sive* (vel *seu*). Est autem prope nimius in inculcando illo de ultima producenda præcepto, quamquam nec probat. Vide §§. 93, 94, 103, 104, 105.

9. *Pro longa.* Turic., *præ longa;* a sec. manu *prælongam.* Camp., *prælonga.* Guelf. Venet., *præcedens l.,* cum Voss. 2, et Basil. margine. (Goth. hæc omnia *si ultima... turpe duceres* omittere narratur (vide §. 103; inprimis VIII, 3, 18). Jenson. (tac. Gesn.) *pe l.,* cum edd. ante Bad. pr. qui *penultima l.,* cum edd. Vidov. et Colon. margine. — RR. 7, 11, *præ longa.* Reliqui *præcedens longa.* Ed.

10. *Sic, Non.* Tur. Flor. Ambr. 1, Guelf. (hic etiam omittit *Non*) Camp. Jens. (tac. Gesn.) *si non,* cum Voss. 2, et edd. ante Bad.

11. *Turpe.* Jens. (tacente Gesn. et err. in nota) *turpes,* cum edd. posterr. ante Basil., exc. Veneta.

12. *Duceres;* sic Turicens. Flor. Ambr. 1. *Ducerent,* Bad. uterque. *Ducere,* Guelf. ut et mox, et ibi Turic. quoque cum Flor. Reliqui

dixi[1]; paululum enim moræ damus inter ultimum ac proximum[2] verbum, et *turpe*[3] illud intervallo[4] quodam producimus: alioqui sit[5] exsultantissimum, et trimetri finis, *Quis non turpe duceret?* sicut illud, *Ore*[6] *excipere liceret*, si jungas, lascivi carminis[7] est; sed interpunctis quibusdam et tribus quasi initiis, fit plenum auctoritatis. Nec ego, quum præcedentes pedes posui, legem 109
dedi, ne alii essent; sed quid[8] fere accideret, quod[9] in

duceret, neque enim *diceret* Ald. aliive, err. Burm. — Nostri *duceret*. Hæc et nonnulla alia omisit R. 8. Ed.

1. *Quod dixi.* §. 51. Unice huc facit locus a Gesnero solo excitatus Ciceronis in Orat., c. 66: « Ex hoc « genere illud est Crassi *Missos faciant Patronos: ipsi prodeant.* Ni« si intervallo dixisset *ipsi prodeant*, « sensisset profecto, effugisse se« narium. »

2. *Ac proximum;* sic Guelf. Gothan. (tac. Gesn.) Reliqui *atque*.

3. *Et turpe.* Guelf. solus, quantum video, *ut t.*

4. *Intervallo quodam;* sic Jens. Ald. *Intervallo quoad;* sic Vall. lib. RR. 8, 9, 10, 11, 12. *Intervallo quod alio;* sic R. 7. Ed.

5. *Alioqui sit.* Turic. Guelf., *alio quod.* Flor., *alio quid si.* Camp., *alioquin.* Etiam Goth. cum Voss. 2, omittit *sit.* Latere tamen puto verbum in vetustissimis scripturis. — Nostri omnes omittunt *sit*, nec loco illius aliud verbum habent. Ed.

6. *Ore excipere;* sic Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Alm. et edd. ante Ald. Reliqui inserunt *spiritum*, Regio jubente. — Nostri dant receptam a Spald. lectionem, exc. Vall. lib., qui in margine sic habet: *ore spiritum excipere sibi liceret.* Ed. — *Ore excipere.* Verr. V, 45. Hic quidem interjectum illud in Ciceronis libris *sibi* inter *exc.* et *lic.* non facit nullum momentum, ut vix liceat memoriam Quintiliani solam accusare. Fortasse igitur dedit, quod sui libri ostenderent. Vide Serv. ad Æneid. IV, 685, qui et ipse citat *ut extremum filiorum spiritum ore excipere liceret.* Lascivum profecto carmen manifestius in Quint. ratione, ubi ionicus a minore, sive pæon tertius, excipit ionicum a majore. Interjecto *sibi*, cujus ultimam in communi quidem sermone semper correptam fuisse existimo, augetur sane brevium concursus, sed carminis formam minus expressam crediderim.

7. *Carminis est; sed.* Turic. Florent. Guelferb. Camp. omittunt *est*, cum Goth. Voss. 2, Alm. Fortasse *sed* expungendum. — Nostri quoque *est* non habent. Ed.

8. *Sed quid.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) Camp., *q. s.* Guelf., *quid si id.*, et hoc inventum in suis libris corrigebat Venetus.

9. *In præsentia.* Turic. Ambr. 1, Guelf., *ut pr.*, cum Goth. Voss. 2. *Ne pr.*, Jens. Tarv.; modo *quid* quoque Ambr. 1. — Nostri omnes *ut in præsentia.* Ed. — *Quod in præ-*

præsentia videretur optimum, ostendi: et quidem[1] optime est sibi junctus anapæstus, ut qui sit pentametri finis, vel rhythmus[2] qui nomen ab eo traxit[3], *Nam*[4] *ubi libido dominatur, innocentiæ leve præsidium est;* [5]nam synalœphe[6] facit, ut[7] duæ ultimæ syllabæ pro una so-
110 nent[8]. Melior[9] fiet præcedente spondeo, vel bacchio[10]; ut

sentia. Suspicor fuisse *et quid in præsentia* (fortasse et *ut in p.*) *v. o.* Locutioni *in præsentia* inest levis contemnendi color, quasi acquiescentis quidem in re, quam tamen non probet, quamque aliquando futuram meliorem exspectet. Vide X, 7, 22. *Præcedentes* autem pedes quos dicat Noster, dubitari potest. Congruat maxime, si accipiantur omnes clausularum pedes, de quibus adhuc egit; ut *præcedentes* sint pro *supra dictis.* Hoc tamen ut per latinitatem liceat, vereor. Restat ut ii intelligantur, qui præcedunt extremos, et horum etiam in sequentibus mentio.

1. *Et quidem optime.* Turicens. Florent. (hic quidem a pr. manu) Guelf., *quidem opinione,* cum Almelov. *Et quod,* Camp. Locus non est sanus, quum in iis, quæ continuo subjiciuntur, manifesta insit reprehensio (vide et §. 110), quæ non coit cum illo *optime.* Simplicem medelam reperio hanc, *Non quidem optime.* Vide §. 105.

2. *Vel rhythmus... traxit.* « Per « *rhythmum anapæsticum* significa« re videtur *carmen anapæsticum* « *monometrum,* quod constat duo« bus *anapæstis.* » Pseudo-Turnebus. Pentametri rationem, quam probat Quint., vide ad §. 98.

3. *Qui... traxit.* Turic. Florent. (sed hic *qui,* cui par omnino Alm. vide §. 99; item 111) Guelf. Camp., *quod... transit,* cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. Correxit Regius. Capper. quidem videtur *cui n. a. e. transit* « non parum » (id est multum) « probabilitatis habere. » — Nostri omnes sic habent: *quod nomen ab eo transit.* Ed.

4. *Nam ubi.* Illud Crassi est apud Cicer. Orat. cap. 65. Ed.

5. *Nam.* Turic., *itam.* Flor., *ita* (a pr. manu). Ille a sec. manu *ita in,* et sic Guelf. Camp. cum Goth., nisi forte erravit Gesn.; notavi enim aliquid obscurius. *Ita enim,* Obr. Si quid mutandum, scribam *Illa enim.* Venetus in notis, « Tollatur « ita m et ascribatur nam. »

6. *Synalœphe.* Vide I, 5, 17; IX, 4, 36. Ed.

7. *Ut duæ ultimæ;* sic Flor. (a sec. manu) Obr. A pr. quidem manu Turic. Flor., *ut de u.* (cum Veneto, qui in nota: « unde: emen« detur ut duæ ») a sec. ille *unde u.*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Reliqui omittunt *duæ.*

8. *Sonent.* Turic. Flor. Guelf. Camp. (sed hic addit continuo *poni,* manifesta correctione, quem diserte revincit Venetus, nostrum reponens et proscribens *poni*) *solent,* cum Goth.

9. *Melior;* sic Turic. Flor. Ambros. 1, Guelf. cum Goth. Voss. 2, Alm. Jens. Tarv. Reliqui *mollior.* — Nostri *melior.* Ed.

10. *Vel bacchio.* Turic. Flor. (hic

si mutes[1] idem, *leve innocentiæ præsidium est:* non me capit[2], ut a magnis[3] viris dissentiam, pæon, qui est ex tribus brevibus et longa; nam est et ipse[4] una plus brevi anapæstos[5], *facilitas* et *agilitas:* quod [6]quid [7]ita placuerit iis[8], non video, nisi quod illum fere probaverint[9], quibus loquendi[10] magis, quam orandi studium

a pr. manu) Guelf. Camp. omittunt cum Alm. Male profecto, et videtur tueri Ambr. 1.

1. *Mutes idem, leve.* Turicens., *mittes l.* Flor. (a pr. manu) *mites l.* Guelf. Camp., *mutes l.*, cum Alm.

2. *Non me capit... pæon.* Fateor satis insolentem mihi videri hunc *capiendi* usum, ubi res aliqua, nec alius ea affectio, vel virtus, sed ipsa per se, *capere* dicitur aliquem. Accedit huic loquendi novitati locus Nostri X, 1, 44, *quosdam elatior ingenii vis... capit*, longe tamen minore audacia. Sententia quidem non potest latere, quam vel illius loci gemina verba declarant: *delectant, sunt... amatores;* ut, qui solus hæc illustrare dignatus sit, Venetus ille commentator, tamen aberraverit, interpretans: *non me decipit.* Voculam *ut* optime hic agnoscas pro *quamquam.* Illos autem *magnos viros* vide §§. 87, 88.

3. *A magnis viris.* Scilicet Aristoteles, Theodectes, Theophrastus, qui *pæona* summopere probant; sed Noster astipulatur hic opinioni Ciceronis, qui *pæona* non tantopere laudandum arbitratur. Ed.

4. *Est et ipse.* Postremum pro *ipsa* reposuit Regius Aldo primum recipiente, nullo præeunte meo MS. nisi forte Ambr. 1. Sed *et* dant Turic. Flor. Guelf. Camp. Venet. cum Basil. Obr. Reliqui omittunt copulam. — Nostri omnes *nam est et ipsa.* Ed. — *Nam est et ipse... anapæstos.* Hoc eo spectat, quod anapæstum jam improbarat (§. 109), ut ne posset placere pes, qui *una plus brevi* idem esset displicenti. Attende autem brevitatem, morosæ sane logicæ adversantem, in isto *plus.*

5. *Anapæstos;* sic Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. cum Goth. Vall. Gesn. Bip. *Anapæstus*, Camp. Reliqui *anapæsto.* Terminatio græca narratur plerumque esse in Turic. et erat modo in Guelf. Credibile est, ipsum quoque scriptorem, velut in *cludendi* verbo, non sibi constitisse per omnia, quamquam et plurimus esse potest noster transcribentium et edentium error, quem cavere omnem nimia fuerit miseria. Vide §. 128; item IX, 1. 4. — Nostri Codd. *anapæstos.* Ed.

6. *Quod quid.* Turic. Florentin. Guelferb., *quicquid*, cum Almelov. Vide §. 84.

7. *Quid ita.* Id est, cur. Vide lib. II, cap. 4, §. 26.

8. *Iis;* sic Guelf. Goth. Jenson. (tac. Gesn.) cum edd. ante Gryph. *Is*, Turic. Flor. Reliqui *his.*

9. *Probaverint* Turic. (a pr. manu) *probaverit*, cum Goth. Gesnerus recte censet legendum *probaverunt.* An erat *probarunt?*

10. *Loquendi magis, quam orandi.* Gesnerus huc vocat §§. 88, 131. Vide dicta ad IV, 2, 118.

111 fuit: nam et ante se brevibus gaudet pyrrhichio, vel choreo[1], *mea*[2] *facilitas, nostra facilitas;* ac, præcedente[3] spondeo, tamen[4] plane finis est trimetri, quum sit per se quoque: ei contrarius principiis merito laudatur: nam et primam stabilem, et tres celeres habet: tamen
112 hoc quoque meliores alios puto. Totus vero hic locus non ideo tractatur a nobis, ut oratio, quæ ferri[5] debet ac fluere, dimetiendis pedibus ac perpendendis syllabis consenescat; nam id quum miseri[6], tum in minimis
113 occupati est: neque enim, qui se totum in hac cura consumpserit, potioribus vacabit; si quidem relicto rerum pondere ac nitore contempto, *tesserulas*[7], ut ait[8] Lu-

1. *Vel choreo;* sic Turic. Flor. Guelf. Reliqui *et c.* — Eadem nostri. Ed.

2. *Mea facilitas, nostra facilitas.* Turic. Flor. (hic a sec. manu) Guelf., *nec facilitas.* Flor., *neo fac.* Camp., *nec nostra f.*, et sic Gothan. cum Voss. 2. *Ne nostra f.*, Venet. *Nostra f.*, Jens. cum edd. ante Bad. qui *mea vel nostra f.*, cum editt. ante Gryph. (1544).

3. *Ac, præcedente;* sic Turicens. Flor. Guelf. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. cum Goth. Voss. 2. Ex Almel. diserte *at* (vide §§. 109, 130) Camp., *a p.* Reliqui *At p.* — Nostri *ac præcedente.* Ed.

4. *Tamen;* sic Turic. Flor. Guelferb. Camp. cum Gothan. Voss. 2, Alm. et Jens. Tarv. Ven. Reliqui *tum.* — Nostri *tamen.* Ed. — *Ac præcedente... tamen.* Si maxime concursum tot brevium vites spondeo præmittendo, tamen nullam dignitatem habebit numerus, quippe iambicus. Vide §§. 88, 108. Quæ quidem subjiciuntur *quum... queque*, necessaria sane non erant, ferri tamen possunt, sic ordinata ut Gallæus volebat, cujus rationem primus expressi. Pæon quartus enim quacunque tandem syllaba præcedente, per se jam facit finem trimetri. Pessime autem verba *ei contrarius* hisce nostris junguntur a reliquis quidem in fine prioris sensus, a Gesnero in initio insequentis. Ordienda est nova tractatio pæonis primi, qui Quint. non adeo displicet.

5. *Ferri.* Turic. Flor. Ambros. 1, Guelf., *ferre.* Camp., *fieri.* — *Ferri ac fluere.* Vide §. 18.

6. *Quum miseri;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Alm. Vidov. Obr. Reliqui *tum m.*

7. *Tesserulas;* sic appellat lapillos quadratos, apte formatos, quibus struuntur pavimenta, quæ dicuntur *tessellata. Vermiculatum* appellamus opus, quod constat minutis quidem, sed variis formis, repræsentatque diversas species. Turn.

8. *Lucilius.* Vide Ciceronem de Oratore, lib. III, cap. 43. Orat. cap. 44.

cilius, struet, et *vermiculate* inter[1] se *lexis*[2] committet: nonne ergo refrigeretur sic calor[3], et impetus pereat, ut equorum[4] cursum delicati[5] minutis passibus frangunt? Quasi numeri[6] non fuerint in compositione[7] de- 114
prehensi: sicut[8] poema nemo dubitaverit [9] imperito

1. *Inter.* Turic. Flor. Guelferb. Camp., *in*, cum Gothan. Voss. 2, Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Ald. Correxit Regius. — Nostri *in*. Ed.

2. *Lexis;* Sic MSS. et excusi ante Gryph. Reliqui *lexeis*. — Sic quoque omnes nostri. Ed.

3. *Sic calor.* Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *si c.*, cum Voss. 2, et edd. ante Ald. — Nostri quoque *si*, exc. Vall. lib. qui *si*, vel *sic* omittit. Ed.

4. *Equorum cursum... frangunt.* Designantur asturcones, vel tolutarii equi, de quibus agit Plinius H. N. VIII, 42, 67, p. Hard. 468. Vide lexica in voce.

5. *Delicati minutis passibus frangunt;* sic Ambr. 1, Loc. Rusc. Basil. margo; item Jens. Tarv., nisi quod *minutibus*. Turic. Flor., *dirigati minut* (F. *minuit*) *his passibus ut equorum cursum frangunt.* A sec manu uterque *dirigat imminuit* et *frangat*. Guelf., *dirigat ut minuit iis passibus ut æquor cursum frangat.* Camp. ante hæc pro *cursum* dat *impetum* et deinde *qui dirigit imminuit et passus qui æquat, cursum frangit.* Goth., *dirigat utimur his passibus ut equorum frangat.* E Voss. 2 eadem, nisi quod *dirigit* et *cursum* inserit ante *frang*. E Vall. plane Goth. ratio, inserto tamen *cursum* et *frangant* plurali numero. Venetus omnino ut Camp. nisi quod *æque* pro *æquat;* item Ald. excepto quod *minuit*. Obr., *qui dirigit minutis passibus frangat.* Reliqui *qui dirigit minuit et passus qui æquat cursum frangit.* Almel. turbas dare narratur. Verba tria *ut equorum cursum* a librario male repetita tantos fluctus in simpulo excitarunt.

6. *Numeri non fuerint.* Turicens. Flor. Ambr. 1, Guelf., *vero fecerint* (sed Ambr. 1 subjicit illis *sint*) cum Goth. Voss. 2. *Non fecerint*, Camp. *Non fuerint*, Jens. cum edd. ante Ald. Nostrum ex emendatione Regii, non dura quidem illa, quum in *vero* non solum *non* possit latere, verum etiam *numeri*, quod vocabulum corruptum sit litteris illis *ver*, quum *o* esset *non*. Confusio autem τῶν *fecerint* et *fuerint* frequens. Vide Drakemb. ad Liv. XL, 50, 5; item nos ad Quintil. VI, 1, 19. Ex *sint* isto Ambr. nihil erno. — Nostri omnes *vero fecerint*. Ed.

7. *In compositione.* Quum jam composita esset oratio cujusque, qui quidem inter ipsum negotium ordinandarum vocum nullam propriam habuisset numerorum curam, neque eos intellexisset.

8. *Sicut poema... generatum.* Non caret veri similitudine, hæc scribenti Nostro obversatum esse locum Aristotelis Poet. c. 4, p. Buhl. 201. Κατὰ φύσιν δὲ ὄντος ἡμῖν τοῦ μιμεῖσθαι καὶ τῆς ἁρμονίας καὶ τοῦ ῥυθμοῦ... ἐξ ἀρχῆς οἱ σφοδρότερον πρὸς αὐτὰ μάλιστα, κατὰ μικρὸν προάγοντες, ἐγέννησαν τὴν ποίησιν ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων.

9. *Imperito.* Turic. Flor., *peritu-*

quodam initio fusum, et aurium mensura, et similiter decurrentium spatiorum observatione esse [1] generatum, mox in eo repertos [2] pedes [3]: satis igitur in hoc [4] nos componet [5] multa scribendi exercitatio, ut ex tempore
115 etiam simîlia fundamus. Neque vero tam sint intuendi pedes, quam universa comprehensio: ut versum facientes totum illum decursum, non sex, vel quinque partes, ex quibus constat versus, aspiciunt [6]: ante enim carmen ortum est, quam observatio carminis: ideoque [7] illud

..... Fauni [8] vatesque canebant.

116 Ergo quem in poemate locum habet *versificatio*, eum in oratione *compositio:* optime autem de illa judicant aures, quæ plena [9] sentiunt, et parum expleta deside-

ra, cum Almel.; a sec. manu uterque *perituro* (et hæc eorum secunda manus est in Guelf.) alteri superscriptum præterea « vel *perito* » et sic Ambr. 1, Camp. cum Gothan. Voss. 2, et edd. ante Bas. Nostrum est ex emendatione Cœlii Rhodigini LL. AA. VII, 4, p. 323, qui utitur loco Aristotelis. Vetustissime illi scripturæ an insit aliquid vocabuli *natura*, *naturæ*, quod interciderit, dubitari potest.—Nostri habent alii *perito*, alii *perituro*. Ed.

1. *Generatum*. Camp., *gravatum*, cum Gothan.

2. *Repertos*. Turic. Flor. (hic a pr. manu) Guelf., *raptos*.

3. *Pedes*. Turic., *pes*. Flor., *spes*. a pr. manu uterque.

4. *Hoc nos*. Turic. Flor. (hic a pr. manu) Guelf. Camp., *nos*. Goth., *hoc*, cum Voss. 2. — Nostri omittunt *nos*, exc. R. 11. Ed.

5. *Componet;* sic Turic. Florent. Ambr. 1, Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Voss. 2, Obr. Reliqui *componit*. — Nostri omnes Codd. *componet*. Ed.

6. *Aspiciunt*. Turic. (a secunda manu) Guelf. Camp., *aspiciant*. Magis ferri potest conjunctivus *sint*, quamquam et ibi malunt quidam *sunt*. — Nostri omnes *sint*. Sed alii *aspiciunt*, alii *aspiciant*. Ed.

7. *Ideoque;* sic MSS. mei et edd. ante Ald. Reliqui *indeque*, e correctione Regii. — *Ideoque illud... canebant*. Vide Cic. Orat. c. 51. *Illud* equidem non refero ad verba mox subjecta, quasi dictum Enniannum designans subaudiendo *est*, vel *legitur;* sed ad *carmen* spectare arbitror et implicitam agnosco suæ ipsius structuram versiculi, ut *canebant* jungat sibi accusativum *illud*. Vide IX, 3, 64, ubi aliquid simile.

8. *Fauni*. Turic. Flor. (hic a pr. manu) Guelf., *faciem*.

9. *Quæ plena*. Turic. Flor. (a pr. manu uterque) *quo e pena*. Ambr. 1, *q. poema*, cum Jens. (non et Goth.

rant[1], et fragosis offenduntur, et levibus[2] mulcentur, et contortis excitantur, et stabilia probant, clauda[3] deprehendunt[4], redundantia ac nimia[5] fastidiunt: ideoque docti rationem componendi intelligunt, etiam indocti voluptatem. Quædam vero tradi arte[6] non possunt: 117
mutandus[7] est casus[8], si durius is[9], quo cœperamus, feratur: num[10], in quem transeamus ex quo, præcipi potest? figura[11] laboranti[12] compositioni variata[13] sæpe succurrit[14]: quæ quum orationis, tum etiam sententiæ?

err. Gesn.) et edd. posterr. ante Aldum. *Quæ plane*, Camp. A Badio inde inserunt *et*.—Nostri receptam habent. Ed.

1. *Desiderant*. Gothan. Voss. 2, *considerant* (vide §. 86). Sed suadet etiam Venetus in notis. — Eadem nostri. Ed. — *Desiderant*. Interpretationem pete ad I, 8, 13.

2. *Levibus*; sic. MSS. omnes (quamquam Gothan. Voss. 2, non memorantur) et excusi ante Rusc. exc. Locat. Reliqui *lenibus*, jubente Regio. Ante hanc vocem *et* omittunt itidem omnes ante Bad.—Solus R. 10, *levibus*. Reliqui *lenibus*. Ed. — *Lævibus*. Opponuntur *fragosis levia*, sed syllaba prima longa. Ita Diomedi grammatico « fragosi « sunt » versus « qui *illevigato* so- « no et incondito variantur. » Vide Bentl. ad Horat. ad Pison. vers. 26. *Contorta* autem cum laude dicuntur. Vide §§. 8, 55.

3. *Clauda*. Turic. (a pr. manu) Ambr. 1, Florent., *claudant*. Hic a sec. manu *claudat*.

4. *Deprehendunt*. Turic. Florent., *deprehendit*. Hic a sec. manu *et reprehendit*.— Nostri *deprehendunt*, exc. R. 11, qui *reprehendunt*. Ed.

5. *Ac nimia*; sic Turic. Florent. Ambr. 1, Guelf. Camp. Reliqui *et n.*

6. *Tradi arte*; sic MSS. omnes et edd. ante Basil. Reliqui *a. t.*

7. *Mutandus*. Camp., *imitandus*, quem errorem in quibusdam notat Regius. — Nostri *mutandus*. Ed.

8. *Casus*. Intellige, ait Rollinus, *casum* vel nominum, vel periodorum. Ed.

9. *Durius... feratur*. *Dure ferre* pro *ægre* videtur nove dictum.

10. *Num,... potest*. Daniel ab Hoven tentat: « Num in quem trans- « eamus *ex æquo* » (vel) « *æque* » (pro *ex quo*) « præcipi potest. » — Nostri omnes receptam habent. Ed.

11. *Figura*. Turic. Flor. (a pr. manu uterque) *figurant*. Ille a secunda manu *figuram*, et sic Guelf. cum Alm. Nostrum Locat. Ven. Rusc. Reliqui *Figuræ*.—*Figura... succurrit*. Vide IV, 2, 118.

12. *Laboranti compositioni*; sic Flor.; a sec. manu *laborant et c.*, et sic Camp. cum Gothan. Voss. 2. *Laborant c.*, Ambr. 1. *Laboranti et c.*, Turicens. Guelf. cum edd. ante Ald. Reliqui *l. etiam c.*

13. *Variata*; sic Turic. Florentin. Guelf. Camp. cum Almel. Voss. 2, Goth. et edd. ante Ald. *Compositio invariata*, Ambr. 1, Reliqui *variatæ*.

14. *Succurrit*; sic Flor. Ambr. 1. Reliqui *succurrunt*. Singularem in

num[1] præscriptum ejus rei ullum est? occasionibus
118 utendum, et cum[2] re præsenti deliberandum. Enimvero[3] spatia ipsa, quæ in hac[4] quidem parte plurimum valent, quod possunt[5], nisi aurium, habere judicium? cur alia paucioribus verbis satis plena, vel nimium, alia pluribus brevia et abscisa[6] sunt? cur in[7] circumductionibus, etiam quum sensus finitus est, aliquid
119 tamen loci vacare videatur[8]? *Neminem vestrum igno-*

figura imperabat perspicuitas, commendabat concinnitas, quum idem modo fuisset in *casu*.

1. *Num... ullum.* Camp., *nam... nullum*, cum Andr. Locat. Venet. Rusc. *Num... nullum*, Florent. cum Goth. Voss. 2, Jenson. Tarv. Pro *præscriptum* Voss. 2, Jens. Tarv. *scriptum*. Goth. nulla mentio (vide §. 116). Veram censeo Campani rationem. Satis erat semel interrogasse: *Quæ... sententiæ?* Nec decet ista nimia similitudo *num... præcipi potest? num præscriptum... ullum est?* Minus conducat loco *num* mutare in *non*.

2. *Et cum.* Goth. omittit *et*, cum Voss. 2. Sed mox §. 118. *Parte* Voss. 2 omittere narratur, Goth. non item. — *Cum re... deliberandum.* Vide IV, 2, 101.

3. *Enimvero.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp., *etiam v.*

4. *Hac... parte.* Vide not. ad II, 16, 18. *Spatiis* autem, quæ hic tanguntur, non equidem credo ipsam syllabarum quantitatem significari, quæ etsi aurium sane habet judicium, tamen ita definita est antiquitus, ut varietatis nihil fere admittat. Referam igitur ad intervalla pronunciandi, unde existit *inane illud*, de quo §. 108.

5. *Possunt;* sic Guelf. et procul dubio Ambr. 1, cum Jens. et editt. posterr. ante Obr. *Possit*, Turic. (a pr. manu). Reliqui *possint*.

6. *Abscisa;* sic Turic. Ambr. 1. Reliqui *abscissa*. Vide I. F. Gronov. et Drakenb. ad Liv. XLIV, 5, 5, et VV. DD. ad Vellei. II, 66, 2; item Nostr. VIII, 3, 85. Quis vero unquam *præscisse?* Nec quisquam *circumscisse*. VIII, 3, 81.

7. *In circumductionibus.* « De hujusmodi circumductionibus infra » [§. 124] « sic loquitur *Genera... circumducitur:* unde patet circumductionem esse quoddam periodi genus. » [Vide et XI, 3, 39.] « Et certe paulo post initium hujus capitis ita scripsit Fabius: περίοδον... *circumductum*, » [§. 22] « etc. non est igitur omnino confundenda Fabii circumductio cum Hermogenis περιζωλῇ, quæ pars est, vel species τοῦ μεγέθους, illius dicendi formæ [stylum vulgo vocant] quam reliqui rhetores amplam, uberem copiosam (τὸ εὐρὺ) solent appellare. Legesis Hermogenem περὶ ἰδεῶν, *de variis dicendi formis*, lib. 1, cap. 11. » Capperonnerius. Vide Ern. in Lexico Technol. Latin. v. *circumductio*, qui paulum recedit ab hoc, *circumductionem* simplicem agnoscens *periodum*.

8. *Videatur;* sic Turic. Florent.

rare arbitror, judices, hunc per hosce dies sermonem vulgi, atque hanc opinionem populi romani fuisse: cur *hosce*[1] potius, quam *hos?* neque enim erat asperum: rationem fortasse non reddam, sentiam esse melius: cur non satis sit, *sermonem vulgi fuisse?* compositio enim patiebatur: ignorabo[2]; sed ut[3] audio hoc, animus accipit plenum sine hac geminatione non esse. Ad[4] sensum igitur referenda sunt: nequeas[5] satis forte, 120

Ambr. 1, Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Stoerium. Reliqui *videtur.*—Nostri omnes *videatur.* Ed. — *Neminem vestrum.* Principium libri primi in Verrem.

1. *Hosce.* Daniel ab Hoven *hosce* pro *hos* a Cicerone scriptum existimat ad vitandum confluxum monosyllaborum (vide §. 42).

2. *Ignorabo;* sic Ambr. 1, et conjecerat Gesner. Reliqui *ignorabam.*

3. *Sed ut;* ita Turic. Sed idem a pr. manu, Flor., *sed ita.* Reliqui *sed ita ut.*

4. *Ad sensum.* Omittunt *ad* Guelferb. Camp. cum Goth. A pr. manu Turic., *adsensum;* a sec., *assenssum.*—*Ad sensum... referenda.* Vide VIII, 3, 19.

5. *Nequeas... facias quidem.* Turic. (hic pro *quidem* a pr. manu *qui de*) Flor. (hic *faciant* a prima manu, a sec. *facient*, uterque autem *juc. sint* a pr. manu) Ambr. 1 (hic *qui* pro *quis*) *nequis s. f. q. s. q.* (Turic. *quod*) *j. s. intellegent facient q.* A secunda manu primorum uterque *intellegere.* Turic., *faciat.* Guelf. Camp., *ne quis s. f. q. s. q. j. s. i. faciat q.*, cum Voss. 2, Gothan. Jens. (err. Gesn.) et edd. ante Bad. exc. Venet. quæ mira audacia pro *faciat quidem* hæc: *quod fit quod.* Commentator autem in notis ad *faciat quidem* « legendum « puto audeat quod fit. » Pro *quidem* et Camp. *quod.* Bodl. itidem *ne quis.* Obr., *nequeat quis... faciat q.* Ad hunc locum Regius desperationem testatus erat, cujus nota parum recte posita est a Burm. MSS. quidem omnes *ne quis* diremptim scribunt, et Badius, opinor, primus inde secundam personam extudit, cui deinde accommodaret *facias,* mox Basileensi conjunctivum etiam *nequeas* faciente. Equidem hæc eruo: *Nec qui s. f. q. s. q. j. s. intelligent facient q.* Interpretor autem: « Et si qui forte parum... intelligent, facient quidem... sed, « etc. » Durissimam hic sponte agnosco distractionem voculæ *nec,* per quam copula quidem ad totam sententiam, negatio autem ad solum adverbium *satis* refertur; sive malis dicere negationem subsistere ad *intelligent,* non transire ad *facient.* Memini de hac struendi licentia supra alicubi me agere, sed frustra nunc quæro; et consulendus est Vossius de Constructione, pag. 598. *Forte* quoque nonnisi ægre fertur in hac constitutione, ut *qui forte* dictum sit pro *si qui forte.* Sed longe minus defendi potest in vulgata, ubi plane novitius est usus pro *fortasse,* quod erat modo ad

quid severum, quid jucundum sit, intelligere: [1]facias quidem natura duce melius, quam arte[2]; sed naturæ
121 ipsi ars inerit. Illud prorsus oratoris, scire[3] ubi quoque genere compositionis sit utendum: ea duplex observatio; altera, quæ ad pedes refertur; altera, quæ ad com-
122 prehensiones[4], quæ efficiuntur ex pedibus. Ac de[5] his prius: diximus[6] igitur esse *incisa, membra, circuitus: incisum*, quantum mea fert[7] opinio, erit sensus[8] non expleto numero conclusus[9]; plerisque pars membri: tale est enim, quo Cicero[10] utitur, *Domus tibi deerat?*

non reddam. Consecutio orationis nulla est in vulgata, ubi *quidem* debebat esse *tamen*. *Severum* autem et *jucundum* artis sunt vocabula, diversis componendi virtutibus designandis. Quod hic *jucundum*, alias *læti* sunt *numeri*. *Severum* vide ad §. 97. — Nostri habent alii *nequis*, alii *ne quis*. Ed.

1. *Facias.* Nostri *faciat*, except. Vall. lib. a sec. manu, qui *facias*. Ed.

2. *Arte; sed naturæ ipsi.* Turic. Flor., *artes sed naturas*. Ille a sec. manu *arte sed naturis ipsis*, cum Guelf. Jens. et edd. posterr. ante Badium exc. Venet. qui nostrum, ut et Vall. Goth. Camp. Sed Flor. a sec. manu *arte sed natura ipsi*.—Nostri receptam a Spald. lectionem habent, exc. RR. 7, 10, qui *arte; sed naturis ipsis*. Ed.

3. *Scire.* Camp. Andr. post *scire* inserunt *utile*. Ed.

4. *Comprehensiones.* Hujusmodi *comprehensiones*, inquit Capper., sunt *ῥυθμοὶ*, *numeri*. Sic paulo supra §. 115, *Neque vero tam sint intuendi pedes, quam universa comprehensio*: et *ὁ ῥυθμὸς*, *numerus*, est proprie certus quidam pedum commensus, *συμμετρία*. Ed.

5. *Ac de his;* sic Turic. Florent. Ambr. 1, Guelf. *At de his*, Camp. Reliqui *Et d. h.*

6. *Diximus igitur.* Etsi possumus sane designare §§. 60, 67, ubi hæc vocabula legerimus, quum tamen de industria hic de comprehensionibus locus nondum sit tractatus, reponendum suspicor *dicimus* (vide VIII, 6, 40). Error proclivis erat, si quis verbum jungeret *τῷ prius*, interpungens ante *igitur*, qualis diremptio est in Voss. 2.

7. *Fert.* Turic. Guelf., *refert*, cum Jens. (tacente Gesn.) et editt. posterr. ante Ald. Nostrum e Vall.

8. *Sensus non.* Turic. Florentin. Ambr. 1, Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp., *sensu n.*, cum Voss. 2, Jenson. Tarv. — Eadem nostri. Ed.

9. *Conclusus.* Turic. Florentin. Ambr. 1 (hic et modo *expletum*), Guelf. Camp., *conclusum*, cum Jenson. Tarv. *Inclusum*, Goth. Nostrum Voss. 2 (vide 117). — Easdem varias lectiones præbent nostri Codd. Ed.

10. *Quo Cicero utitur.* In Oratore, cap. 67. Sunt autem, quæ duabus hisce paragraphis recensentur, Ciceroniana ab ipso ibi posita et ex-

at habebas: pecunia superabat? at egebas: fiunt autem etiam singulis verbis incisa [1], *Diximus, testes dare volumus:* incisum est[2], *diximus. Membrum* autem est 123
sensus numeris[3] conclusus, sed a toto corpore abruptus, et per se nihil efficiens: id enim[4], *O callidos*[5] *homines,* perfectum est; sed[6], remotum a cæteris, vim non habet; ut per se manus, et pes, et caput[7]: et, *O rem*[8] *excogitatam:* quando[9] ergo incipit corpus esse? quum venit extrema conclusio, *Quem, quæso*[10], *nostrum fefellit, id vos ita esse facturos?* quam[11] Cicero

pensa. *Plurima* illa *nomina* Cicer. Orat., cap. 61.

1. *Incisa, Diximus;* sic Turicens. Flor. (a pr. manu uterque) Ambr. 1, cum Jens. et edd. posterr. ante Ald. exc. Venet. A sec. manu Flor., *i. et d.* Reliqui *i. ut d.*

2. *Incisum est, diximus.* « Non « *erat* (?) in Voss. 2. » Burm. Goth. nulla mentio. Vide modo. Apparet autem falso legi apud Cic., *cæsim diximus*, quum debeat « cæsim : *di-* « *ximus.* » Lambini margo recte.

3. *Numeris.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp., *membris,* cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. Nostrum videtur dare Vall. Emendavit Reg. — Nostri *membris,* exc. Vall. lib. a m. valde recenti, qui *numeris.* Ed.

4. *Id enim, O.* Turic. Flor. (hic cum apice in *O*) *io.* Ambr. 1, *o i.* Primus a sec. manu *ideo,* et sic Guelf. Camp. cum Voss. 2, Goth. Jens. (non superaddito *o*, ut Gesn.) et editt. ante Aldum. Hic in nostra omittit *O.* Vere nostram reposuit Regius, nam *i* illud erat *id est* pro *id enim.* Deesse hoc narratur in Alm. — Nostri *ideo,* except. Vall. lib. a sec. manu, qui *id enim.* Ed.

5. *O callidos.* Cic. pro Cornelio 2; Orat., cap. 67. Vide quoque Ciceron. fragmenta. Ed.

6. *Est; sed;* sic Ambr. 1. *Est se a,* Turic. Flor.; a sec. manu uterque *esse ac,* et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Reliqui *est at.*—Nostri omnes *esse ac.* Ed.

7. *Et caput.* In quibusdam exemplaribus post *caput* legitur *et os.* Omittunt nostri omnes Codd. Ed.

8. *Et, O rem.* Turic. Flor. Guelf. omittunt *et,* cum Goth. Voss. 2, Jens. Chouet.—Eadem Nostri. Ed.

9. *Excogitatam : quando ;* sic MSS. omnes et edd. ante Gryph. Reliqui inserunt *o ingenia metuenda* e Cicerone. — Hæc omittunt nostri. Ed.

10. *Quæso.* Turic. Flor. Ambr. 1, *quasi,* cum Alm. Voss. 2, Gothan. Jens. Tarv. Ald. *Quam,* Guelf. — Nostri *quasi,* exc. Vall. lib. qui dat *quæso.* Ed.

11. *Quam Cicero.* Ablegat Rollinus ad hunc locum in Orat., cap. 67, ubi ita Cic.: « extrema sequitur com- « prehensio, sed ex duobus mem- « bris, qua non potest esse brevior. » Dissolvenda hæc periodus, ut duo membra reperiantur: *Id fecistis: et neminem nostrum fefellit.* Ed.

brevissimam putat: itaque fere incisa[1] et membra
114 mixta sunt, et conclusionem utique desiderant. *Periodo* plurima nomina dat Cicero, *ambitum, circuitum*[2], *comprehensionem, continuationem, circumscriptionem*: genera ejus duo[3] sunt; alterum simplex, quum sensus unus longiore ambitu circumducitur; alterum, quod constat membris et incisis[4], quæ plures[5] sensus habent: *Aderat janitor*[6] *carceris, et carnifex prætoris*[7], reliqua.
115 Habet *periodus* membra minimum[8] duo: medius nu-

1. *Incisa et membra.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf., *i. e. in m.* Recepta non plane expedita, quum τοῦ *itaque* nulla fere appareat ratio: nec capio quid sit *mixta* esse incisa et membra. Goth. solus pro eo *immixta* dare narratur. A Gryph. inde ante Obr. dant *mista*. An satis fuerit reponere *et in membra immissa* (vide VII, procem. 1)? Eo deducat Cicero ipse l. c. qui « nec « ullum, ait, genus est dicendi me« lius, aut fortius quam binis, aut « ternis ferire verbis, nonnunquam « singulis, paulo alias pluribus: » (Agnoscis, puto, *incisa*) « *inter quæ* « variis clausulis *interponit* se raro « numerosa comprehensio. » Hic quidem *incisis* immittuntur membra in nostro loco vicissim. Sed ne sic quidem artum valde vinculum in *itaque*. Placet tamen et hoc, quod in hac ratione sibi respondent *et, et.*

2. *Circuitum, comprehensionem.* Turic. Guelf. Camp. inserunt *et.*

3. *Ejus duo.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *ei d.* — *Genera... duo.* Designat Capperonnerius ad hæc verba aliquot rhetorum loca, qui de μονοκώλοις periodis egerint; sunt ea: Aristot. Rhett. III, 9, 5, p. Buhl. 341. Demetr. Phal. §. 17, p. Schn. 10; item §. 34, p. 18. Cic. Orat. c. 65, extr. Aquila Rom. 18, p. Ruhnk. 161. Quum simplex, id quod aliquot horum noluerunt, admittat periodi genus, parum recte mox duo minimum ejus membra statuere videtur, nisi forte Ciceronis magis nunc rationem quam suam ipsius exponit. Saltem, quod Capperonnerius monet, facere ad molliendam de μονοκώλῳ periodo dissensionem, hanc duorum generum constitutionem, id equidem non video. Vide etiam Schneiderum V. Celeb., p. Demetr. Phal. 129 seq.

4. *Et incisis.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp. omittunt *et*, cum Goth. Voss. 2, Vall, Jenson. Tarv. Venet.

5. *Quæ plures.* Turic., *quod p.* Diomedes, pag. Putsch. 462, hæc dat *quod... habet.* Non equidem cum Capper. hanc rationem nostræ postponendam judico. Alienum enim sensus tribuere plures non periodo toti, sed membris, incisis.

6. *Aderat janitor.* Cicero, Verr. V, 45. Ed.

7. *Prætoris, reliqua;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Reliqui inserunt *et.*

8. *Minimum... numerus.* Turic.,

merus videntur[1] quatuor; sed recipit frequenter et plura: modus[2] ei a Cicerone aut quatuor senariis versibus, aut ipsius spiritus modo terminatus[3], præstare debet, ut sensum concludat[4]; sit aperta, ut intelligi possit; non immodica, ut memoria contineri: membrum longius justo[5], tardum; brevius[6], instabile est. Ubicunque acri- 126

mim ne dubio dius numerus; a sec. manu *minime dubio diversus num.* Flor., *minime dubio dius numerus;* a sec. manu *minime duo divisus medius numerus.* Guelf., *mihi sine dubio diversus n.* Camp., *sed mihi sine dubio diversus n.*, et sic Tarv.; item Venet. sed *inversus.* Voss. 2 plane ut Guelf. dedisse narratur. Nihil autem tale in Gothano (vide §. 122). Pro *minimum* dat *minime* Ambr. 1, cum Jenson. (tac. Gesn.) Nostrum solum probavit Regius. Vide lib. V, cap. 10, §. 5.

1. *Videntur;* sic Turic. (a sec. manu) Guelferb. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. Locat. Rusc. Ald. Reliqui *videtur.* — Eadem nostri. Ed.

2. *Modus... terminatus.* Vide Cic. Orat., c. 66, ubi tamen *hexametri versus* designantur, quos hic confusos cum *senariis* miror. Structura nostri loci non sane est ex tersissimis, in qua primum offendit quod *modus* terminatur *modo;* sed huic assuevimus. Deinde quid est *quod modus ille præstat, ut sensum concludat* (periodus)? Et male committitur oratio illis *ut*, quæ a se invicem pendent. Subaudiamus igitur *ut* ante *sit*, ante *non imm.* autem utrumque *ut sit.* In eo tamen ipso aliquam nostræ rationis commendationem agnosco, quia hujusmodi concinnitas non videtur forte oblata. Sic fit, ut in contorta et minus bene structa oratione acquiescam, ut earum, quæ in libris offeruntur, optima.

3. *Terminatus;* sic Turic. Flor. (a sec. manu uterque) Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Vall. Jenson. (tac. Gesn.) Tarv. Venet. Ald. Reliqui *terminatur,* ad quam vocem interpungunt. Nostram rationem, etsi non receptam, probant Badius et Gesnerus. — Nostri omnes *terminatus.* Ed.

4. *Concludat; sit aperta.* Turic., *c. sit aperta aut debet ut sensum concludat s. a.* Quid lateat in hac præpostera iteratione, cui tamen novum quid miscetur, non comminiscor. Secunda manus utrobique *sic*, et sic Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Voss. 2, et edd. ante Ald. exc. Venet.; item Camp. qui *sint.* — Nostri *sic*, exc. R. 11, qui *sit.* Ed.

5. *Longius justo.* Turic., *locis to.* Flor. (a pr. manu) *locis do.* Guelf., *loci* (vide §. 94). Camp. (per transpositionem) *tardum longius justo.* Jens. omittit *justo*, cum edd. ante Bad. exc. Venet. — Eadem nostri. Ed.

6. *Brevius, instabile.* Turic. Flor. Guelf., *brevium stabile*, cum Jens. Locat. Sed Flor. a sec. manu *brevius stabile*, et sic Ambr. 1, Camp. cum Gothano, Voss. 2, et editionibus ante Bad. sec. — Nostri Codices habent *brevius stabile est*, exceptis RR. 7, 10, qui dant *brevium stabile est.* Ed.

ter erit, instanter, pugnaciter[1] dicendum, [2]membratim cæsimque dicemus: nam hoc[3] in oratione plurimum valet; adeoque rebus accommodanda[4] compositio, ut asperis asperos etiam numeros adhiberi oporteat, et
127 cum dicente[5] æque audientem inhorrescere. Membratim plerumque narrabimus, aut ipsas periodos majoribus intervallis, et velut laxioribus nodis[6] resolvemus; exceptis quæ non docendi gratia, sed ornandi narrantur, ut in Verrem *Proserpinæ*[7] *raptus;* hæc[8] enim lenis
128 et fluens contextus decet[9]. Periodos[10] apta proœmiis majorum causarum, ubi[11] sollicitudine, commendatione, miseratione res eget: item communibus locis, et in omni amplificatione: sed poscitur[12] tum austera[13], si ac-

1. *Pugnaciter, dicendum;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Obr. ex cujus solius auctoritate abjecimus etiam post *erit* voculam *et.* Reliqui *pugnaciterque d.*

2. *Membratim.* Vide exempla apud Cicer. in orat. pro Milone, n. 37; pro Ligario, n. 9. Ed.

3. *Nam hoc... valet.* Nescio quomodo jacet hoc et languet, quod ne opus quidem fuerit dicere. An forte *altercatione* pro *oratione?* Sed manum abstineo.

4. *Accommodanda.* Hoc primus Ald. e Regii conjectura. MSS. et edd. priores *accommodata.* — Sic nostri, exc. Vall. lib., qui *accommodanda.* Ed.

5. *Dicente æque audientem.* Turic., *dicentem atque audiente;* a sec. manu *dicente*, et sic Florent. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. *Atque* etiam Jenson. Tarv. Venet. (sed hic in notis nostrum). — Nostri omnes *dicente atque audiente.* Ed.

6. *Nodis.* Turic. Guelf. Camp., *modis*, cum Goth. Voss. 2, Jens. Tarv. Venet. (sed in notis nostrum) Chouet. Nobiscum faciunt Florent. Ambr. 1. Quod modo in plerisque vett. est *narravimus*, monere vix attinet. — Nostri *modis*, exc. Vall. lib., qui *nodis.* Ed.

7. *Proserpinæ raptus.* Vide IV, 2, 19; XI, 3, 164; item III, 7, 27.

8. *Hæc;* sic Ald. et edd. hoc recentiores ante Burm. acc. Capper. Bip. de conjectura Regii. Reliqui *hic.*—Sic quoque omnes nostri. Ed.

9. *Decet.* Turic. Flor. Guelferb., *docet.*

10. *Periodos;* sic Flor. Ambr. 1, Guelf. Camp. Goth. Jens. (tacente Gesnero) cum edd. ante Gryph. Reliqui *Periodus.* Vide §. 110..

11. *Ubi.* Tur. (a pr. manu) *ibus.* Flor., *quibus*, cum Goth. Voss. 2.

12. *Poscitur.* Turic. Flor. Guelf., *possit.* Goth. (tac. Gesn.) Camp., *poscit*, cum Voss. 2, Vall. et edd. ante Ald. Correxit Regius. — Eadem nostri, nisi quod τὸ *poscitur* non reperimus. Ed.

13. *Austera.* Satis hoc accedit ad

cuses; tum fusa[1], si laudes: multum et in epilogis pollet. Totum autem hoc[2] adhibendum est, quod sit[3] amplius compositionis genus, quum judex non solum rem tenet, sed etiam captus est oratione, et se credit actori, et voluptate jam ducitur. Historia non tam finitos numeros, quam orbem[4] quemdam contextumque desiderat: namque omnia ejus membra connexa sunt, quoniam[5] lubrica est[6], ac fluit; ut homines, qui manibus invicem apprehensis gradum firmant[7], continent et continentur. *Demonstrativum* genus omne fusiores habet liberioresque numeros; *judiciale* et *concionale*, ut 129 130

severitatem illam, de qua vide §. 120. Apte autem huc advocat Gesn. αὐστηρὰν ἁρμονίαν Dionysii Halicarn., c. 22, p. Rsk. 147 seqq., vol. V.

1. *Fusa, si.* Turic. Guelf., *fusius.* Flor. (a pr. manu) *fusis.*

2. *Autem hoc adhibendum;* sic Ambr. 1. Reliqui omittunt *hoc.* — *Totum autem hoc... quod sit amplius.* Sumpsit hoc mutuum a Cicerone Orat., c. 62, « id autem » (ante appellarat *genus hoc orationis, numerosa oratio*) « tum valet, quum « is, qui audit, ab oratore jam ob« sessus est, ac tenetur. » Facilior sane erat structura, verbis *adhibendum est* subjectis demum post *comp. genus;* sed de industria videtur variasse. *Amplius* recte Venetus interpretatur, *sublimius et magnificentius.*

3. *Quod sit;* sic Turic. Florent. Ambr. 1, Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Bad. Reliqui *quo s.* — Nostri omnes *quod sit.* Ed.

4. *Quam orbem.* Turic. Florent. Guelf., *quamobrem.* Flor. a sec. manu *q. obicem*, et sic, sed in loco raso, Ambr. 1, cum Jens. Tarv. — *Orbem... contextumque.* Recte Capper. hisce comparat quam Aristoteles appellat εἰρομένην λέξιν Rhett. III, 9. Vide Ruhnk. ad Aquilam Romanum, p. 158. De *historia*, vide et §§. 18, 19.

5. *Sunt, quoniam.* Turic. Flor. (hi quidem *sint*, Turic. a pr. manu) Guelf. Ambr. 1, Camp. inserunt *et*, cum Goth. Voss. 2, Jens. (tacente Gesnero) et edd. ante Ald.

6. *Est, ac fluit.* Turic. Flor., *et hac f.* Guelf., *est hac f.* Turic. a sec. manu *et hac et hac f.* Flor. nostrum. Mox pro *ut* Turic. Flor. (a pr. manu uterque) *et.* Nimis leviter *et* illud ante *quon.* expunxit Regius, ut supervacuum, et valde vel nunc labat oratio. Blanditur autem secunda Turic. manus, unde existat: *et, q. l. est, hac et hac fluit.* Quamquam *hac et hac* pro *hac illac, hac atque illac*, legere me non memini. — Nostri Codd. habent *est, ac fluit.* Ed.

7. *Firmant, continent.* Inserendum censeo *et.* Ad rem quod attinet. Vide §. 20.

materia varium est, sic etiam ipsa collocatione[1] verborum: ubi[2] jam nobis pars ex duabus, quas modo fecimus, secunda tractanda est: nam quis dubitat[3] alia lenius[4], alia concitatius, alia sublimius, alia pugnacius,
131 alia ornatius[5], alia gracilius[6] esse dicenda[7]? Gravibus, sublimibus, ornatis longas magis syllabas convenire? ita ut lenia spatium[8], sublimia et ornata claritatem quoque vocalium[9] poscant[10]; his contraria magis[11] gaudere

1. *Collocatione.* Turic., *conlocutione.* Guelf., *collocutione.* Flor. (a pr. manu) *elocutione.*

2. *Ubi... tractanda est.* I. e., de pedibus. Vide §. 121.

3. *Quis dubitat.* Turic. Flor. omittunt *quis.* A sec. manu uterque *dubitatur,* et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. *Non dubitatur,* Vall. Nolim pro illorum *nam dubitatur* rescribere *num dubitatur,* et nostram veram censeo. — Nostri *nam dubitatur,* exc. Vall. lib. a secunda manu antiqua, qui *non* inserit. Ed.

4. *Lenius.* Turic. Flor. (a prima manu uterque) ille *elenius,* hic *elenis,* in quo quid lateat non exputo.

5. *Ornatius, alia gracilius;* sic Ambr. 1. *Oratius alia gragilius,* Turic.; a sec. manu *gratius alia gravius.* (Ex Alm., *oratius alia gravius.* Vide 111, 131.) Flor., *gratius alia gragilius;* a sec. manu ultimum *gracilius.* Colin., *gracilius alia gravius,* Burm. non improbata. Guelf. Camp., *gratius alia gravius,* et sic Gothan. Voss. 2, cum editt. ante Gryph. Reliqui pro his tribus unum *gravius.* — Eadem nostri. Ed.

6. *Gracilius.* Vide IV, 3, 2; I, 9, 2; XII, 10, 24, 36, 66; item Ciceronis Brut., c. 16; et nos ad lib. II, cap. 17, §. 8.

7. *Dicenda.* Turic. (a pr. m.) *dice.*

8. *Spatium... claritatem.* Illa ut longæ modo sint volunt syllabæ, hæc etiam ut *a* et *o* litteris formentur potius quam *e* et *i*. *Spatium* hic magis capiam ex §. 48, quam ex 118. Vide §. 136.

9. *Vocalium;* sic Ambr. 1, cum Jenson. et edd. posterr. ante Ald. *Vocabula,* Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. *Vocabilia,* Flor. cum Alm. (vide §§. 130, 137). Reliqui *vocum.* Rollinus malit *vocis.* Mira fit iteratio in Turic. verborum *sublimibus... lenia spatium* post *spatium;* sed a librario aberrante.

10. *Poscant; his;* sic Ambr. 1, cum Jens. et edd. posterr. ante Ald. exc. Venet. *Potest quam his,* Turicens. Flor. Guelf. cum Alm. *Potius quam his,* Goth. cum Voss. 2. Reliqui *poscant potius quam his.* Venetus tamen in notis nostram videtur probare. In ipso vetusto *potest quam* nostrum latere puto. Pravam scripturam citat Walkerus ad Cicer. de Nat. Deor., p. 417, recte alioqui sentiens de *his contraria.*

11. *Gaudere.* Turic. Flor. Guelf., *laudare,* cum Jens. Tarv. *Ludere,* Ambr. 1, sed prima syllaba rasa et reposita. Flor. (a pr. manu) *laudadere.* Reliqui *laudarem.* Rollinus conjicit *donarem.* Nostrum e conjectura nostra, quo deduxit Ve-

brevibus, argumenta[1], partitiones[2], jocos[3], et quidquid est sermoni magis simile. Itaque componemus proœ- 132
mium varie, atque ut sensus ejus postulabit[4]; neque enim accesserim Celso, qui unam quamdam huic parti formam dedit, et optimam compositionem esse proœmii, ut apud Asinium[5], dixit[6], *Si, Cæsar, ex omnibus mortalibus, qui sunt*[7]*, ac fuerunt, posset huic causæ disceptator legi, non quisquam te potius*[8] *optandus nobis fuit*: non quia negem hoc bene[9] esse compositum, sed 133
quia legem hanc esse componendi in omnibus principiis recusem: nam judicis animus varie præparatur; tum miserabiles esse volumus, tum modesti, tum acres, tum graves, tum blandi[10], tum flectere, tum ad diligentiam

netus in commentario hoc verbo utens. Nam *laudari*, quod primum occurrebat, verum non credo. — Vall. lib. RR. 8, 9, 12, *laudarem*. RR. 7, 10, 11, *laudare*. Ed.

1. *Argumenta... simile.* Hæc per appositionem subjiciuntur, ne quis hæreat, quæ tandem sint *his contraria*. Oratio elegans et tersa, nisi quod *magis* ter ponitur duobus, aut tribus versibus. Vide §. 125. In vocabulo *sermonis* remittit nos Gesnerus ad §. 110.

2. *Partitiones.* Turic. Florent. Guelf., *partitione*. Camp., *partitionem*, cum Goth. Voss. 2, fortasse vere. — Eadem nostri. Ed.

3. *Jocos, et.* Turic., *loco sed.* Flor., *loco;* a sec. manu *locorum et.* Guelf., *loco et.* Camp., *locos et*, cum Goth. Voss. 2, Colb. Gryph. (1536), Vidov. — Nostri *locos*, exc. RR. 7, 10, qui *loco*. Ed.

4. *Postulabit.* Malim *postulabunt*.

5. *Apud Asinium.* Cujus hoc orationis proœmium sit, quave occasione directum ad Cæsarem, Octavianum profecto, neque novi, neque a VV. DD. quæsitum reperio. Non recenset eamdem in orationibus Asinii Pollionis Manutius ad Epp. Cic. famill. X, 31.

6. *Dixit.* Turic. Flor. Guelferb. Camp., *dixi*, cum Goth. Voss. 2. Vide IX, 3, 97. Hic, opinor, obfuit sequens protinus *si*.

7. *Sunt... fuerunt;* sic Ambr. 1. Reliqui *sint.... fuerint*, nisi quod Gesn. per sphalma *sunt*.

8. *Te potius.* Turicens., *teporis.* Flor., *temporis.*

9. *Hoc bene.* Turic. Flor. Ambr. 1, Guelferb. inserunt *aut*, cum Goth. Voss. 2. Sed *haud* Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Bad. Non protinus negationes duplicarit Noster, quamquam vide Popmam ad fragmenta Varroniana, p. Bip. 325, Drakenb. ad Liv. XXI, 22, 1. De *nemo* cum altera negatione, vide Ruhnk. ad Vellei. I, 16, 5, ut et Popm. ibid. — *Hoc bene;* sic Vall. lib. R. 12 (hi a sec. m.). Rell. *aut* inserunt. Ed.

10. *Blandi, tum.* Turic., *blanditu.*

hortari: hæc ut sunt diversa natura[1], ita dissimilem componendi quoque rationem desiderant: an similibus Cicero usus est numeris in exordio pro *Milone*, pro *Cluentio*,
134 pro *Ligario?* Narratio fere tardiores, atque, ut sic dixerim, modestiores desiderat pedes, et omnibus[2] maxime mixtos: nam et verbis, ut sæpius pressa est, ita interim insurgit; sed docere et infigere animis res semper cupit, quod minime festinantium opus est; ac [3]mihi [4]videtur

Flor., *blanditum;* a secunda manu *blanditiis*, et sic Camp. cum Goth. Voss. 2, Andr. Omittit *tum* Guelf. — Nostri *tum blanditiis flectere*, exc. RR. 7, 11 (hic a sec. manu) qui *tum blandi flectere*. Ed.

1. *Natura, ita dissimilem;* sic Ambr. 1 a sec., ut videtur, manu. Turic. Flor., *n. ad d.* Ille a secunda manu *n. as d.* Reliqui omittunt *ita*.

2. *Omnibus;* sic Turic. Flor. (a pr. manu uterque) Ambr. 1, cum Alm. Reliqui *nominibus*. Gallæus, probari a Burmanno non merens, conjiciebat *non brevibus*. Vulgatam plane non assequor. Quæ enim est compositio, in quam plus nominum ingrediatur, quam aliarum orationis partium? quasi grammaticorum præceptis et divisionibus contineantur syllabarum litterarumque in vocabulis vicissitudines, nec sint plurima verba et nomina ejusdem plane utraque compositionis. In hac ratione *verbis* quoque, quod sequitur, ad eamdem grammaticam subtilitatem debebit referri, tantoque magis obscurabit sententiam. Nostram ipsam nonnisi trans nebulam agnosco. Suspicor autem *ex* subjiciendum τῷ *et*, (pro hoc autem *ut* Camp.) quam deinde scripturam sic interpretor: » pedes « ex omnibus (pedibus) maxime « mixtos. » Dura est, fateor, oratio, nec tamen magis, opinor, aversanda quam « modus modo termi- « natus » (§. 125; vide et §. 136). Nullum narrationi proprie assignari pedem patitur, sicut *mutationes* flagitabat in eadem narratione (lib. IV, cap. 2, §. 118, qui locus et in proximis conferendus nostro) et *miscendos* censebat pedes hic §. 91. An forte id ipsum, quod quæro, eruemus legendo *et omnium maxime mixtos?* Insigniter aberrat Gedoynus, qui videtur *numeris* legisse pro *nominibus*, emolumento quidem nullo. — Nostri omnes *nominibus*. Ed.

3. *Ac mihi... periodis.* Rationem comminiscor, quia periodi longiores perspicuitati officiunt, longiora membra, sine hoc incommodo, dignitati et illi, quam expetebat, modestiæ consulunt.

4. *Videtur.* Turic. Flor. (a prima uterque manu) Ambr. 1, *videatur*. Fuitne *ut... videatur?* Habet enim *at* pro *ac* Guelf. Mox in hisce *acria et citata* desinit Ambr. 1, nec redorditur telam, nisi prope finem totius operis XII, 11, 22, cum verbis *antiquitas: ut possit*. — Omnes nostri *videtur*. Ed.

tota narratio constare longioribus membris, brevioribus periodis. Argumenta acria et citata pedibus quoque ad 135 hanc naturam accommodatis utentur, non tamen ita ut[1] trochæis, quæ celeria[2] quidem, sed sine viribus sunt; verum quamvis sint[3] brevibus longisque mixta,

1. *Non tamen ita ut.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *nondum i. u.*, cum Goth. Voss. 2. Mox Jens. insuper *enim* post *nondum*, cum edd. ante Bad. sec. Sed nostrum in notis jam conjicit Venetus. Burm. autem hæc tentat *dum non i. u.* Malim *dum ita ne*, vel *dum ita ut ne*, vel denique *dum ne illa troch.*, ut sit allitum *ut*, postquam corruptum erat *illa* (vide ob structuram τοῦ *illa*, VII, 1, 41). Nec fuerit alienum *dum non* pro *d. ne*, vide I, 5, 65; I, proœm. 16. Sed et VIII, 3, 13. — Solus R. 7, *non tamen ita ut.* Vall. lib. RR. 8, 9, 10, *nondum ita ut.* R. 12, *non domita ut.* R. 11, *nondum enim ita.* Ed.

2. *Quæ celeria... sunt.* Turicens. Flor. Camp., *sint.* Sed hic etiam *ut* (pro *quæ*) et hujus scripturæ si *ut* proscriptum fuerit e proximis, probabilis sit hæc ratio, qua referatur neutrum ad *argumenta.* Id quidem in ipsa vulgata fieri vult Badius, ut *quæ* interpreteris « cujusmodi ar- « gumenta per trochæos elata; » male ille. Alioqui igitur cum Gallæo corrigam *qui celeres.* — Nostri omnes *quæ celeria.* Ed

3. *Quamvis sint.* Turic. Florent., *vis quod sint.* Ille a sec. manu nostrum, hic *quam vis quod s.* Guelf., *quamvis sunt.* Goth. (err. Gesn.) nostrum ipsum. Sed Flor. a prima manu *miati* et *habeittia* pro *mixta* et *habentia.* In toto autem hoc sensu *verum quamvis... breves habentia* Gallæi, quem et modo sequebar et §. 111. (vide §. 58), suspicionem plane amplector, hæc verba glossam putantis. Ipse nullas quidem adjecit rationes, nisi quod videtur gravatus neutra illa *mixta, habentia*, quæ ad *argumenta* ægerrime nec ullo probabili sensu referuntur. Me illud maxime offendit, quod hic ea subjicitur argumentatio, quæ *trochæos* ostendat acceptos eos pedes, quos Quint. *choreos* solet appellare (vide §. 88), quum plane sit putandus *trochæos* etiam hic intellexisse *tribrachos* (vide tamen §. 97). Allinebatur ergo hoc, quum jam corrupta essent ista *quæ celeria*, et quidem ab eo, qui *trochæos* communi illa ratione teneret, nec *choreos* unquam inaudisset. Incondita etiam et rudi structura immittuntur hæc verba, per *verum*, et plane jacentibus istis ac languidissimis *quamvis... tamen.* Ad quod accedit turbata et reposita modo in vett. scriptura. An erat in margine *verum vis?* i. e., Tune cupis rei causam cognoscere? *Quod sint*, etc. Ut hæc fuerit ad illam quæstionem responsio; novitio usu conjunctivi post *quod.* Sed potuerunt etiam casu irrepere *verum vis* ex istis, quæ antecedebant, *viribus*, et deinde marginalis nota prius jam posita cum iis conjungi. Justam, puto, rationem reddidi hujus, quæ pedem intulerit, glossæ, nec sola difficultate intelligendi (quam quidem

136 non tamen plures longas, quam breves habentia. Illa sublimia[1] spatiosas clarasque voces habent, amant amplitudinem[2] *dactyli* quoque, ac *pæonis*, etiamsi[3] majore ex parte syllabis brevibus[4], temporibus tamen satis pleni: aspera contra *iambis*[5] maxime concitantur[6]; non solum quod sunt e duabus[7] modo syllabis, eoque frequentiorem quasi pulsum habent, quæ res lenitati con-

maximam mihi videri fateor) ad proscribenda tot verba devenisse dicar; qua de re alioqui sentio plane cum Ruhnkenio in epistola ad Wyttenbachium. Vide hunc in vita Ruhnkenii, p. 175. Gedoynus sane et Rollinus dignitatem aliquam et nitorem Quint. non indignum conciliant hisce, accipientes dicta de argumentis, quæ aliis debeant componi pedibus, quam trochæis, in quibus, quamvis ex longis syllabis brevibusque mixtis, totidem tamen utique sint breves ac longæ. Hoc ut existat, saltem *habentia* cum Rollino mutandum fuerit in *habeant*. Sed vel sic nimis operosum videtur *verum*, et præceptum hoc de brevibus syllabis modo datum erat.

1. *Illa sublimia*. Hæc et quæ sequuntur adjectiva neutrius generis cave, cum commentatore Veneto trahas ad *argumenta*. Sunt intelligenda in genere, quæcunque in oratione dicuntur *sublimiter*, *aspere*, *summisse*. Hæreo autem in illo *habent*, cujus verbi nec potestas, nec modus indicativus bene congruit sententiæ; neque tamen video, quid proficiatur legendo *habentia* cum Rollino. Quod Gallæus suadet, *avent*, latinum non est. An forte natam dices vocem ex seq. et simpliciter proscribendam? Pro *voces* fortasse reponendum *vocales*. Vide §. 131.

2. *Amplitudinem dactyli*. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Voss. 2, *a. a d.* Camp., *a. et d.* Quid possit juvare, non exputo.

3. *Majore;* sic Camp. *Major*, Turic. Flor. Guelf. cum Goth. Reliqui *majori*. — Eadem nostri. Ed.

4. *Brevibus*. Turic. Flor. (a pr. manu uterque) *brevis*. Nemo defendat, ut genitivum, velut mox *pleni*.

5. *Iambis*. Guelf., *iambus*, cum Goth. Voss. 2, Jens. et edd. posterr. ante Ald. exc. Venet. quæ *his*.

6. *Concitantur*. Turic. Florent. Guelferb., *concitatus*, cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. except. Camp. Venet. quæ *concitatis*. Nostrum conjecit Regius, felicissime; nisi forte sublegit Vallæ, nam in Veneti commentario hæc: *concitantur: impelluntur accelerantur*. — Nostri omnes *concitatus*, exc. Vall. lib. a sec. manu valde recenti, qui *concitantur*. Ed.

7. *Sunt e duabus*. Turic., *seduobus;* a sec. manu, fortasse, obscurius enim, *sitet duobus*. Flor., *sunt e duobus*. Goth. (tac. Gesn.) quoque *sunt*, ut emendatum Vallæ manu (ubi? nam nihil tale apud Badium nec Venet.) testabatur Gallæus. Reliqui *sint e. d.* — Sic RR. 7, 8, 10, 12. *Sunt e duabus*, sic Vall. lib. RR. 9, 11. Bene. Hic enim desideratur indicativus. Ed.

traria est[1]; sed etiam quod omnibus pedibus[2] insurgunt, et a brevibus in longas nituntur et crescunt; ideoque meliores *choreis*, qui ab longis[3] in breves[4] cadunt. Summissa[5], qualia in epilogis[6], lentas et ipsa[7], sed minus exclamantes exigunt. Vult esse Celsus aliquam et superiorem[8] compositionem, quam equidem[9] si[10] scirem, non docerem; sed sit[11], necessè est, tarda et supina: ve- 137

1. *Contraria est.* Placet quod in Camp. ed., sed sola, omittitur *est*, natum ex sequente *sed*. Conducit hoc celeritati et elegantiæ orationis.

2. *Pedibus;* sic Turic. Florentin. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Alm. Bodl. Bal. et edd. ante Ald. Reliqui *partibus* e conjectura Regii. —Nostri omnes *pedibus*. En.—*Omnibus pedibus*. Iambi hi, quibus *concitantur aspera*, accipiendi pro systemate iambico integro, cujus deinde singuli pedes seorsim quid faciant considerantur. Vide §. 134.

3. *Ab longis;* sic Turicens. Flor. Guelf. Reliqui *a longis*.

4. *In breves*. Turic. (hic *y* pro *i*) Florentin. *imbres*. Ille a sec. manu *ymbreves*.

5. *Summissa;* sic Camp. et editt. ante Obr. exc. Ven. Reliqui *subm.* Mox (§. 138) ita nonnisi Roll. Gesner. Bipont.

6. *Epilogis, lentas*. Turic. Flor. inserunt *sit*. Ille a sec. manu *sed*, et sic Guelf. cum Goth. Jenson. et edd. posterr. ante Bad. exc. Veneta. Suspicor fuisse *sunt*.

7. *Ipsa, sed*. Turic. Goth. (tac. Gesn.) *ipsas et*, cum Voss. 2. Nobiscum faciunt Ald. Bad. pr. Regio suadente. Reliqui *ipsa et*.—*Et ipsa*. Respicit hoc ad *illa sublimia* (§. 136) quibuscum *spatium* quidem syllabarum et vocalium commune habent, sed *claritatem* non item. Sunt igitur *summissa* hic, qualia supra (§. 131) *lenia*. In *exclamando* vide VIII, 3, 17.

8. *Superiorem*. Satis hoc obscurum. Gesnerus eo relabitur, quod suo jam ævo propositum Regius negat sensui convenire, ut legatur *supiniorem*. Equidem in tanta veri ignorantia propter jacturam operis Celsiani, timide sane tento, *superbiorem*, qualis in narrando erat *magnificentia* IV, 2, 61.

9. *Equidem;* sic Turic. Guelferb. Camp. cum Goth. Voss. 2. Primus a pr. manu *et quidem*, et sic Flor. Ex Alm., *quidem* (vide §. 131; item mox) et sic Jenson. cum edd. ante Bad. Reliqui *si quidem*.

10. *Si scirem, non docerem*. Alm., *si scire nos docerem* (vide modo, item 139). Florent., *sciscireno docerem*. Turic., *scireno docere;* a sec. manu *scire nos doceremus*, et sic Guelf. Goth. (tacente Gesn.) cum Voss. 2, et edd. ante Badium, exc. Camp. quæ *nos scire doceremus*. Reliqui *sciremus doceremus*. Nostra e conjectura.

11. *Sit*. Turic. (a secunda manu) Guelf., *sint*, cum Goth. Voss. 2. Sed Capper. « si conjecturis indulgere liceret, aut luberet, legeret: » *sed si necesse est, addam et supinam* pro iis *sed sit... supina*. Non erat

rum nisi ex verbis atque sententiis[1] per sese[2] id quæri-
138 tur, satis odiosa esse non poterit. Denique, ut semel finiam, sic fere componendum, quomodo pronunciandum, erit: an[3] non in proœmiis plerumque[4] summissi (nisi quum[5] in accusatione concitandus est judex, aut aliqua indignatione compellendus), in narratione pleni atque expressi, in argumentis citati, atque ipso etiam motu celeres sumus[6]? ut in locis[7] ac descriptionibus fusi ac fluentes, in epilogis plerumque dejecti et infracti?
139 Atqui[8] corporis quoque motui sua quædam tempora,

talibus indulgendum.—Nostri omnes *sed sint*, exc. R. 11, qui *sed sit*. Ed.

1. *Atque sententiis.* Suspicor intercidisse *ex.* Vide IV, 2, 107; VIII, 4, 22; item hic §§. 108, 147.

2. *Per sese.* Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *p. se si*, cum Voss. 2, et edd. ante Ald. exc. Venet. quæ *p. se.* Nostrum a Regio. In sequentibus hærent vetustiores, nostri æquales mirifice acquiescunt. Venet. dat hæc: *nisi satis... poterit.* Regius malit, *s. o. non e. non p.* Hunc redarguens Badius « vult Fabius, ait, tam odio- « sam fore compositionem, ut tam « odiosa dici non possit, quin sit « magis odiosa. » Quæ ratio, etsi incomptius ab ipso reddita, vera sane videtur. *Odiosa* idem significat ac si scriptum esset *odio.* « Non po- « terit nimis vitari neque odio ha- « beri. » Cave enim *odiosum* hic accipias pro putide diligenti, ut I, 6, 19. Recte Venetus ad partes vocat in hanc rem Cic. Orat. c. ultimo. Vide et hic §§. 58, 112, seqq. Sed priora non sunt sana. Malim itaque e vestigiis MSS. « Verum... senten- « tiis, *sed* per se *si* id » (fortasse melius abfuerit pronomen, ut intelligatur femininum illud *superbior compositio;* nunc *id* interpretabimur *esse superbiorem nostram compositionem*) « quæritur, satis, etc. » *Per se* accipio *suo* tantum *nomine* (vide §. 58), *nullo præterea consilio. Per sese* autem ubi usurpetur a Nostro, nemo ostenderit; neque idoneam h. l. sententiam habeat in bonam partem.

3. *An.* Turic. Flor., *a te;* a sec. manu uterque *at enim*, et sic Guelferb. cum Jenson. Tarv. Nostrum quod suadet Regius, est in Camp. Goth. Vall.

4. *Summissi.* Turic. Flor. Guelf., *summi*, cum Jens. Tarv.

5. *Quum... concitandus est judex.* Vide IV, 3, 9.

6. *Celeres sumus.* Turic. (a sec. manu) Guelf., *simus*, cum edd. ante Bad. exc. Camp. Venet. Modo *est judex... complendus* omittit Guelf. Pro *compl.* Obr. *compellendus.* — Nostri omnes *complendus.* Ed.

7. *Ut in locis.* Expungendum censeo *ut*, velut natum ex proximi extremis litteris.

8. *Atqui.* Jenson., *atque*, cum edd. posterr. ante Bad. et Almel. (vide 137; item hac §.) Voss. 2 (vi-

et signa[1] pedum[2] non minus saltationi, quam modulationibus adhibet[3] musica[4] ratio numerorum[5]. Quid? non vox et gestus[6] accommodatur naturæ[7] ipsarum, de quibus dicimus, rerum? Quo minus id mirum[8] in pedibus orationis, quum debeant sublimia ingredi, lenia duci, acria[9] currere, delicata fluere. Itaque ubi necesse est[10], affectamus etiam tumorem[11], qui spondeis atque iambis maxime continetur,

de 125), acc. Gesn. Bip. *Adque*, Gothan. Bad. pr. cum Vall. sed in hoc a secunda manu videtur. — Eadem nostri. Ed. — *Motui.* Turicensis, Florentinus, Guelferb. Camp. Jens. (tac. Gesn.) *motus*, cum Gothan. Voss. 2, et edd. ante Bad. sec. qui cum Basil., *motibus.* Colin., *motu*, quod suadet commentator Venetus.— *Motui sua.* Suspicor intercidisse *sunt*, quo mollior fit structura, si non opus est *tempora* quoque conjungere cum *adhibet.*

1. *Et signa;* sic Veneta e conjectura. Reliqui inserunt *ad.* Florent. (a pr. manu) *et adsignos.* Gesnerus post Gallæum *ad signa pedum* glossam censet; nimis leviter ille.

2. *Signa pedum... adhibet musica ratio numerorum.* Hæc lucem accipiunt e § 51. Refert ostendere compositionem valde similem esse pronunciationi, id est, actioni. Hoc apparet, si memineris magistros musicos non modulationes modo, sed et saltationem regere sublatione et positione pedum. Musica enim per modulationem compositioni oratoriæ respondet, per saltationem actioni.

3. *Adhibet.* Turic. Flor., *adhibetur*, cum Almel. — Nostri omnes Codd. *adhibet.* Ed.

4. *Musica.* Goth. Voss. 2, *musicam.*—Nostri omnes *musicam.* Ed.

5. *Numerorum;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Gothan. Voss. 2, Alm. Bodl. et edd. ante Bad. Reliqui *numeros* ex hujus conjectura.

6. *Gestus.* Florent., *testus*, cum Alm. (vide hac §. item 141) a sec. manu ille *estus.* Turic., *æstus;* a sec. manu *astus*, vel *artus*, et posterius Guelf. cum Jens. (tac. Gesn.) Tarv. sed hi et *ad* pro *et*, quæ varietas est et post Jenson. usque ad Bad. Reliqui *actus.* Nostrum ex felicissima Burmanni conjectura. Vide IX, 1, 13. — Hanc Burmanni conjecturam firmat R. 11, qui dat *et gestus.* RR. 7, 10, 11, 12, et *artus.* Reliqui et *actus.* Ed.

7. *Naturæ.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *natura*, cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Bad.

8. *Mirum.* Turic. Flor., *inire.* Guelferbyt., *miræ.* Suspicor fuisse *mirere.*

9. *Acria.* Turic. Flor. Guelferb., *arma.*

10. *Necesse est;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. A pr. manu Turic., *recesset.* Flor., *recessisset.* Reliqui *est necesse.*

11. *Etiam tumorem.* Turic. Flor. Guelf., *e. tumor rerum*, cum Alm. Gothan. Voss. 2, Venet. Basil. Hi

En impero[1] Argis, sceptra mihi[2] liquit Pelops[3].

quidem omnes videntur post *etiam* interpungere et novum sensum ordiri voce *Tumor*. Idem facit Camp. qui sic *e. Tumor etiam* omittens *rerum*. Basil. quoque iterat *etiam* post *rerum*, sed omisso *qui*. — *Qui spondeis*. Turicensis, Florent., *et sp.*, cum Jens. Tarv. Primus a sec. manu *ex s.*, et sic Guelf. Camp. Venet. cum Goth. Obr. (quorum posterior *quibus* inserit post *maxime*). Ex Alm. Voss. 2, *qui sp.* afferunt; falso illi.

1. *En impero Argis*. Flor., *enim peroasgus*. Goth. (err. Gesn.) *H peroasgus*. Guelf., *peroargus*. Reliqui fere *Hyperoargus*. Nostrum primus Capper., obsequentibus Gesn. Bip., ex conjectura Turnebi Adv. XII, 11, facillima ea. Vide VIII, Pro. 15.

2. *Mihi;* sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Gothan. et edd. præter Capper. Gesn. Bip. qui *mi* ex Turnebi conjectura. Nam et Seneca *mihi*, nec officit reliquo tumori relictus unus tribrachus.

3. *En impero... Pelops*. Versus est tragœdiæ veteris (fortasse ex Atreo Accii) etiam Senecæ memoratus Epist. 80, p. Bip. 285, cujus et ipsius locus magnam in hoc versu superbiam vulgo agnitam testatur. « Ille qui in scena elatus incedit, et « hæc resupinus dicit: *En impero*, « etc., servus est, etc. » Alter *Quid igitur* (vide paulo infra §. 141) notissimus Terentianus initio Eunuchi, quo sæpius utitur IX, 2, 11; IX, 3, 16; XI, 3, 182. *Quis hoc potest* (vide inferius §. 141) Catulli carm. 26. Sed tota hæc de tragicis et comicis maxime versibus disputatio multum abest, ut integra et sana ad nos pervenerit. Equidem quomodo refingi eam posse censeam, haud celabo: « Itaque... tumorem e spon- « deis atque iambis, *quibus* » (hoc enim excidere potuit sane; quamquam non caret languore hoc additamentum) « maxime...: Pelops. At « ille comicus æque senarius » (id est, qui et ipse sex iambis constat) « ...pluribus *trochæis*, » (vide §. 82) « qui *tribrachi* » (vide §. 97) « ... di- « cuntur, pyrrhichiisque decurrit, « sed... amittit. » In hac quidem ratione id maxime persuadendum erat lectori fuisse comicos senarios (id est, iambicos) appellatos *trochaicos;* quod, etsi per se a veri similitudine non abhorrens, locis veterum nullis probare contingit: neque enim huc trahere ausim, quæ memorat Priscianus (pag. Putsch. 1321) de *trochaicis*... « in quibus « omnes iambicos ponunt in quo- « cunque loco pedes, commixto ta- « men metro trochaico. » Hic profecto *trochæum* intelligit choreum; quos Quint. sequebatur, ii *trochaicos* senarios vocasse mihi videntur refertos plurimis tribrachis, id est, *trochæis*. Alioqui nihil difficultatis agnosco in eo, quod exemplum illud Terentianum nonnisi unum habet tribrachum; sed ille initio positus magis aurem ferit, et, a quo excipitur, dactylus, in comico quidem metro, potest et ipse trium modo temporum videri. Nec moror *pyrrhichios* plurali numero designatos, quoniam sunt in ipsis tribrachis, dactylisque et anapæstis: nam ultimum illum intelligere minus velim. In recepta quidem acquiescere nemo debebat, quippe manifesta opinionum portenta præferente, velut de versu Eunuchi Terentianæ

At ille comicus æque senarius[1], quem *trochaicum* vocant, pluribus choreis[2], qui trochæi ab aliis dicuntur, pyrrhichiisque[3] decurrit: sed quantum[4] accipit celeri- 141
tatis, tantum[5] gravitatis amittit,

Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem?

Aspera[6] vero et maledica[7], ut dixi[8], etiam in carmine, iambis grassantur[9],

Quis hoc potest videre, quis potest pati,
Nisi impudicus, et vorax, et aleo?

In universum autem, si sit necesse, duram potius atque 142
asperam[10] compositionem malim esse, quam effeminatam et enervem, qualis apud multos; et quotidie magis

trochaico. Quo et excluditur erudita alioqui Gallæi conjectura *septenarius* pro *æque senarius*. Vide §. 73.

1. *Æque senarius*. Camp., *eque senariis*.

2. *Choreis, qui trochæi*. Camp., *trocheis q. choreis*, cum Andr. nisi quod *choræi*.

3. *Pyrrhichiisque decurrit*. Turicens., *pirricheis quæ d.* Flor., *pirriche isque d.* Ille a sec. manu *pirricheus quidem currit*, et sic Guelf. nisi quod *y* et *decurrit*. Nostrum dat Obr. Reliqui, interpungentes ante, *Pyrrhichius quidem d.*

4. *Quantum accipit celeritatis;* sic Flor. cum Alm. (vide §§. 139, 142). Capper. Reliqui omittunt *accipit*.

5. *Celeritatis, tantum*, sic Tur. Flor. Guelferb. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. acc. Capp. Reliqui inserunt *habet*, Regio suadente.

6. *Aspera;* sic Turic. Flor. cum Gryph. (1536) Vidov. A sec. manu uterque *aspere;* et sic Guelf. Camp. cum Gothan. Voss. 2, et edd. ante Gryph. exc. Venet. Reliqui *Asperum*. — Nostri omnes *aspere*. Ed.

7. *Maledica, ut dixi*. Flor., *maledicunt dix.* (compendium nihil aliud sane nisi *dixit*, idem enim in Ambr. I, 9, 3, 97; et VI, 3, 47; item in tabb. diplomatum.) Turic. Guelferb., *maledicunt dixit*, cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Bad. exc. Venet. quæ *maledicum dictum*. Bad. pr. omittit *dixit*. Alter *maledictum* habet cum Basil. Reliqui *maledicum*. Nostrum e conjectura. — Nostri omnes *maledicunt*. Ed.

8. *Ut dixi*. §. 136. Hoc de carmine nunc quidem addit modo.

9. *Grassantur;* sic Vall. Gothan. Bad. pr. Vidov. *Crassantur*, Turic. Flor. Guelferb. cum Jens. et edd. posterr. ante Bad. exc. Venet. quæ *crassatum*. Camp., *crassatus*. Bad. sec. Basil., *crassatur*. Reliqui *grassatur*. — Eadem nostri. Ed.

10. *Asperam*. Turic. Guelf. omittunt; a sec. manu ille adjicit *d*, indicium fortasse defectus.

lascivimus[1] syntonorum[2] modis saltitantes[3]; ac ne tam bona quidem ulla erit, ut debeat esse continua, et in eosdem[4] semper pedes ire. Nam et versificandi genus
143 est unam legem omnibus sermonibus dare; et id quum manifesta affectatio est[5] (cujus rei maxime cavenda suspicio est[6]), tum etiam tædium[7] ex similitudine ac satietatem[8] creat; quoque est dulcius, magis perit[9]; amittitque et[10] fidem, et affectus, motusque omnes, qui est

1. *Lascivimus.* Turic., *lascius sumis;* a sec. manu *lascivius.* Flor., *lascivissimis.* Guelf. Camp., *lascivi sumus,* cum Goth. Voss. 2, Vall. Bodl. Andr. Venet. Obr. Ex Alm. *lascivi simus* (vide 142, 143). Jens. Tarv., *lascivissimus.*—Nostri Codd. *lascivi sumus.* Ed.

2. *Syntonorum.* Turic. Flor. (hic quidem per *i*) *symtonorum.* Posterior a sec. manu *sintonorum,* cum Veneta. Guelf., *sed in tonorum,* cum Jens. et posterr. ante Ald. qui *scilicet in tonorum,* e Regii conjectura cum Bas. *Sybaritarum* e conjectura, ut diserte ait, Badius in utraque ed. cum Colin. Vidov. Nostrum vindicant Goth. Vall. Camp.—Nostri *syntonorum,* exc. R. 12, qui *sontonorum.* Ed.—*Syntonorum modis.* Hæc quum constantissima sit veterum scriptura, vindicatur insuper lapide apud Sponium, in quo est *suntonator,* et Glossis Philoxenianis, ubi συντονάριος. Sunt autem, ut bonis rationibus ostensum est, *syntona* eadem quæ *scabilla,* de quibus omnibus vide Lexica.

3. *Saltitantes.* Turic. Flor., *saltit* a pr. manu uterque. *Salutantes,* Guelf.—Omnes nostri *saltitantes.* Bene. Ed.

4. *In eosdem.* Turic. Flor., *id e.;* a sec. manu uterque *ideo e.,* et sic Guelf. cum Goth. *Ideo per e.,* Camp. —Omnes nostri *et ideo eosdem.* Ed.

5. *Affectatio est;* sic Ald. Bad. pr. sec. Reliqui *affectatione.* Flor. modo *manifeste.* Fuitne *manifestæ affectationis est?* Pro *cujus* autem *cui* omnes MSS. et Jens. (tacente Gesn.) Tarv.—Nostri *affectatione,* exc. RR. 9, 12, qui *affectatio est.* Ed.

6. *Suspicio est.* Abjiciendum, opinor, *est.* Vide §. 136.

7. *Tædium ex similitudine;* sic Turic. Flor. Guelferb. Camp. cum Goth. Voss. 2, Alm. et edd. ante Gryph. acc. Obr. Reliqui *similitudine tædium.*—Eadem nostri. Ed.

8. *Satietatem.* Tur. Flor. Guelf. Camp., *satietate,* cum Goth. Voss. 2, Obr.—Eadem nostri. Ed.

9. *Perit;* sic Veneta e præstanti conjectura, quam a Gryphio (1544) inde omnes secuti excepto Obr. Priores scripti et excusi *perdit.*—Sic quoque omnes nostri. Ed.

10. *Amittitque et.* Turic. Florent. Guelf. Jens. (tac. Gesn.) *atque et,* cum Tarv. *Atque* solum Camp. cum Goth. Voss. 2, Ven. quæ pro *nec* mox *amittit.* Sed eamdem ibi vocem Camp. non omisso *nec.* Ex Almel. *amittitque* (vide §. 142). *Æque ut,* Obr. male ingeniosus. Regium conjecisse, ut videri vult, nostrum vix credo.—Nostri omnes *atque*

in hac cura deprehensus; nec potest ei credere, aut propter eum dolere et irasci judex, cui putat hoc [1] vacare. Ideoque [2] interim quædam quasi solvenda [3] de industria 144
sunt, illa quidem [4] maximi laboris ne laborata videantur: sed neque longioribus, quam oportet, hyperbatis compositioni serviamus, ne, quæ [5] ejus rei [6] gratia fecerimus, propter eam [7] fecisse videamur; et certe nul-

et fidem, omisso τῷ *amittit*. Ed.

1. *Cui... vacare.* Id est (indicante Capperonnerio), cui putat satis esse ab re sua otii, ut in consectandis hujusmodi *numerorum* deliciis occupetur. Ed.

2. *Ideoque interim;* sic Turic. Flor. Ille a sec. manu *ideo quod intima*, et sic, nisi quod *ideoque*, Guelf. Camp. cum Voss. 2 (Goth. *ideo quod interim*. Vide §. 139), Jens. Tarv. et edd. ante Ald. (sine *quod* tamen post Tarv.) qui *ideoque initia*, cum Bad. sec. Gryph. Rollin. aliisque. Bad. pr., *ideoque vincta*, cum reliquis, nisi quod Obr., *ideo quoque*. — Nostri omnes *ideoque quod intima*. Ed.

3. *Solvenda.* Id est (indicante Capper.), accuratis et severis *numerorum* legibus liberanda sunt; et eà præsertim, quæ maxime fuerint elaborata. Ed.

4. *Illa quidem.* Turic. Flor., *quidam illa;* a sec. manu uterque *quædam illa*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, et edd. ante Ald. exc. Veneta, quæ *quædam ita*, cum Bad. pr. sec. Basil. *Et illa quidem*, Obr. Malim *et quidem illa*, et parenthesi secernam *et quidem laboris*, ut *ne* referatur protinus ad *solvenda sunt*. — Nostri omnes *quædam illa*. Ed.

5. *Ne, quæ.* Turic. Flor. (a pr. manu) omittunt *ne*. Hic (a pr. manu) *ei* pro *ejus*.

6. *Rei;* sic Turic. cum Alm. Reliqui omittunt. — Sic quoque omnes nostri. Ed.

7. *Propter eam.* Quid hoc sit, me quidem latet. Ergo, quod *rei* alicujus *gratia* fit, id non fit *propter eam?* Nec quisquam hiscit interpretum. Nam Gedoynus de suo dat non spernendam sane sententiam: *de crainte que ce que nous faisons pour plaire, ne déplaise comme une affectation.* An pro duobus nostris vocabulis scribemus *præter causam*, vel *præter rem*, ne sic quidem valde robusta sententia? Nam si maxime, id quod non nego, interest aliquid, sive fiat res alterius, rei *gratia*, sive *propter* alteram, hìc tamen nihil agitur tam tenui discrimine. Attende *neque* et mox *et* ad se invicem relata. Vide IX, 3, 78.—*Ejus rei gratia... videamur.* Nihil equidem mutandum arbitror; etenim sensus patebit perpendenti non solum tenue discrimen τῶν *ejus rei gratia* et τῶν *propter eam*, sed potius manifestam oppositionem τοῦ *fecerimus* et τῶν *fecisse videamur*. Nempe repetit nunc Fabius, quod sæpius præcepit, scilicet dicendi artificia sedulo esse tegenda, et summum artis in eo esse, in quo ars non facile deprehenditur

lum aptum atque idoneum verbum permutemus[1] gra-
145 tia lenitatis[2]. Neque enim ullum erit[3] tam difficile, quod non commode inseri possit; nisi quod in evitandis ejusmodi verbis non decorem compositionis[4] quærimus, sed facilitatem: non tamen mirabor Latinos magis indulsisse compositioni, quam Atticos, quamvis[5] minus
146 in verbis habeant varietatis[6] et gratiæ. Nec vitium dixerim, si Cicero a Demosthene paulum[7] in hac parte descivit: sed quæ sit differentia[8] nostri græcique sermonis, explicabit[9] summus liber. *Compositio* (nam finem

Nunc autem Fabius longiora hyperbata non probat, quod hoc dicendi artificium facilius dignoscitur: ita non debet orator servire compositioni longioribus hyperbatis, ne id, quod gratia compositionis *reipsa fecerit*, propter solam compositionem fecisse *videatur*; damnandus sane, non quod id *fecerit*, sed quod id fecisse *videatur*. Ed.

1. *Permutemus;* sic Turicens. (a secunda manu) Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2, Bodl. Bal. A pr. manu Turic., *permittemus*, cum Jens. (tac. Gesn.) Tarv. Ven. Reliqui *prætermittemus*. — Nostri *permutemus*, exc. R. 10, qui *permutamus*. Ed.

2. *Lenitatis.* Turic. (hic per æ). Flor., *levitatis*. Haud scio an recte, vide VIII, 3, 6; item X, 1, 52. De ista confusione *lev.* et *len.* agit Walkerus ad Cic. de Nat. D., pag. 244, 245.

3. *Ullum erit;* sic Turic. Flor. Guelf. Reliqui *e. u.*

4. *Non decorem compositionis.* « Qui fieret, si *verba* illa *aspera* « apte collocaremus *commutata* « *compositione*: sed *commutatio* « fortasse efficeret difficultatem: « igitur facilitatis causa nonnun- « quam evitamus *ea verba*. » Turnebus. Desidia dicentium et scribentium accusatur.

5. *Quamvis minus.* Turic. Flor. (a pr. manu uterque) *quo minus*, cum Alm. — *Quamvis minus.* Non videtur proprium hic vocabulum *quamvis*. Malim *quanto*. Qui enim asperam habet linguam, is componendo eam mollire magis debebit.

6. *Varietatis.* Turic. Flor. Guelferb. Camp., *veritatis*, cum Goth. Voss. 2, Jens. Tarv. Veneta. Regius nostrum aut conjecit, aut videri vult conjecisse. Commentator Venetus vulgatæ subjungit interpretationem: *proprietatis*. An fuit *severitatis*? præmisso fortasse *et*. — Nostri *veritatis*, exc. Vall. lib. a sec. manu recenti, qui *varietatis*. Ed.

7. *Paulum;* sic Flor. Goth. (tac. Gesn.) *Pulum*, Turic.; a sec. manu *paulolum*. Reliqui *paullulum*.

8. *Sit differentia.* Turic. (a pr. manu) Flor., *sint differentiam*. Hic etiam *qua* pro *quæ*.

9. *Explicabit summus.* Turic. (a sec. manu) Guelf., *explicavimus*. Turic. Flor., *explicavit s.*, solita confusione. — *S. liber.* XII, c. 10.

imponere egresso destinatum modum volumini festino) debet esse *honesta, jucunda, varia;* ejus tres[1] partes, *ordo, conjunctio, numerus; ratio,* in adjectione, detrac- 147
tione, mutatione; *usus*[2] pro natura rerum, quas[3] dicimus; *cura* magna[4], ut sentiendi atque[5] eloquendi[6] prior sit; dissimulatio curæ[7] præcipua, ut numeri[8] sponte fluxisse, non arcessiti et coacti[9] esse videantur.

1. *Tres partes.* Vide §. 22.

2. *Usus.* Turicens. (a sec. manu) Guelf., *usi.* Goth., *usu*, cum Voss. 2, Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Aldum, excepto Ven. — Nostri omnes *usu.* Ed.

3. *Quas.* Turic. Flor. Guelf. Camp., *quam*, cum Goth. Voss. 2, Colb., sed hi etiam *rei* pro *rerum.* — Eadem nostri. Ed.

4. *Magna.* Flor., *amagna.* An fuit *ita magna* (vide §. 133)? Guelf. pro *cura* dat *circa.* — *Cura magna.* Id est (indicante Roll.) *cura* compositionis debet esse, ita *ut* tamen cura *sentiendi atque eloquendi prior sit.* Ed.

5. *Atque.* Goth. (tac. Gesn.) *ac.*

6. *Eloquendi;* sic e conjectura scripsimus pro reliquorum *loquendi* (vide §. 137). Hoc quidem hujus loci plane non erat (vide §. 110). Vide et IX, 3, 28.

7. *Curæ,* Guelferbytan., Camp., *cura,* cum Goth. Voss. 2, Basil.

8. *Numeri... arcessiti.* Turic. (hic *accersisti,* et a sec. manu *ne acc.*) Flor. (a sec. manu *arcessiti*) *numerum spondet flexisse non arcessisse non arcessisti.* Guelf., *numerum sponte fluxisse non arcessisse.* Goth. (err. Gesn.) *numerum* (Voss. 2, *numeros*) *sponte fluxisse non accersisse* (Voss. 2, *accessisse*) *nec accersiti.* Camp., *numerum s. flexisse non accensisse ne a.*, cum Jenson. Tarv. (sed *arcessisse*). *n. s. fluxisse non accessisse* (et hoc explicatur *additos fuisse et de industria factos*) *ne a*, Veneta. Nostram Regius ut a se erutam ponit. — Nostri *numerum sponte fluxisse*, exc. RR. 7, 11 qui pro *sponte* dat *spondet*, et Vall. lib. a sec. manu, qui pro *numerum* habet *numerus.* Ed.

9. *Et coacti.* Obrechtus *nec c.* male, quod citra omen dictum sit in clausula.

LIBRORUM

QUI IN HOC TERTIO VOLUMINE CONTINENTUR

ANALYSIS.

LIBER SEPTIMUS.

Præfatio. Dispositionem cognitu necessariam; 1-3. Neque tamen certa esse ejus præcepta generalia; 4. — Cap. I. Ejus definitio; 1. Variandam esse pro re nata; 2-3. Ipse quomodo cogitando pervenerit ad statum agnoscendum, conjecturæ; 4-7. Reliquos; 8-9. Argumentorum quis ordo optimus; 10-12. In simplici intentione quum unum aliquid respondendum est; 13-15. Quum plura; 16-18. Qua arte quædam sint remittenda; 19-22. Se et ab ultima specie retrorsum quærere solitum, et a genere descendere; 23-25. Per gradus ad maxime necessaria perveniendum; 26-28. Partiendo multiplicanda quæ pro nobis sint; 29-33. Divisione diligenter instituenda etiam inventionem adjuvari; 34-36. Utra pars prior dicere debeat, non esse operose quærendum; 37-39. Quomodo inveniendæ occultiores quæstiones, exemplo ostenditur scholasticæ cujusdam; 40-64. — Cap. II. Conjecturæ tria tempora, de re; 1-5. De animo; 6. In judiciis quæri, de facto et auctore simul, de solo facto, de solo auctore; 7-8. Tertium non simplex; 9-10. Quum de utroque pariter; 11-15. Ubi de facto tantum; 16-17. De auctore, ἀντικατηγορία; 18-21. Comparationem non una via duci; 22-24. Aliæ conjecturæ duplices; 25-27. Probatio ex personis; 28-34. Ex causis; 35-41. Consilia, occasiones, locus, tempus faciendi; 42-43. An potuerit quis facere; 44-45. An fecerit; 46-49. Reliquæ præter cædis conjecturales

controversiæ; 50-53. Error aliquis ex schola translatus in forum; 54-57. — Cap. III. Finitio commune aliquid habet cum conjectura et qualitate; 1-2. Adhibetur orationi non unam ob causam, 3-7. Tres in ea species; 8-11. Alia finitionum diversitas disputationibus accommodatior quam oratoris officio; 12-16. Cavendum a nimia subtilitate finiendi; 17-18. Finitionis certus ordo et recta ratio; 19-22. Quomodo eadem evertatur; 23-27. Generalis finitio nostræ causæ est accommodanda; 28-34. Quædam finitivæ causæ propiores sunt qualitati; 35-36. — Cap. IV. Qualitas de summo genere, non simplex; 1-3. Defensione ipsum factum, quod objicitur, dicimus honestum esse; 4-6. Factum assumptis auxiliis tuemur; 7-12. Proximum est in alium transferre crimen; 13-14. Videndum, an minui culpa possit; 15-16. Deprecatio; 17-20. De præmiis quæritur; 21-23. Qualitatem maxima oratoris opera recipere; 24. Quas Virginius huic subjungat causas, aliorum quoque statuum esse; 25-31. Alia controversiarum genera in qualitatem cadentia, adjunctis quibusdam juris quæstionibus; 32-40. Quantitatem subjacere qualitati; 41-45. — Cap. V. Actionis quæstio aut intentione, aut præscriptione habet controversiam; 1-4. Legum quæstiones singulæ; 5-6. — Cap. VI. Scripti et voluntatis quæstio: aut de utroque dubitat; 1-3. Aut alteram habet partem scripto nitentem, alteram voluntate; 4. Contra scriptum; 5-8. Pro eodem; 9-11. Generales sub hoc statu quæstiones; 12. — Cap. VII. De legibus contrariis; 1-6. Jus aut confessum est, aut dubium; 7-9. Duplices leges; 10. — Cap. VIII. Syllogismus, cum finitione conjunctus, 1-2. E scripto quod incertum est ratione colligit; 3-6. Etiam quod scriptum non est; 7. — Cap. IX. Amphibolia verborum; 1-3. Quum alia integro verbo, alia diviso significatio est; 4. Ex compositis; 5-6. Conjunctorum verborum ambiguitas; 7-12. Duas res significari in omnibus speciebus; 13-15. — Cap. X. Omnium horum statuum cognatio quædam; 1-4. Aliqua nonnisi proposita materia doceri possunt; 5-7. Omnes materias non posse comprehendi; 8-10. Totius causæ dispositionem in re præsente tantum posse constitui; 11-13. Suo ipsius quemque labore fieri disertum; 14-17.

LIBER OCTAVUS.

Prooemium. Rationem docendi ea, quæ adhuc tractaverit, simpliciorem et breviorem incipientibus convenire; 1-5. Adhuc peracti operis sui recensio; 6-12. Elocutionem plus exigere curæ et laboris; 13-15. Hanc maxime arte obtineri; 16-17. Neque tamen solam verborum curam agendam; 18-22. Nimia hujusmodi sollicitudine corrumpi etiam orationem; 23-26. Exercitatione perveniendum esse ad facultatem eloquendi; 27-30. Non quærendum semper aliquid ultra; 31-33. — Cap. I. Elocutionem spectari verbis aut singulis, aut conjunctis; 1. Latine loquendi summam debere curam esse; 2-3. — Cap. II. Proprietatem verborum quæ sit perspicuitatis non simpliciter accipi; 1-3. Non quidquid non proprium vitio improprii laborare; 4-6. Aliæ proprii species, in quibus nulla virtus oratoris; 7-8. Illud laudari, quo nihil inveniri possit significantius; 9-11. Obscuritas in verbis ab usu remotis; 12-13. Plus ejusdem in contextu; 14-16. Obscuram fieri orationem ambagibus; 17-18. Brevitatis æmulatione; 19-21. Primam virtutem habendam esse perspicuitatem; 22-24. — Cap. III. In ornatu sibi indulgere oratores; 1-4. Eumdem causæ quoque multum conferre; 5-6. Hic tamen maxime virtutibus vitia vicina; 7-10. Variandum esse ornatum pro materiæ genere; 11-14. Ornatus in singulis verbis; 15-18. Quædam sensu magis quam ratione judicari; 19-20. Verborum humilitatem aliquando vim afferre; 21-23. Antiquitas in propriis; 24-29. Fingendi nunc magnam esse verecundiam; 30-37. Obscena vitanda; 38-39. Conjuncti sermonis ornatus duplex; 40-41. Probabilis oratio; 42-43. κακέμφατον; 44-47. Humilitatis vitium; 48-49. Μειώσεως, ταυτολογίας, ὁμοιολογίας, μακρολογίας, πλεονασμοῦ, περιεργίας, κακοζήλου, ἀνοικονομήτου, ἀσχημάτου, κοινισμοῦ; 50-60. Ἐνάργεια; 61-70. Hujus virtutis facillimam esse viam; 71-72. Obscuritatem in similitudine vitandam; 73. Similitudinum commoda, vitia; 74-76. Varius ordo similitudinis, reique cui adhibetur, earumdemque conjunctio; 77-81. Similitudinis brevitas integra, 82. Ἔμφασις; 83-86. Multi ac varii excolendæ orationis modi; 87-90. —

Cap. IV. Amplificat, minuit ipsum rei nomen; 1-2. Incrementum; 3-8. Comparatio; 9-14. Ratiocinatio; 15-25. Congeries; 26-27. Minutionis eadem ratio; 28. Se nunc differre troporum tractationem; 29. — Cap. V. Sententiæ nomen a veterum usu remotum inter recentiores; 1-2. Γνῶμαι; 3-8. Clausula; 9-14. Magis nova sententiarum genera; 15-17. Geminatione fieri sententias; 18-19. Vitiosæ horum generum, 20-24. Et qui solas sectentur sententias, errare; 25-31. Et qui omnino damnent; 32-34. Jam ad tropos transiri; 35. — Cap. VI. Multa de tropis pugna; 1-3. Μεταφορά; 4-5. Triplex ejus adhibendæ causa; 6-8. Quadruplex ejusdem vis; 9-10. Sublimitas ex ea; 11-13. Frequentior usus obscurat orationem, et sunt varia ejus vitia; 14-18. Synecdoche; 19-22. Μετωνυμία; 23-28. Antonomasia; 29-30. Ὀνοματοποιΐα; 31-33. Κατάχρησις; 34-36. Μετάληψις; 37-39. Ἐπίθετον; 40-43. Ἀλληγορία; 44-53. Ironia; 54-56. Alii allegoriæ usus; 57-58. Μυκτηρισμὸς, περίφρασις; 59.61. Hyperbaton, 62-66. Hyperbole; 67-76.

LIBER NONUS.

Cap. I. Troporum et figurarum confusio; 1-3. Differentia; 4-6. Non multum referre quomodo nominentur; 7-9. A quibusdam latius finiri figuram; 10-12. Ab aliis angustius; 13-14. Duo ejus genera; 15-18. Prius de figuris sententiarum; 19-21. Nimis multas a quibusdam constitui; 22-25. Ciceronis de Oratore doctrina; 26-35. Ejusdem in Oratore; 36-45. — Cap. II. Non omnia se oratoris lumina figurarum nomine complecti; 1-5. Interrogatio; 6-15. Præsumptio; 16-18. Dubitatio; 19-25. Simulatione constare accommodatas affectibus augendis figuras; 26-29. Fictiones personarum; 30-33. Scripta quoque fingi; formas, incertas personas; 34-37. Apostrophe; 38-39. Sub oculos subjectio; 40-43. Ironia; 44-53. Ἀποσιώπησις; 54-57. Ἠθοποιΐα; 58-63. Emphasis; 64. Controversiæ figuratæ; si dicere palam parum tutum est; 65-75. Quum obstat personæ reverentia; 76-95. Quum sola melius dicendi petitur occasio; 96-99. Comparatio; 100-101. Plurima præterea schemata;

102-107. — Cap. III. Schema verborum grammaticum; 1-5. Circa genus; 6-7. In numero; 8. In parte orationis; 9-10. Transferuntur tempora et modi; 11-13. Vetustate commendata schemata; 14-16. Ex Græco; 17. Additio, abjectio; 18. Gradus; 19. Aliqua tropis similia; 20-27. Acrius genus eorum, quæ ipsis sensibus gratiam et vim accommodant, e quibus primum per adjectionem; 28-29. Ab iisdem verbis; 30-34. Ἐπάνοδος; 35-36. Πολύπτωτον; 37-40. Πλοκή; 41-44. Aliis, sed non alio tendentibus verbis; 45. Πλεονασμός; 46-47. Congeruntur et diversa; 48-49. Ἀσύνδετον, πολυσύνδετον; 50-53. Κλῖμαξ; 54-57. Per detractionem, quum subtractum verbum ex cæteris intelligitur; 58-61. Συνεζευγμένον, παραδιαστολή, συνοικείωσις; 62-65. Figuræ ex similitudine vocum; 66-73. Paria et contraria; 74-80. Contrapositum; 81-86. Quædam superstitiosius denominata; 87-89. Ciceronis, Cornificii, Rutilii, Cæcilii nimia diligentia; 90-99. Moderatio in usu figurarum commendatur; 100-102. — Cap. IV. Ciceronis de compositione absolutissima præcepta; 1-2. Parum recte a quibusdam omnem compositionis curam excludi; 3-5. Maxime esse naturale quod fieri natura optime patiatur; 6-9. Non ad delectationem modo, sed ad motum quoque animorum valere compositionem; 10-13. Apparere si quis solvat composita; 14-15. Priscos quoque illos eam non neglexisse; 16-18. Oratio soluta; 19-21. Connexa; 22. Ordo; 23-32. Junctura, in verbis; hiatus; 33-36. Consonantum concursus; 37-39. Littera *m* in fine; 40. Syllabæ, quales continuentur; 41-42. Membra et incisa; 43-44. Numeri; 45. Rhythmi et metri differentia; 46-51. Pedes in oratione; 52-53. Ciceronis de rhythmo sententia; 54-57. Quatenus inserviendum numero oratorio per collocationem; 58-60. In clausulis et initiis plurimum verti; 61-65. Mediorum quæ cura; 66-71. Versus in oratione, ejusque partes; 72-76. Vitandum quidquid ἔνρυθμον; 77-78. De pedibus; 79-82. E longis syllabis; 83-86. Superstitio quorumdam in certis pedibus probandis; 87-89. Commissuris et divisione variari pedes; 90-91. Vis uniuscujusque pedis; 92-94. Referre quis clausulam antecedat pes; 95-109. De pæone quarto; 110-111. Nimia ne sit dimetiendorum pedum cura; 112-114. Universam comprehensionem intuendam; 115-116.

Quædam tradi arte non posse; 117-121. Incisum; 122. Membrum; 123. Periodus; 124-126. Quo trium horum in quoque loco utendum; 127-130. Quibus rebus qui pedes adhibendi; 131-136. Celsi error; 137. Compositionem æque ac pronunciationem variandam; 138-141. In universum duram compositionem effeminata et enervi potiorem; 142-145. Conclusio; 146-147.

TABULA

RERUM QUÆ IN HOC TERTIO VOLUMINE CONTINENTUR.

	Pag.
Præfatio V. Cl. Spalding.	1
Libri septimi argumentum.	6
Liber septimus	7
Cap. I.	9
II.	47
III	74
IV	90
V.	114
VI	117
VII.	121
VIII.	125
IX	129
X.	135
Libri octavi argumentum.	144
Liber octavus.	145
Cap. I.	162
II.	163
III	175
IV	226

Pag.
V. 238
VI 254

Libri noni argumentum. 304
LIBER NONUS. 305
CAP. I. . . . . *ibid.*
II. 325
III 381
IV 447

Analysis hujus tertii voluminis. 553
Libri septimi analysis. . . . . *ibid.*
Libri octavi analysis. 555
Libri noni analysis. 556

FINIS VOLUMINIS TERTII.